

Del Collegio della Compagnia de S. S. de Gran^{da} B^{ea}
RESOLUTIONES R. 3500

IN QVATVOR

LIBROS SENTENTIARVM,

IOANNIS DVNS, SIVE SCOTI SVB R. P.

Melchioris Flauio Ordinis Minorū, Gardiano
magni conuentus Tholofani, necnon pœ-
nitentiaro S. S. D. PII V. Papæ ac
christianiffimi Regis Galliarum
Henrici I I. cōcionatoris.

*Cum duplici indice: Primum videlicet eorum quæ in con-
cionibus quadragesimalibus, tam Euangelis quàm
etiã dominicis Epistolis, secundum ordinem
Ecclesiæ Romanæ accommodari possunt:*

*Secundum verò eorum quæ toto volumine continentur
ordine alphabetico.*

Per fratrem Ioannem Forfanum eiusdem ordinis & obseruati-
tæ in Academia Franciscana Parisiensi sacræ Theolo-
giæ studio nauaurem, in lucem & prelo traditæ.

*Præposui sapientiam regnis, & sedibus, & diuitias nihil
esse dixi in comparatione illius. Sap. 7.*


PARISIIS,

Apud Guillelmum de la Noüe viuaicobita,
sub Signo nominis Iesu.

M. D. LXXIX

Cum priuilegio Regis

17



Del Collegio de la Compañia de I. S. de Granada *R. 3500*
RESOLVTIONES

IN QVATVOR

LIBROS SENTENTIARVM,

IOANNIS DVNS, SIVE SCOTI SVB R. P.

Melchior Flauio Ordinis Minorú, Gardiano
magni conuentus Tholofani, necnon pœ-
nitentiaro S. S. D. PII V. Papæ ac
christianiffimi Regis Galliarum
Henrici I I. cõcionatoris.

*Cum duplici indice: Primum videlicet eorum quæ in con-
cionibus quadragesimalibus, tam Euangelis quàm
etiam dominicis Epistolis, secundum ordinem
Ecclesie Romanæ accommodari possunt:*

*Secundum verò eorum quæ toto volumine continentur
ordine alphabetico.*

Per fratrem Ioannem Forfanum eiusdem ordinis & obseruã-
tiæ in Academia Franciscana Parisiensi sacre Theolo-
giæ studio nauantem, in lucem & prelo traditæ.

*Preposui sapientiam regnis, & sedibus, & dimitias nihil
esse dixi in comparatione illius. Sap. 7.*

PARISIIS,

Apud Guillelmum de la Noüe via Jacobæ,
sub Signo nominis Iesu.

M. D. LXXIX

Cum priuilegio Regis

19



EXTRAICT DV PRIVILEGE.

PAR grace & privilege du Roy, il est permis à Guillaume de la Nouë marchâc Libraire en l'vniuersité de Paris, Imprimer, ou faire Imprimer vendre & dittubuer, vne ou plusieurs fois vn Livre intitulé, *Resolutionis in quatuor Libros sententiarum, Ioannis Duns, sine Scoti sub R. P. Melchiore Flauio ordinis Minorum, &c.* Et faict deffence ledit seigneur à tous marchans Libraires, Imprimeurs & autres de ce Royaume, de quelque estat & qualité qu'ils soient, d'Imprimer ou faire Imprimer, vendre ny distribuer en ses pays, terres & seigneuries de son obeissance, ledict Livre, iusques au temps & terme de six ans entiers & consecutifs, apres la premiere Impression qui en sera faicte, sur peine de confiscation desdicts liures, & autres peines contenuës és lettres parentes dudict Seigneur. Veult, & entend qu'au vidimus d'icelles, fait sous le seel Royal, foy sera adioustee comme à l'original. Donné à Paris le trentiesme iour de May. 1579.

Signé par le Conseil *D V R V A L.*

REVERENDISSIMO AC VIGILANTISSIMO IN CHRISTO PATRI
Arnoldo Pontaco Vazatensium Antistiti dignissimo, F. Ioannes Forfanus ordinis Minorum, S. D.



*Q*UAE tuorum in me memoria beneficiorum occurrit, Dignissime Antistes, mirum quantum sim sollicitus, ac identidem animo reuoluam, quod mea, licet exiguum, gratitudinis in te monumentum relinquatur. Quae cura dum me suspensum tenet, tu in varias sententias impellit: hinc in gratitudinis urget nota, illinc tua dignitas reluctatur: ne dum gratus esse studeam, minus dignum quod tuo nomini consecraretur, edidisse videar. At auget vires & magnam mihi fiduciam conciliat, cum singularis tua humanitas, (quam scio nihil non a sapientiae studioso aequo animo accepturam) tum res hoc opere comprehensa: quam ob magnam ipsius auctoris exantlatum laborem meruisse putem, te contra Momos haberet protectorem. In quo quamuis non nihil sit ponderis, mihi tamen minus satisfacit: absit enim unquam me illi par pari referre posse existimem, cui & Musas & Philosophiam, denique quicquid habet haec Parisiensis vniuersitas, acceptum referre teneor. Nam si iuxta prouerbiu, Homo homini Deus, quid ni te, licet perquam exigua, mea eruditionis Deum appellem? ipse mihi animam rationis participem indidit, meque disciplinae capacem creauit: tu quoque tanquam Deus es machina, mihi multorum bonorum auctor extitisti: quippe qui tuis pecuniis ad verae philosophiae fontem miseris, tua sum ope affectus illam sapientiae, ut vocat Plato, recordationem. En illa

Venus, quæ immixtis columbis aureū surculū monstra-
 sti: atque etiam post Deum Opt. Maximū, qua ratione,
 cautis instar Marpesia, quibus cunq; tempestatū procellis
 resistam, dedisti. Quamobrem impudens potius, quam
 bonorum immemor existimari volui, quando illi igneus
 amor ac singularis in te meus affectus patrocinari poterit:
 ingrato autē nullus datur excusationi locus, quod ut e-
 nitent scelus, tuum prædicabo ac perpetuò celebrabo no-
 mē: tum (quo nullum maius ethnicus ille philosophus à
 discipulo bonū sibi referri voluit) quis me ad hunc scie-
 tia gradum euexerit, ingenuè fatebor. Idcirco offerimus
 tuæ reuerendæ dominationi librum Resolutionū Ioan-
 nis Scoti, à reuerendo Patre Melchiore Flauio, quondam
 maioris conuentus Tholosani fratrum Minorū Gardia-
 no, variis luminibus illustratum: in quo ea quæ obscu-
 rius ac difficiliter in sententiarū scholiis, à Doctore per-
 tractantur, breuius & clarius differuntur: tum & no-
 uū & veteris instrumenti orthodoxorumq; patrum au-
 thoritate suffragiū sue comprobantur. Necessarium procul
 dubio ad utramque scientiam, speculatiuā videlicet &
 positivā, ac quod his annecti potest: necnon concionibus
 sanctis quadragesima temporibus, totoq; anni curriculo
 celebrandis utilissimum. Quod munus eo precor animo
 excipias, quo à me tibi defertur, neque magnitudine il-
 lud, sed amicitia ac benevolentia pondere metire. Ego
 deinceps quantum potero totis viribus enitar, si quid
 tuo nomine præstare valeam, atque tuo iure mihi quod-
 cunque velis oneris imponas, mihi iussa capeffere fas
 erit. *f. ale.*

INDEX PRIMVS EORVM QVÆ
 in quadragesimalibus concionibus, quotidianis
 Euangeliis ac dominicarum epistolis, iuxta con-
 suetudinem Ecclesiæ Romanæ, ex ipsis resolu-
 tionibus Scoti accommodari possunt. In quo
 nu merus folium indicat: A paginam priorem,
 B secundam significat.

Feria 4. cinerum.



V M ieiunatis
 Matth. 6. Multi venient & recumbent
 Ieiunium naturæ cum Abraham, &c.
 quid. 268. B. Eandem esse fidem nostram
 Ieiunium ecclesiæ & patrum, gentium & ve-
 268. B. & A. rorum Istraëitarum, pro-
 Sed patri tuo, &c. 206. A. preterea & idem præmium.
 De intentione quæ requiritur Prædestinatio quid sit. 93. a
 in actibus bonis. 258. a Prædestinationis an sit ali-
 Qui est in abscondito &c. 94. b
 Deus sub propria ratione na- Encientur in tenebras exte-
 turaliter à nobis cognosci riores & c.
 nequit. 29. A In quo consistit damnatorū
 Quod Deus ubique sit. 88. B punitio & quomodo sit iu-
 Quauis Deum vnum esse sta. 376. b
 naturali cognoscatur ratio- Prædestinatus potest damna-
 ne, nihilominus sub prop- ri, & contra. 99. a
 pria ratione naturali co- Reprobationis an sit aliqua
 gnosci nequit. 26. A causa. 94. b
Feria 5. cinerum.
 Cum intrasset Iesus Caphar- Ibi erit fletus & stridor den-
 naum. Matth. 8. tium &c.
 Nam & ego homo sum & c. Damnari infernali crucia-
 An eiusdem possit esse fides & buntur igne. 377. a
 scientia. 203. B Dæmones quonā pacto in-
 Non inueni tantā fidem, &c. fernali cruciabitur igne.
 De fide parum ac Istraëita- 359. a
 rum qui fuere post datam *Feria 6.*
 Moyfi legem. 207. A Audistis quia dictum est an-
 tiquis Matth. 5.

I N D E X.

Diligite inimicos vestros &c.
 Quid inimicis debeamus.
 214. a
 Qui vidit in abscondito, &c.
 Quod Deus ubiq; fit. 88. b
 Reddet tibi, &c.
 Meritorij actus causa præcipua & completa. 59. b
Sabbato.
 Cum sero esset factū erat nauis in medio &c. Marc. 6.
 Putauerūt fantasma esse &c.
 Angelus siue bonus siue malus corpus assumere quomodo & quale possit & quid eo assumpto agere valet. 123. a
 Quotquot rangebāt eū &c.
 Miraculorum claritate ostēditur christianæ religionis veritas. 8. b
 Differentia verorū miraculorū & falsorū, & de ratione miraculi. 9. b
Dominica 1. epistola.
 Hortamur vos 2. Cor. 6.
 Ne in vanū gratiam Dei recipiatis, &c.
 Gratia existens in voluntate virtus est, sine qua liberū hominis arbitriū omnē mortale peccatum vitare nequit 139. a. & b
 Ecce nūc tēpus acceptab. &c.
 Pœnitentia quæ in extremis haberi videtur, vix est vera nihilo secius sat cito si fit bene. 325. b
Euangelium.
 Ductus est Iesus Matth. 4.

Deum tuum adorabis, &c.
 Lariæ ratio & cui, qualiter, & quādo exhiberi debet 79. a
Feria secunda.
 Cum venerit filius hominis Matth. 25.
 Christus in humana iudicabit forma.
 Et cōgregabūtur ante eū, &c.
 De Resurrectione mortaliū, & quod generale iudiciū sit futurū sola constat fide, nō item ratione naturali: licet nō desint congruentiæ aliquæ. 362. b. 379. a
 Possidere vobis paratum regnum, &c.
 Beatitudo in opere consistit. 382. a
 Beatitudo in pluribus consistit operationibus. 382. b
 Beatitudo in actū voluntatis & fruitione per se consistit. 383. a. & b.
 Prædestinationis an sit aliqua causa. 904. a
 Esuriri enim, &c.
 Meritorij actus causa præcipua & completa. 59. b
 Non dedistis mihi manducare, &c.
 Reprobationis an sit aliqua causa. 904. a
 Qui paratus est diabolo &c.
 Dæmones quomodo cruciātur igne infernali. 369. a
 In supplicium æternum, &c.
 Damnati cruciabuntur igne infernali post iudicium. 377. a

I N D E X.

Iusti autem in vitam æternam, &c.
 Beatitudo electorum perpetua erit 384. A
Feria 3. post primam Dominicam.
 Cum intrasset Iesus Hierosolymam Matth. 21
 Eiecit vendentes, &c.
 Dic cū Chrysol. in 2. expositione in opere imperfecto,
 Quæ restitutio sit facienda, qui à negotiatoribus & alijs iniuste bona detineant: nam Christus eiciens ementes & vendentes de templo significat (asserit Chrysol. ubi supra) Mercatores vix saluati posse 308. A
 Et sanauit eos, &c.
 Miracula Christi commonstrāt veritatem suæ doctrinæ & fidei Christianæ 9. B
Feria 4. post primam Dominicam.
 Magister volumus à te signū videre Matth. 12
 Sic erit Filius hominis in corde terriæ, &c.
 Christi corpus in sepulchro corrupti non poterat 199. B
 Christus in triduo non erat homo 200. a
 Quia pœnitentiā egerūt, &c.
 Ad peccati deletionē requiritur pœnitentiā seu actus humanus, vel vt dispositio præuia, vel vt cōcomitās 299. B
 Peccator enim ex naturalibus peccatum detestari valet, & de congruo eius mereri remissionem 300. A
 Ecce mater tua, &c.
 Maria virgo beatissima, verè Dei & hominis mater prædicatur, quæ & naturalis Christi genitrix dici valet 172. B
Feria 5.
 Si māsferitis in sermone meo Ioan. 8.
 Cognoscetis veritatem, &c.
 Veritatem esse paucorum 5. A
 Queritis me interficere hominem, &c.
 Christus pro veritate mortuus est 198. B
 Ego em̄ ex Deo processi, &c.
 Circa Trinitatem errauit abbas Ioachim 36. A
 Filius generatur de substantia Patris 37. A
 Sed ille me misit, &c.
 Missio quid significat, & quibus personis mittere aut mitti conueniat 54. A
 Missio visibilis quid sit 54. B
 Ille homicida erat, &c.
 Quamuis malus angelus Dei appeteret æqualitatē, primum tamen eius peccatum non fuit superbia, sed luxuria 120. A
 Peccati Deus non est causa, licet pœnarum mortis & ætuum malorum pro materiali sit author 152. A
 Peccatum non est ab aliquo malo principio, sed à voluntate 146. B
 à iij

INDEX.

Cum loquitur mendaciū, &c. Theologia non inter sciētiās
 Mendacium quid, & quotu-
 plex sit, ac quādo sit pecca-
 tum 225.B
Feria 6.
 Est autē Hierosolymis pro-
 batica, &c. Ioan. 5
 post motionem aquæ, &c.
 Sacramentum quod quidem
 est inuisibilis gratiæ visibi-
 lis forma, &c. gratiam non
 efficit, licet gratiæ sit causa:
 Quamobrē nec in sacramē-
 tis est virtus aliqua superna
 talis inherens eidē 236.A
 Sacramēta vnde habeant ef-
 ficaciam 240.B
 Iustificatus baptisma debet
 suscipere 252.B
 Non licet tibi tollere graba-
 tum tuum, &c. legis veteris
 supra nouā grauitas 231.B
Sabbato.
 Assumpsit Iesus Petrum, &c.
 Matth. 17.
 Resplenduit facies eius, &c.
 Beatorum corpora erunt cla-
 ra 389.B
 Apparuerunt Moyſes, &c.
 In resurrectione idē erit cor-
 pus 368.B
 Hic est Filius meus, &c.
 Christus non est Dei filius a-
 doprius 182.A
 Christo summa collata fuit
 gratia 184.B
Dominica 2. quadrag. Epif.
 Rogamus & obsecramus vos
 1. Theſſal. 4.
 Ambulare & placere Deo, &c.

Theologia non inter sciētiās
 speculatiuas (quæ sunt pro-
 pter scire tantum) compu-
 tatur: sed inter eas quæ pra-
 cticæ dicuntur, quæ sunt pro-
 pter praxim, id est, opera-
 tionem dirigendam 15.B
 Ne quis supergrediatur, &c.
 De contractibus, & quid in
 eis vt iusti sint obseruan-
 dum 305.B
De Euangelio.
 Egredius Iesus secessit in par-
 tes Tyri Matth. 15.
 Et audientes discipuli, &c.
 Beati videntes orationes no-
 stras, pro nobis interce-
 dunt 373.B
Feria 2.
 Ego vado & queritis me,
 Ioan. 8.
 Christus necessario moritu-
 rus. 191.B
 Christi corpus erat. morti
 obnoxium 192.B
 Nunquid interficiet semet-
 ipsum, &c.
 Desperatio peccatum est in
 Spiritum sanctum 161.A
 Ego non sum de hoc mun-
 do, &c.
 Christus non est adoptiuus
 182.A
 Licet Christus non sit crea-
 tura, nihilominus vt homo
 suscepit esse 183.A
 Christus peccare non potuit
 183.A
 Moriemini in peccatis ve-
 stris, &c.

INDEX.

Quamuis difficile sit homi-
 ni in extremis pœnitere: ta-
 men si debite pœnituerit,
 illi prodest, & æternam con-
 sequitur vitam 325.b
 Principiū qui & loquer vo-
 bis, &c.
 Principium bifariam accipi-
 tur. 80.a
 Et qui me misit, &c.
 Missio quid significat, & qui-
 bus personis mitti aut mit-
 tere competat 54.a
 Missio visibilis quid sit 54.b
 Mecum est, &c.
 Persona quælibet est in alijs
 54.b
*Feria tertia post secundam
 Dominicam.*
 Super cathedram Moyſi
 Matth. 23.
 Ministri malitia sacramen-
 torum efficaciam haud im-
 pedit: quapropter & baptif-
 ma à malo experi ministro
 citra Dei offensam potest
 256.b. 255.b
 Nolite vocari rabbi, &c.
 Theologia in se an sit scien-
 tia 14.a
 An theologia sit subalternās,
 an subalternata 14.b
 Vnus est enim magister ve-
 ster, &c.
 Theologia Dei dicitur om-
 nium obiectorum cognitio
 12.b
Feria 4.
 Ascendens Iesus Hierosoly-
 mam Matth. 20

Assumpsit duodecim disci-
 pulos suos, &c.
 Peccatum in confessione de-
 lectum, item & secretum
 commissum celari debet.
 345.a
 Et condemnabunt eum mor-
 te, &c.
 Habita ratione verbi quo di-
 uinum verbum humanam
 assumpsit naturam, Chri-
 stus haud dubie necessario
 erat moriturus. Corpus si-
 quidem ipsius morti ob-
 noxium erat. 191.b. 192.b
 Humani generis reparatio a-
 liter quidē quàm per Chri-
 sti mortem absolute fieri
 potuit, sed non supposito
 diuino consilio, nec adeo
 congruenter. 198.a
 Sed quibus paratum est, &c.
 De predestinatione 93.a
 Et dare animam suam, &c.
 Quid Christus (qui Adam
 non peccante incarnatus
 nihilominus fuisset) nobis
 meruerit. 196.b. & 197.a
 & de meriti ratione 60.b
Feria 5.
 Homo quidam erat diues.
 Luc. 16
 Crucior in hac flamma, &c.
 Damaati infernali igne cru-
 ciabuntur 377.a
 Tu verò cruciaris, &c.
 Damnatorum pœnæ à beatis
 cognoscuntur. 391.b
 Inter nos & vos magnum

I N D E X.

chaos, &c.
 Felicitas beatorum perpetua erit, & huius ipsi sola Dei reuelatiōe sunt certi. 385. a
 Habēt Moysen & pphē. &c.
 Scripturę faciē veritas astruitur p̄nūciatione prophetica, scripturarum concordia. 4. b & 5. a
Feria 6. secunda dominica.
 Homo quidā erat pater familias qui plantauit vineam, Matth. 21.
 Quod sol⁹ Filius nō itē Pater incarnat⁹ fuerit, 163. b 165. a
 Hic est hēres &c.
 Christus pro veritate mortē appetijt. 198. b
 A domino factū est istud &c.
 Volūtas beneplaciti dei semper implerur. 100. b
 De mala permittit & quare.
 Voluntas creata diuine se cōformans voluntati an bene semper agat. 103. a
Sabbato.
 Homo quidā habuit duos filios. Luc. 16.
 In se autem reuersus, &c.
 Pœnitere, virtutis alicuius est actus, qui & ad peccati deletionē desideratur. 299. a. b
Dominica 3. quadrag. epist.
 Estote imitatores Dei. Eph. 5.
 Propterea siquidem debemus Deū imitari quod simus ad eius imaginē creati, differe igitur in quibus imago trinitatis consistat. 34. a
 De imagine Christi expressissima & minus perfecta. 34. a. & b
 Imago trinitatis naturaliter cognosci nequit. 35. a
 Imaginis Ratio. 33. b
 Oblationē & hostiā Deo &c.
 De Christi merito. 196. b
 Meriti ratio completa. 197. a
 Nūc autē lux in domino, &c.
 Scriptura sacra sufficiens viatori. 10. a
Euangelium.
 Erat Iesus euiciens dæmoniu. Luc. 11.
 Qui non est mecum &c.
 An angelus malus velit necessariō male. 121. b
 Beatus venter qui te portauit &c.
 Maria virgo beatissima verē mater Dei & hominis prædicatur, quæ & naturalis Christi genitrix dici valet. 171. b 172. b
 Quia hic dæmoniacus peccatorē designat, potes cōmōdē de cōfessione differere, quæ peccatori proculdubio necessaria est, ac de illius conditionibus. 302. b. 303. a
Feria 2. post 3. dominic.
 Quanta audiuimus facta. Luc. 4.
 Vidit Christ⁹ Nazatherarios mussitare inter sese. Ideo differe, quod Christi anima perfectissimē, & in verbo, & in proprio genere cūcta vidit. 186. b 188. a
 Propterea cū Euangelistæ re-

I N D E X.

ferant nedum Christū apud Nazaretenos rato edidisse miracula, sed ne potuisse quidē, vt est apud Marcū 6. cap. Merito differere potes de Christi potētia absoluta & ordinata. 98. a
Feria tertia.
 Si peccauerit i te &c. Mat. 18.
 Quæcūque alligaueris super terram, &c.
 De clauibus Ecclesiæ, ac triplici potestate spūali. 321. a
 Itē de excōmunicatiōe. 322. b
Feria quarta.
 Quare discipuli tui transgrediuntur. Matth. 15.
 Quæ autem procedūt de ore, &c.
 Tamen si in volūtate propriē peccatū sit, in aliis nihilominus potentiis materialiter (quod aiunt) & secundariō existere valet, & ipsarum actus viciosi denominātur, vt cogitatio, locutio. 157. b
 Deus dixit honora patrē &c.
 Cur enī hoc Deus dedit præceptum cū lex naturæ hoc hominibus, etiā brutis indiderit, Siquidē præcepta decalogi, legis sunt naturæ.
 Corruptionē profecto naturæ nostræ nouit Deus rātam esse, vt & parentibus iniurijs futuri, nisi auctoritate sua nos cohibeat. 224. a
Feria quinta.
 Surgens Iesus de synagoga, Luc. 4.
 Continuo surgens, &c.
 Satisfaciendum pro peccatis 304. b
 Et in quib⁹ vt in plurib. consistit hæc peccatorum satisfactio. 305. b
 Singulis manus imponēs &c.
 Extrema vnctio nouæ legis sacramentū, hūc siquidē dñi morem imponendarū manū super infirmos imitantur sacerdotes, dū egorātis & manus & pedes & alia deniq; mēbra contrectātes oleo sancto vngūt, ceterisq; verbis ille imp̄catur & corporis & animæ salutē 348. b
Feria sexta.
 Venit Iesus in ciuitatē Samariæ, Ioan. 4.
 Iesus fatigatus, &c.
 Christus necessario moriturus p̄pterea q̄ eius corpus morti esset obnoxiiū. 192. b
 Dedit tibi aquā viuā, &c.
 Spūs sanctus & non solū eius dona hominibus datur & quoniam pacto. 53. a. & b
 Veri adoratores, &c.
 Quæ adoratio Deo & Christo debeat. 179. a. 180. a
Sabbato.
 Perrexit Iesus in mortē. Io. 8.
 In lege autem Moyses, &c.
 Legis veteris supra nouam grauitas. 231. b
 Vade in pace, &c.
 Cōse iuncta remissione peccati, debet nihilominus peccator pœnitere, quæ quidē pœnitentia plurium est in-

I N D E X.

fictiua poenarum. 320. a
 Culpa remissio & gratia infusio non sunt vna mutatio. 314. a
Dominica 4. Epistola.
 Scriptum est quoniam Abraham. Gal. 4.
 De matrimonij institutione. 354. a
 Bigamia an aliquando licita fuerit. 353. a
 Etice ancillam, &c.
 Circuncisio vnā cū legalibus, promulgato euangelio euacuata fuit. 247. a
De Euangelio.
 Abiit Iesus trans mare Galilee. Ioan. 6.
 Facite homines discubere &c. Quemadmodū enim apostolorū obsequio turbā hanc paupit, sic & sacerdotū ministeria spiritalia fidelibus cōfert: quocirca & saceris initiatur ordinibus Episcoporum, qui discipulis in Ecclesia succedere, munus cū Eucharistiae sacrae cōfectio, panū miraculū longē transcendat. potes ex ea materia quę videbis magis idonea ex magistro sententiarum & Scoto, huic loco accommodare, idque sub fine concionis. 303. a
Feria 2 post dominicā 4.
 Prope erat pascha Iudeorum Ioan. 2.
 Omnes eiecit de tēplo, &c.
 Vide simile feria 3. domini-

cæ primæ.
 Soluite templum hoc &c. Christus in triduo homo nō erat. 200. a
 Christi corpus corrumpi non poterat. 199. b
 Eo quod ipse nosset oēs, &c. Christus videt omnia ī verbo & de duplici notitia. 186. b
Feria tertia.
 Iam die festo. Ioan. 7.
 Nonne Moyses dedit vobis legem &c.
 Legis grauitas vnde pendet veteremq; noua grauiorem fuisse, propterea vel maxime quod hęc præsentiū habet remediū. 231. b. & 232. b
 Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem &c.
 Circuncisione peccatum delebatur & gratia conferebatur. 237. b
 Sed ex patribus &c.
 Nunquam derelictū fuit genus humanū sine remedio salutis. Item de sacramento legis naturæ pro deletionē peccati originis. 239. a. & b
 Similis vobis mendax &c.
 De mendacio. 225. b
Feria quarta.
 Præteriens Iesus vidit cæcum Ioan. 9.
 Neque hic peccauit &c.
 De peccato originis & eius transfusione 141. b. 143. b
 Tu credis in filium Dei. &c.
 Circa trinitatē errauit abbas

I N D E X.

possimus, nō tamen ipsura Deum sub propria eius ratione. 29. a
 Deum esse an sit per se nouū. 24. b
 Deū vnū esse ex sacris cōstituteris, simul & naturali ratione. 25. b. 26. a
 In diuinis est vna essentia & tres personæ. 28. a
Dominica in passio. epist.
 Christus absistens. Hebr. 9.
 Per amplius & perfecti⁹ &c.
 Quia Chryl. & scholia græca exponūt carnē Christi formatā non virili semine, sed opere Spiritus sancti verbū assumpsit naturam humanam. 163. a
 Verbum totam assumpsit naturam. 166. a
 Christi corpus nō prius animatū quā verbo vnitū nec prius organisatum quā animatum. 167. a. & b
 Per propriū sanguinem &c.
 De merito Christi. 195. a
 Immaculatum Deo, &c.
 Christus peccare non potuit. 183. b
 Et ideo noui testamenti mediator. Reparatio humini generis aliter quidem fieri potuit quā per incarnationē & mortem, sed non cōuenientius. 198. a
Euangelium.
 Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioan. 8.
 Christus peccare non potuit. 183. b

Ioachim, ob id vel maximē quod essentia diuina nō est generans genita aut procedens. 36. a
 Filius in diuinis de patris substantia generatur quæ quidē generatio est absque mutatione. 38. a
 Christū non esse adoptiuum sed naturalē Dei filiū. 182. a
Feria quinta.
 Ibat Iesus in ciuitatē Naym. Luc. 7.
 De purgatorio. 340. a
Feria 6.
 Erat quidem languens Lazarus Ioan. 11.
 Quādoquidē Lazari resurrectione futura omnium resurrectione futura naturaliter agnosci perinde ac naturæ viribus effici nequit. 163. a
 Si quis ambulauerit ī die &c. Christi anima videt omnia in verbo. 186. b
 Christi anima in genere proprio cuncta perfectissimē nouit. 188. a
Sabbato.
 Ego sum lux mundi. Ioan. 8.
 Quamobrem filio in diuinis aliqua appropriatur. 75. b
 Qui misit me &c.
 Missio quid significat, deinde & si mittere tribus cōpetit personis, mitti tamē duab⁹ duntaxat conuenit. 54. a
 Neq; me scitis neq; patrē &c.
 Licet quāsdā Dei perfectiones natura duce cognoscere

I N D E X.

Si veritatem dico vobis, &c.
 Christus pro veritate mortuus est 198.b
 Qui ex Deo est, &c.
 Predestinatio quid sit 93.a
 An predestinatus possit damnari 93.a
 Predestinationis & reprobationis an sit aliquod meritum 94.b
 Daemonium habes, &c.
 De peccato in S. sanctū, & de peccato irremissibili 191.a.b
 Iuramentum quid sit, ac per iurium, & quoruplex 218.b.230.b
 Non cognoscetis eum, &c.
 Deū vnū esse ex sacris & naturali cōstat ratioe. 25.b.26.a
 Ero vobis similis mendax
 De mendacio 225.b
 Antequam Abraham fuerit, ego sum
 Generatio filij Dei est aeterna 53.a
 An Christus sit creatura, & incepit esse 18.a
Feria 2. passionis.
 Adhuc modicū tempus, &c. Ioan. 7.
 Vado ad eū qui misit me, &c. Vide feria 2. Domin. 2.
 Nondum erat Spiritus sanctus datus, &c.
 Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis 46.b
 Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit 48.b
 Vniformiter à Patre & Filio spiratur S. sanctus 52.a
 S. sanctus & non solum eius dona hominibus dātur 53.a
 Spiritus sanctus visibiliter fuit missus 54.b
Feria 3. passionis.
 Ambulabat Iesus in Galileā Ioan. 7.
 Tempus meum nondum aduenit, &c.
 Scientia quam Deus habet rerum contingentium non est practica 90.a
 Cum determinata & ineffabili certitudine scientiā diuinā stat rerum cōtingentia 92.a
Feria 4. passionis.
 Facta sunt enccenia, &c. Ioan. 10.
 Oves meæ non peribunt in æternum, &c.
 de predestinatione, & an predestinat⁹ possit dānari 93.a
 An sit aliquod predestinationis & reprobationis meritum 94.b
 Ego & Pater vnū sumus, &c.
 Circa Trinitatem errauit abbas Ioachim 36.a
 Essentia namque diuina nec generans, nec genita est aut procedens 37.a
 Quē Pater sanctificauit, &c. Christo homini summa collata fuit gratia 184.b
 Et misit in mundum, &c.
 Missio in diuinis quid sit, & quibus personis comperat mitti & mittere 54.a
 Pater in me, &c.
 Persona quælibet est in alijs 64.b

I N D E X.

Item de ratione circumcissionis 65.b
Feria 5. passionis.
 Rogabar Iesum quidam Pharisæus Luc. 7.
 Stans retro, &c.
 Satisfactio quid sit, & in quibus consistit 304.a.305.b
 Quis est hic qui peccata dimittit, &c.
 Quod spiritualis potestas triplex sit, principalis videlicet, & excellens, & ministerialis 321.b
 Fides tua te saluam fecit, &c.
 Fides duplex, infusa & acquisita 201.a & quare infusa ponatur 202.a
 Fides infusa & eius actus semper nesciam 205.b
 Item de fide simplicium, maiorum, patrum 206.a
Feria 6.
 Collegerunt pontifices, &c. Ioan. 11.
 Hoc autem à semetipso non dixit
 Volūtas beneplaciti Dei semper impletur 100.b
 Voluntati diuine sese cōformans, non bene semper agit 103.a
 Cū esset pontifex, &c.
 Ministri malicia sacramentorum efficaciam non euacuat, sicuti nec pphetiā, miracula, aut dona cetera gratis data haud impedit. 255.b
 Sacramenta à malo ministro citra offensam experiri valent 256.b
 Iesus moriturus erat, &c.
 Quāuis reparatio humani generis secus fieri posset, non tamen conuenientius 108.a
 Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent, &c.
 Quamobrem Deus mala permittat 102.a
Sabbato passionis.
 Cogitauerunt principes, &c. Ioan. 12.
 Tunc recordati sunt, &c.
 Fidei christianæ veritas ostēditur prophetica prædicatione, scripturarum concordia, & philosophorum discordia 4.b
 Propterea & obuiam.
 Quæ de Christo credimus, miraculorum claritate astruuntur 8.b
 Pater saluifica me, &c.
 Christus peccare non potuit 183.b
 Christo summa gratia collata fuit 184.b
 Christi volūtas summē Deo fruebatur. 185.a
 Si exaltatus fuero à terra, &c.
 Christus meruit in primo instanti conceptionis 195.b
 Quid & quibus sua passione Christus meruit 196.b
 Humani generis redemptio aliter quā Christi passione fieri quidem potuit, sed nō adeo cōuenienter 198.a
Dominica in Ramis Epist.
 Qui cū in forma Dei esset. Filius generatur de substantia Patris 37.a

I N D E X.

Esse æqualem Deo, &c. charistia 265.a
 Personæ in diuinis sunt æ-
 quales magnitudine 63.b
 Personæ diuinæ sunt æquales
 in potentia 66.a
 Formā serui accipiens, &c.
 Diuina essentia an humanam
 assumpserit naturam 173.a
 Persona creata non fuit as-
 sumpta 173.b
 Christus quomodo assumpsit
 naturam 174.a
 De veritate harum propo-
 sitionum, Deus est homo, &
 Deus factus est homo 175.
 a. & b
 Propter quod Deus, &c.
 Christus non meruit suam
 fruitionem 196.a
 Donauit illi nomen, &c.
 Deus à viatore nominari po-
 test 68.a
 Item de nominibus Deo pro-
 prijs 68.b
Euangelium.
 Cùm appropinquasset Iesus,
 &c. Matth. 21.
 Soluite & adducite mihi, &c.
 Quandoquidē hæc duo ani-
 malia peccatores adubrāt
 disere de clauibus eccle-
 siæ, ac potestate ministris
 eiusdem collata, & in foro
 exteriori & in foro inte-
 riori 321.a
Feria 2. Ramorum.
 Ante sex dies Paschæ Ioā. 12.
 Fur erat de restitutione 306.a
Feria 3. Ramorum & 4.
 Pertracta materiam de Eu-

F I N I S.



TABVLA ALPHABETICA

FORVM QVÆ IN RESOLVTIONIBVS
 primilibri Scoti continentur, in qua (nu-
 merus) folium indicat, A verò
 paginam priorem, B secun-
 dam significat.

A

Actus voluntatis fruitio, vsus & actus neuter
 18.b
 Actus purus quid? 42.a
 Actus meritorius 59.a
 Actus meritorij causa precipua 59.b
 Actuum intellectus & voluntatis differentia 19.a
 Adami perfectio 3.a
 Agens primum est infinitum 23.b
 Amor in diuinis est quid essenziale 83.b
 Anima vires seu potentia 33.b
 Antichristi miranda 9.b

B

Beati fruuntur 21.a
 Beatitudo hominis naturaliter cognosci nequit 2.a
 Bonitas moralis quid sit? 57.a
 Bruta non fruuntur 21.a

C

Causa essentialiter ordinata 22.b
 Charitate infusa homini inesse, cognosci nequit 58.a
 Charitas infusa non est simpliciter necessaria 61.b
 Charitas infusa an sit ponenda 58.b

T A B V L A.

Charitas augetur	62. a
Charitas quomodo augetur	62. b
Circumincestio quid sit	64. b
Circumincestionis ratio	65. b
Cognitio diuina differt à nostra	86. a
Communicabile bifariam dicitur	23. b
Communicabile aliquid dicitur bifariam	69. a
Corporum gramium diuersa quies	20. a
Contingens esse est propositio per se nota	9c. b
Contingentia causa	91. a
Creatura nulla est simplex	49. b
Creatura omnis mutabilis	44. b

D

D eus sub propria ratione cognosci nequit	29. a
D ^e us naturaliter quantum ad multas perfectio- nes cognosci potest	29. a
D ^e us non est à nobis primum pro hoc statu cognitus	30. b
D ^e us nō est obiectum naturale adaequatum viatoris	31. a
D ^e us genuit Deum	35. b
D ^e us est pater, & Filius, & Spiritus sanctus	36. a
D ^e us Pater volens genuit Filium	38. b
D ^e us est summe simplex	40. b
D ^e us, nec aliquid de Deo dictū, est in predicamento	42. a
D ^e us solus immutabilis	44. a
D ^e us à viatore nominari potest	68. a
D ^e us per creaturas cognoscitur	29. b
D ^e us non est Mathematicus nec Philosophus & c.	13. a
D ^e us est ubique	88. b
D ^e um esse an sit per se notum	24. b
D ^e um unum esse ex sacris literis	25. b
D ^e um unum esse naturaliter cognoscitur	26. a
in Deo est relatio rationis nota & ex tempore	81. a

T A B V L A.

Dicere variè capitur	84. b
in Diuinis est una essentia tres persona	28. a
in Diuinis sunt dua productiones solum	27. b
in Diuinis tres solum persona	28. a
Doctrina diuina quomodo primum tradita	3. a
Doctrina supernaturali reuelata potest quis subinde na- turaliter assentiri	2. b
Donum quid sit	63. a
Donum est proprietas Spiritus sancti	63. a
Donum & datum differunt	63. b

E

E cclēsia stabilitas	7. b
Efficiens primum esse	22. a
Efficiens primum est intelligens & volens	23. b
Eloquentia verborum multum nocuit	
Eminens primum esse	22. b
Ens primum omnia distinctè intelligit	23. b
Errorum confusatio	4. b
Esse essentia & existentia	88. a
Essentia diuina non est generans nec genita	37. a
Essentia psona & proprietates ī diuinis distinguuntur	85. b
Euangelium quomodo credenda continet	49. b

F

F idei nostra externa testimonia	10. a
Filius non producitur notitia creaturarum	76. a
Filius generatur de substantia Patris	37. a
Filius est sapientia ingenita sapiens	85. a
Filio quare aliqua appropriantur	75. b
Forma in creaturis habet duplicem imperfectionem	51. b
Frui essentia sine personis	17. b
Frui una persona sine aliis	17. b
Frui quid sit	19. a

T A B V L A.

<i>Frui non omnibus competit</i>	21.b
<i>Fruitur voluntas liberè sine ostensio</i>	20.a
<i>Fruitio de facto quorum sit</i>	18.a
<i>Fruitio dupliciter accipitur</i>	16.b
<i>Fruitio ordinata obiectum</i>	16.b
<i>Fruitio in communi obiectum</i>	16.b
G	
<i>Generatio in diuinis est sine mutatione</i>	38.a
<i>Generatio in diuinis non est mutatio</i>	53.a
<i>Generatio Filij Dei est aeterna</i>	53.a
<i>Generatio in creaturis duo denotat</i>	37.b
<i>Gravium corporum diuersa quies</i>	20.a
H	
<i>Habitus an efficiat actum</i>	56.a
<i>Habitus actum comproducit</i>	55.b
<i>Habitus non efficiat actum</i>	55.b
<i>Habitus conditiones</i>	56.b
<i>Hereses aduersus scripturam sacram</i>	4.a
<i>Heresum irrationabilitas</i>	7.a
I	
<i>Idea quid sit</i>	86.b
<i>Idea secundum Platonem</i>	87.a
<i>Idem simile, & aequale quomodo accipiuntur</i>	64.a
<i>Identitas similitudo & aequalitas sunt relationes reales</i>	82.b
<i>Imago Trinitatis in quibus consistit</i>	34.a
<i>Imago Trinitatis secundum Augustinum</i>	ibid.
<i>Imago expressissima</i>	ibid.
<i>Imago minus perfecta</i>	ibid.
<i>Imago imperfectior</i>	ibid.
<i>Imago Trinitatis nequit naturaliter cognosci</i>	35.a
<i>Imaginis ratio</i>	33.b

T A B V L A.

<i>Impossibile quid sit</i>	67.b
<i>Infinium perfectione existere non est demonstrabile</i>	21.b
<i>Ingenitum dupliciter accipitur</i>	76.b
<i>Ingenitum est proprietas patris</i>	ibid.
<i>Ingenitum & innascibilitas quomodo differunt</i>	77.b
<i>Innascibilitas non constituit patrem</i>	77.b
<i>Intellectus duplex assensus</i>	18.b
<i>Intellectus est abstractiuus non sensus</i>	30.a
<i>Intellectus diuinus habet duplex obiectum</i>	86.a
<i>Intellectio & volitio primi efficientis sunt eadem eius essentia</i>	23.b
<i>Intellectionis causa</i>	32.b
L	
<i>Libertatis ratio qua</i>	27.b
M	
<i>Machometis lex & eius permanentia</i>	8.a
<i>Meriti ratio completa</i>	60.b
<i>Meritum quid sit</i>	61.a
<i>Meritorius actus quid sit</i>	59.a
<i>Meritorij actus causa praecipua</i>	59.b
<i>ad Merendum requiritur specialis motus SS.</i>	61.b
<i>Miracula Antichristi</i>	9.b
<i>Miraculorum claritas</i>	8.b
<i>Miraculorum verorum & falsorum differentia</i>	9.b
<i>Miraculum quid</i>	9.b
<i>Missio quid significet</i>	54.a
<i>Missio visibilis quid</i>	54.b
<i>Missio SS. visibilis in primitiua Ecclesia fuit necessaria</i>	54.b
<i>Mittere tribus conuenit personis</i>	54.a
<i>Mitti duabus solum personis competit</i>	ibid.
N	

TABVLA.

N omina Deo propria	68.b
Notitia ab utroque intellectu formatur	33.a
Notitia principua causa	33.a
Notum per se aliquid dicitur bifariam	25.b
Numerus duplex	70.a
Numerus proprie non est in diuinis	70.a
O	
O mnipotencia dupliciter accipitur	76.b
Omnipotencia Dei Theologia est creditur	97.a
P	
P ater prius beatus quam generet	38.b
Pater & Filius sunt duo spirantes non autem duo spiratores	51.b
Pater constituitur relatione positua	78.a
Pater non generat voluntate	58.b
Pater & Filius diligunt se spiritu sancto	83.b
Pater non est sapiens, sapientia genita	85.a
Peccator fruitur seipso	21.a
Peccator fruitur	21.a
Perfectiones diuinae formaliter distinguuntur	51.a
Permissio varia accipitur	101.b
Permissio non actus posituus voluntatis ad Permissionem tria requiruntur	ibid.
Permittit Deus mala quare	102.a
Personae in diuinis sunt aequales magnitudine	ibid.
Personae diuinae sunt aequales in potentia	63.b
Personae diuinae relationibus constituuntur	66.a
Persona tres solum in diuinis	71.a
Persona qualibet est in aliis	28.a
Persona quid sit	64.b
Persona quid denotat	69.a
Persona cui similis sit	69.b
	ibid.

TABVLA.

Persona in diuinis tripliciter accipitur	70.b
Personarum acceptio quid sit	76.a
Per se notum aliquid dicitur bifariam	25.b
Philosophorum discordia	5.a
Possibilitas rerum unde sit	97.b
Possibile dupliciter accipitur	66.a
Potentia ordinata & absoluta	98.a
Potentia aliqua ad duo comparari potest	2.a
Potentia logica	39.b
Potentia duplex	39.b
Potentia generandi in patre quid sit	40.a
Praxis quid sit	14.b
Practicum & speculatiuum in quo differunt ad practicam scientiam duo requiruntur	15.b
Prædestinatio quid sit	14.b
Prædestinatus potest damnari	93.a
Prædestinationis & probationis non est aliqua causa	93.a
94.b	
Prædestinationis & reprobationis instantia	95.b
Præpositio, de, in diuinis quid importat	38.a
Primum emmens esse	22.b
Primum efficiens est intelligens & volens	23.b
Primum ens omnia distincte intelligit	ibid.
Primum agens est infinitum	ibid.
Primum efficiens esse	ibid.
Principium dupliciter accipitur	80.a
Principium est nomen relatiuum	80.a
Principium non dicitur uniuocè respectu diuinarum personarum & respectu creaturarum	80.b
Processus in infinitum	21.b
productio est in diuinis	27.b

T A B V L A.

<i>Productiones in diuinis sunt duæ solum</i>	27. b
<i>Productio SS. est necessaria</i>	55. b
<i>Prophetiarum veritas</i>	5. a
<i>Præpositio per se nota</i>	24. b
R	
<i>Relatio quomodo personam constituit</i>	71. b
<i>Relatio Romanis noua & ex tempore est in Deo</i>	81. a
<i>Relatio realis ad creaturam nequit esse in Deo</i>	82. a
<i>Relatio realis habet tres condiciones</i>	82. b
<i>Relationes aliqua dicuntur de Deo ex tempore</i>	80. b
<i>Reprobationis est aliqua ratio</i>	95. a
S	
<i>Sacra historia verissima</i>	4. b
<i>Sacra historia veritatem arguit mors fidelium</i>	5. b
<i>Sapientia Dei non est in genere</i>	42. b
<i>Sapientia essentialiter & personaliter capitur</i>	84. a
<i>Scriptura paradisi terrestris</i>	3. b
<i>Scriptura sacra sufficiens viatori</i>	10. a
<i>Scriptura sacra veritas</i>	4. b
<i>Scriptura sacra rationabilitas</i>	6. a
<i>Scripturam sacram recipientium diligentia</i>	6. a
<i>Scriptura concordia</i>	5. a
<i>Scribentium doctrinam & scripturam sacram auctoritas</i>	5. b
<i>Scientia practica quid requirit</i>	89. b
<i>Scientia contingentium in Deo non est practica</i>	90. a
<i>Scientia contingentium non necessaria</i>	92. b
<i>Scientia diuina certitudo</i>	92. a
<i>Scientia diffinitio</i>	13. b
<i>Solus pater est Deus, an verè dicatur</i>	67. b
<i>Solus dupliciter capitur</i>	67. b
<i>Species intelligibilis</i>	32. b

T A B V L A.

<i>Species in quibus Spiritus sanctus apparuit à creatura facta</i>	55. a
<i>Species in quibus Spiritus sanctus apparuit erāt corporea ibidem.</i>	
<i>Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis</i>	46. b
<i>Spiritus sanctus à patre & filio procedit</i>	48. b
<i>Spiritus sanctus procedit à patre & filio ut sunt unū</i>	51. a
<i>Spiritus sanctus uniformiter à patre & filio spiratur</i>	52. a
<i>Spiritus sanctus non est genitus</i>	52. b
<i>Spiritus sanctus & non solum eius dona hominibus datur</i>	53. a
<i>Spiritus sanctus quo pacto fidelibus datur</i>	53. b
<i>Spiritus sanctus visibiliter missus</i>	54. b
<i>Spiritus sanctus cur in specie columbæ missus fuerit Christo</i>	55. a
<i>Spiritus sanctus cur in specie linguarū Apostolis fuit datus</i>	55. a
<i>Spiritus sanctus cur in flatu datus</i>	ibidem.
<i>Spiritus sancti productio est necessaria</i>	47. b
<i>Spiritus sancti visibilis missio in primitiua ecclesia necessaria</i>	54. b
<i>Subiectum attributionis quid</i>	11. a
<i>Substantia per proprietates & accidentia cognoscitur</i>	68. b
<i>Substantia duplex proprietatis</i>	42. a & b
<i>Summum bonum esse an sit per se notum</i>	24. b
<i>Supernaturalis cognitio aut doctrina unde dicatur</i>	2. a
<i>Suppositum quid sit</i>	28. b
T	
<i>Testimonia externa fidei nostræ</i>	10. a
<i>Theologia in se & in nobis</i>	10. b

T A B V L A.

<i>Theologia duplex</i>	11. a
<i>Theologia beatorum</i>	13. a
<i>Theologia Dei dicitur omnium obiectorum cognitio</i>	12. b
<i>Theologia viatorum de quibus sit</i>	13. a
<i>Theologia in se an sit scientia</i>	14. a
<i>Theologia non est subalternans aut subalternata</i>	14. b
<i>Theologia creaturarum est practica</i>	15. b
<i>Theologia Dei an sit practica</i>	ibidem.
<i>Theologia contingentium in se qualis sit</i>	16. a
<i>Theologia subiectum</i>	11. a
<i>Theologia subiectum est Deus sub ratione deitatis</i>	11. a
<i>Transcendens quid sit</i>	51. a
<i>Circa Trinitatem erravit abbas Ioachim</i>	36. a

V

V eritatem esse paucorum	5. a
<i>Verbum nostrum quid sit</i>	73. a
<i>Verbum nostrum est duplex</i>	ibid.
<i>Verbum nostrum quomodo firmatur</i>	73. b
<i>Verbum est proprietas filij</i>	74. b
<i>Verbum est terminus concretius</i>	ibidem.
<i>Verbum non denotat respectum ad creaturas</i>	75. b
<i>Verbum duplicem significat respectum</i>	ibidem.
<i>Ad Verbum perfectum an concurrat voluntas</i>	74. a
<i>Verba cuiuscunque temporis de Deo dicuntur</i>	46. a
<i>Verba diuersorum temporum cum de Deo dicuntur</i>	46. b
<i>Vestigium Trinitatis est in creaturis</i>	31. a
<i>Viator iustus fruitur</i>	21. a
<i>Vltimum finem esse.</i>	22. b
<i>Vnum esse Deum ex sacris literis</i>	25. b

T A B V L A.

<i>Vnum esse Deum naturaliter cognoscitur</i>	26. a
<i>Voluntas Dei causa est omnium</i>	99. b
<i>Voluntas diuina duplex</i>	ibid.
<i>Voluntas diuina creaturas ab aeterno voluit</i>	99. a
<i>Voluntas diuina fruitur</i>	20. b
<i>Voluntas diuina communicat naturam diuinam</i>	47. a
<i>Voluntas Dei quare pluraliter dicitur</i>	100. b
<i>Voluntas Dei signi non semper impletur</i>	ibid.
<i>Voluntas beneplaciti duplex</i>	101. a
<i>Voluntas beneplaciti quae sit</i>	99. b
<i>Voluntas beneplaciti semper impletur</i>	100. b
<i>Voluntas signi quid sit</i>	100. a
<i>Voluntas antecedens & consequens</i>	101. a
<i>Voluntas liberè fruitur sine ostenso</i>	19. b
<i>Voluntas creata diuinae sese confirmans an semper bene</i>	103. a
<i>agat</i>	103. a
<i>Voluntatis actus fruitio, vsus & actus neuter</i>	18. b

Finis primæ Tabulæ.

T A B V L A SECVNDI LIBRI.

A

A ctuum malorum Deus author	152. b
<i>Actuum relatio</i>	157. a
<i>Actus indifferens</i>	156. b
<i>Adam potuit primum venialiter delinquere</i>	134. b
<i>Adam non delinquit ignorantia</i>	137. a
<i>Adæ peccatum quale</i>	135. b
<i>Adæ peccatum non fuit grauissimum</i>	136. a
<i>Angeli beatitudinem meruerunt</i>	118. a
<i>Angeli quando fuerunt beati vel miseri</i>	19. a

T A B V L A.

<i>Angeli mali primum peccatum</i>	120. a
<i>Angelus malus an bene velit</i>	122. a
<i>Angelus quomodo & quale corpus assumat.</i>	122. b
<i>Angelus assumpto corpore quid agere potest</i>	123. a
<i>Angelus quomodo angelum alloquitur</i>	123. b
<i>Angelus qualiter angelum illuminat</i>	124. a
<i>Angeli qui mittuntur</i>	ibid. b
<i>Angelus quid in intellectu hominis efficit</i>	125. a
<i>Angelus & anima specie differunt</i>	108. a
<i>Angelorum mensura</i>	109. b
<i>Angelorum operationes æquo mesurantur</i>	110. b
<i>Angelus nequit esse in loco quantumvis magno aut par- uo</i>	111. a
<i>Angelus propria virtute nequit esse in pluribus locis ibi.</i>	
<i>Angeli plures suapte virtute eodem in loco esse valent</i>	111. b
<i>Angelus de loco ad locum mouetur</i>	ibid.
<i>Angelus propria virtute seipsum mouet</i>	ibid.
<i>Angelus non mouetur in instanti</i>	ibid.
<i>Angelus non mouetur ab extremo in extremum imme- diatè</i>	ibid.
<i>Angeli plures sunt in eadem specie</i>	113. b
<i>Angelus per suam essentiam seipsum cognoscit</i>	115. a
<i>Angelus qualem Dei notitiam ex sese habere possit</i>	115. b
<i>Angelus habet concreatas sibi rerum species</i>	115. b
<i>Angelorum notitia duplex, matutina & vespertina</i>	116. a
<i>Angelus malus an velit necessario malè</i>	111. b
<i>Angeli notitia matutina non accrescit ab ipsis rebus</i>	116. b
<i>Angelorum notitia vespertina à rebus intenditur</i>	ibid.
<i>Angeli quorundam notitiam acquirere possunt</i>	ibid.
<i>Anima non est de substantia Dei</i>	129. b

T A B V L A.

<i>Anima à Deo creatur & in ipso corpore</i>	130. a
<i>Anima immediatè seipsam cognoscere nequit</i>	115. a

B

B <i>Eati non possunt venialiter offendere</i>	135. a
<i>Bonitas actuum quotuplex</i>	121. b
<i>Bonitas triplex</i>	155. b
<i>Bonitas naturalis</i>	ibid.
<i>Bonitas moralis</i>	156. a
<i>Bonitas meritoria</i>	156. b

C

C <i>œlum neque materiam habet aut animam</i>	126. b
<i>œlum est corruptibile</i>	127. a
<i>œli quot sunt</i>	127. b
<i>Cogitatio est in potestate voluntatis & quomodo</i>	158. a
<i>Cogitatio est peccatum</i>	158. b
<i>Cognitio matutina quid sit</i>	116. a
<i>Cognitio vespertina quid sit</i>	ibidem.
<i>Concupiscentia dupliciter capitur</i>	142. a
<i>Confirmatio en bono duplex</i>	132. b
<i>Creatura necessario à tribus producitur</i>	104. b
<i>Creare posset unica persona</i>	105. a
<i>Creatio rerum latuit Philosophis</i>	105. b
<i>Creare quid sit</i>	106. a
<i>Creare soli Deo competit</i>	106. b

D

D <i>æmones nequeunt se ad gratiam disponere</i>	121. a
<i>Differentia individualis efficit naturam superna turalem</i>	112. b
<i>Differentia individualis est materia ipsi Aristoteli</i>	113. b
<i>Dies formationis uniuersi</i>	116. a

T A B V L A.

E

E lementa in mixto	119.a
E uæ formatio	131.b
E uæ peccatum grauius peccato Adæ	136.a
E uum dupliciter capitur	110.b

F

F ilij nati non fuissent in iustitia confirmati	134.a
F orma bifariam accipitur	113.a

G

G ratia est in potentia	139.a
G ratia & virtus	ibid.
G ratia & charitas distinguuntur.	139.b

H

H omo stante innocentia mortalis fuisset	131.b
H omo aut angelus nequit esse impeccabilis per naturam	137.b

I

I mago Trinitatis	129.b
I mago Trinitatis in portione superiori	138.a
I ndivisibilibus motus	111.b
I ndivisionis principium	112.b
I ndivisionis causa non sunt accidentia	ibidem.
I ndivisionis causa non est materia	113.a
I ntentio est actus solius voluntatis	134.a
I nstantia duo naturæ in diuinis	104.a
I ustitia originalis dupliciter debita	143.a

L

L iberum arbitrium absque gratia omne mortale non vitat	139.b
I n loco esse contingit trifariam	111.a
L ucifer appetit Dei aequalitatem	119.b
L umen & lux quid	126.b

T A B V L A.

M

M alitia actuum quotuplex	121.b
M ateria dupliciter capitur	113.a
M ateria à forma distincta per se esse potest	126.a
M ensuræ rerum durationis tres	109.a
M ensurare quid sit	ibidem.
M ensurare quippiam contingit multipliciter	109.b
I n merito quid præstet	118.b
M ora inter angelorum creationem & beatitudinem	
II. b	
M ors an sit à Deo	152.a
M otus à quo habet successionem	112.a

N

N otitia duplex, intuitiua & abstractiua	115.a
N otitia matutina est duplex	116.b

O

O biectum bifariam sua est præsens potentia	114. b
O biectum intellectus & voluntatis diuina est duplex	
104.a	
O pera etiam externa sunt peccata	160.a
O riginali iustitia stante soli electi nati	133.b
O riginali iustitia stante filij creuissent corpore & scientia	
134.a	
O riginalis iustitia quid præstabat homini	140.a
O riginale peccatum quid	141.b
O riginale peccatum in omnes transit	142.a
O riginale peccatum quare sit in paruulis	142.b
O riginalis iustitia an sit gratia præstantior	141. a
O riginale peccatum à carne in animam transit	143. b
O riginale peccatum in peccato dimittitur	144. a

T A B V L A.

Originalis peccati pœna	145. b
Originali duntaxat irretiti cognitio	146. a
P	
P aradisus terrestris	130. b
Peccatum propria quid sit	148. a
Peccati ratio in quo potissimum consistit	149. a
Peccatum non est ab aliquo malo principio	146. b
Peccatum est à voluntate	146. b
Peccatum est in aliis potentiis à voluntate	158. a
Peccatum principaliter est in voluntate	157. b
Peccati causa quæ sit	146. b
Peccati Deus non est causa	151. b
Peccati author Deus non est, licet pravi actus causa sit	152. a
Peccatum est pœna	150. a
Peccatum est pœna peccati	150. b
Peccatum in spiritum sanctum	161. a
Peccatum finalis impenitentia	161
Peccatum irremissibile	161. b
Peccandi potentia an sit à Deo	162. a
Peccati gravitas unde expenditur	155. a
Pœnarum Deus author	152. a
Potentia anima quomodo distinguuntur	129. a
Portio superior & inferior	137. b
R	
Relatio an sit eadem fundamento	107. a
S	
S emen est ratio seminalis	131. a
Sermo est sapius peccatum	159. b
Stella agunt in hac inferiora	118. a
Substantia omnis creata a quo mensuratur	110. a
Syderefis quid est & in quo	155. a
Tempus	

T A B V L A.

T	
Tempus bifariam accipitur	110. a
V	
V oluntas sola suum efficit actum	138. b
Voluntas potest velle malis sub ratione mali	162. a
Finis secundæ Tabulæ.	
T A B V L A T E R T I I R E S O - lutionum.	
A	
A braha factum expenditur	227. b
In angelis an sint virtutes	219. b
B	
Beati non possunt mereri	195. a
C	
C haritas quid sit	209. b
Charitas virtus est Theologia	209. b
Charitas distinguitur à fide & spe	210. a
Charitas nunquam excidit excidit	217. b
Charitatis obiectum	210. a
sine Charitate infusa potest Deus diligere	210. a & b
Charitas infusa an sit pœnenda	212. b
Charitas inclinatur ad diligendum Deum & proximum	213. a
Charitas infusa est necessaria	211. a
Christus ab originali immunis quomodo	171. a
Christus habet duplex esse essenziale	173. b
Christus non est aliqua duo	174. a
Christus quomodo humanam assumpsit naturam	174. a
Christus fuit predestinatus	176. a
Christus incarnatus licet homo non peccasset	176. b
Christus habet duas filiationes	178. a
Christo homini quæ adoratio debetur	181. b
Christus non est adoptivus Dei filius	182. a

T A B V L A.

Christus in quantum homo non est creatura	183.a
Christus ut homo incepit esse	183.a
Christus peccare non potuit	183.b
Christo gratia summa conferri potuit	184.a
Christo gratia summa collata est	184.b
Christi voluntas summa Deo fruitur	185.a
Christus absque gratia frui posset	185.b
Christi intellectus perfectissime Deum videt	186.a
Christi intellectus immediate Deum videre potest	186.a
Christi anima videt omnia in verbo	186.b
Christi anima angelos illuminare potest	187.a
Christi anima in genere proprio cuncta perfectissime nouit	188.a
Christus necessario moriturus	191.b
Christi corpus morti erat obnoxium	192.b
in Christo duæ voluntates	194.a
Christus meruit	195.a
Christus meruit in primo instanti	195.b
Christus non meruit suam fruitionem	196.a
Christus incarnatus Adamo non peccante	196.a
Christus quid meruit	197.a
ante Christum paradysum nullus ingrediebatur	197.b
Christus pro veritate mortuus	198.b
Christo quantum debeamus	298.b
Christi corpus corrumpi non poterat	199.b
Christus in triduo non erat homo	200.a
Chri corpus nō prius animatum quā verbo unitū	167.a
christi corpus non prius organiatū quā animatū	167.b

D

D eus est homo	175.a
Deus factus est homo	175.b
Deus omnia equaliter diligit	218.a
Deus super omnia diligendus	211.a

T A B V L A.

Deum qualiter diligere debemus	211.a
ad Dei dilectionem tria mouent	210.a
Diligere seipsum post Deum quilibet debet	213.b
Diuina essentia an humanam assumpserit	173.a
Dolor & tristitia differunt	188.b
Dolor & tristitia sunt in appetitu	188.b
Dolor fuit in Christo	189.b.

E

Excacatio mentis unde	222.b
-----------------------	-------

F

F ides duplex	201.a
Fides acquisita	201.b
Fides infusa	202.b
Fides infusa quare ponitur	202.a
Fides comproducit actum	202.b
Fides & scientia nequeunt esse eiusdem	203.b
Fides infusa semper necessaria	205.b
Fides & Charitas distinguuntur	205.b
Fidei actus semper necessarius	205.b
Fides simplicium	206.a
Fides maiorū ecclesiæ	206.a
Fides Israelitarum	207.a
Fides à quo dicatur una	207.b
Fides patrum	206.b
Fides & spes euacuabuntur	217.a
Forma totius	166.b
Formalis ratio terminandi incarnationem	165.a

G

Gen ^o humanū cōgruentius fuit redimi quā angelos	198.b
---	-------

I

I acob factum expenditur	228.a
Inimici diligendi	214.a

T A B V L A.

<i>Inimicus non odiendus</i>	214.b
<i>Inimicus beneficiendum</i>	215.b
<i>Inimicus dupliciter consideratur</i>	214.a
<i>Iuramenti comites</i>	229.a
<i>Iuramentum quid sit</i>	218.b
<i>Iuramento nihil addit consuetudo</i>	229.a
<i>Iurandi consuetudo detestabilis</i>	129.b
<i>Iurans in dubiis an mortaliter peccet</i>	230.a
<i>Iuramentum duplex</i>	230.b
<i>Iuramentum assertorium</i>	230.b
<i>Iuramentum promissorium quatuorplex</i>	230.b
<i>Iuramentum dolosum</i>	230.b
<i>Iuramentum incautum</i>	230.b
<i>Iuramentum coactum</i>	231.a

I

L atria quid sit	178.b
<i>Latria acceptio</i>	179.a
<i>Latria qualiter & quando exhiberi debet</i>	179.a
<i>Latria quomodo Christo debeatur</i>	180.a
<i>Latria duplex ratio</i>	181.a
<i>Lex natura quid</i>	224.a
<i>Legis natura duo gradus</i>	224.a
<i>Legis grauitas vnde pendet</i>	231.b
<i>Legis veteris supra rationem grauitas</i>	231.b
<i>Lex noua praesentius habet remedium quam vetus</i>	232.b

M

M aria ab omni originali immunis	168.b
<i>Maria non conscendisset caelum si defuncta fuisset ante Christum</i>	170.a
<i>Maria vere Dei & hominis mater</i>	171.b
<i>Maria quomodo Christum enixa est</i>	172.a
<i>Maria fuit naturalis Christi mater</i>	172.b
<i>Maria pertinet ad rei quidditatem</i>	200.b

T A B V L A.

<i>Mendacium quid</i>	225.b
<i>Mendacium semper peccatum</i>	226.a
<i>Mendacium est triplex</i>	216.a
<i>Mendacium perniciosum</i>	226.b
<i>Mendacium officiosum</i>	226.b
<i>Mendacium iocosum</i>	226.b
<i>Meretur quis per ea quae eius voluntati non subsunt</i>	193.a
<i>Meritum quid sit</i>	194.b
<i>Meriti Christi efficacia & sufficientia</i>	196.b
<i>Meriti ratio</i>	197.a
<i>Meritum Christi profuit patribus</i>	197.b

N

N aturam eandem plures assumere nequeunt	164.a
<i>Natura assumpta potest non frui</i>	165.b
<i>Natura non intellectualis assumi potest</i>	165.b

P

P assiones non causantur a voluntate	189.a
<i>Passionibus magis meremur</i>	199.a
<i>Periurium quid sit</i>	229.a
<i>Periurium indeliberatum veniale</i>	229
<i>Periurium deliberatum mortale</i>	229.b
<i>Persona differt a natura singulari</i>	163.b
<i>Persona plures eandem naturam assumere non possunt</i>	164.a
<i>Persona una plures assumere potest naturas</i>	164.b
<i>Persona creata an aliam creatam assumere possit naturam</i>	165.a
<i>Persona creata non fuit assumpta</i>	173.b
<i>Portio superior in Christo tristabatur</i>	190.b
<i>Portio inferior tristata in morte Christi fuit</i>	191.a
<i>Præceptum primum in hac vita impletur</i>	211.a
<i>Prædestinatio quid</i>	176.a
<i>Prædestinationis ordo</i>	196.a
<i>Proximus quis</i>	213.a

T A B V L A.

<i>Prudentia est virtus materialiter</i>	219. b
<i>R</i>	
R <i>euerentia in communi</i>	178. b
<i>Reparatio humani generis aliter fieri potuit</i>	198. a
<i>S</i>	
S <i>apientia, scientia, intellectus, quinā sunt habitus</i>	221. a
<i>Scientia bifariam accipitur</i>	203. b
<i>scientia scripturæ sacræ qualis</i>	204. a
<i>Scientia Prophetarum & Apostolorum qualis</i>	204. b
<i>Spes quid sit</i>	208. a
<i>Spes duplex</i>	208. a
<i>spes à fide & charitate distinguitur</i>	208. b
<i>Simulare an liceat</i>	218. a
<i>T</i>	
T <i>otum est ens distinctum à suis partibus</i>	166. b
<i>Tristitia quot modis causatur</i>	189. b
<i>Tristitia fuit in christo</i>	190. a
<i>V</i>	
V <i>erbum assumpsit naturam humanam</i>	163. a
<i>Verbum assumpsit naturam</i>	166. a
<i>Verbum est homo</i>	175. a
<i>Virtus theologa tres requirit condiciones</i>	208. a
<i>Virtutes morales sunt in voluntate</i>	219. a
<i>Virtutes septem homini sufficiunt</i>	220. a
<i>Virtutes, dona, beatitudines, & fructus non distinguuntur</i>	220. b
<i>Virtutes morales non sunt inter se connexæ</i>	221. b
<i>Virtus moralis nō est cū sua cōnexa prudentia</i>	222. a
<i>Virtus omnis in medio consistit</i>	209. a
<i>Virtutes morales non sunt theologicas connexæ</i>	223. a
<i>Virtutes morales an sint in angelis</i>	219. b
<i>Virtutes theologica non sunt moralibus connexæ</i>	223. b

T A B V L A.

<i>virtutes theologica non sunt inter se connexæ</i>	223. b
<i>Vnio Hypostatica quid</i>	163. a

Finis tertiæ Tabulæ.

T A B V L A Q V A R T I L I B R I
resolutionum.

A

A <i>ccidens dupliciter capitur</i>	288. b
<i>Accidens absolutū absque aptitudinali in heretia esse non potest</i>	187. a
<i>Adulti nō cōsentientes baptismi effectū an recipiant</i>	250. b
<i>Affinitas quid</i>	360. b
<i>Amor duplex</i>	383. b
<i>Anima separata, cognoscet prius nota</i>	372. a
<i>Anima separata, ignota poterit cognoscere</i>	372. a
<i>Anima separata recordabitur præteritorum</i>	372. b
<i>Appetitus in homine est duplex</i>	386. b

B

B <i>aptisati à Ioanne an debuerint christi baptisate abluī</i>	243. a
<i>Baptisma Ioannis ad quid conferebatur</i>	243. b
<i>Baptismi definitio</i>	244. a
<i>Baptismi forma</i>	244. b
<i>Baptismi materia</i>	245. b
<i>Baptisma quando institutum</i>	246. b
<i>Baptisma fuit sub consilio primum, dein & sub præcepto</i>	246. b
<i>Baptisma quando circumcisionem euacuauit</i>	247. a
<i>Baptisma paruulis conferendum</i>	248. b
<i>Baptismi effectum recipiunt paruuli</i>	248. b
<i>Baptisate conferuntur fides, spes, & charitas,</i>	249. b
<i>Baptisma existentibus in utero an possit conferri</i>	249. b

T A B V L A.

Baptismi vicem supplent martyrium, & fides	252.b
Baptismum suscipere debet etiam iustificatus	252.b
Baptismi effectus an sit aqualis omnibus	253.b
Baptisma etiam confertur à malis	255.b
Baptisma à malo ministro expeti potest	256.b
Baptisma an possit conferri inde morituris	257.b
Baptisaturis necessaria	258.a
Baptisare valet quavis creatura intellectualis	258.a
Baptismus an ab unico conferri possit	258.a
Baptisari possunt simul plures	258.b
Beati vident orationes nostras	373.b
Beati sunt impeccabiles	384.a
Beati certi sunt perpetua eorum beatitudinis	385.a
Beati omnes esse volunt	386.
Beati corpus esse potest cum alio	390.a
Beatificare seipsum nequit homo	387.b
Beatorum corpora erunt impassibilia	388.b
Beatorum corpora erunt agilia	389.a
Beatorum corpora erunt clara	389.b
Beatitudo in operatione consistit	382.a
Beatitudo potentiam immediatius perficit	382.a & b
Beatitudo in pluribus operationibus consistit	382.b
Beatitudo consistit in actibus voluntatis	383.a
Beatitudo consistit in fruitione	383.b
Beatitudo perpetua erit	384.a
Beatitudo non includit essentialiter gaudium	385.b
Beatitudo electorum non erit aqualis	392.a
Beatitudinis infima natura capax est humana	386.a
Beatitudinis causa an omnia expetentur	387.a
Beatitudinem assequi nequit homo in hac vita	388.a
Bigamia an licita fuerit aliquando	353.a
Bigamus an possit ordinari	354.b

T A B V L A.

C

C alix Missæ requisitus	294.a
Creatura in deitate conuerti nequit aut contra	281.a
Creatura qualibet in aliam conuerti potest	281.a
Circumstantia peccatorum	318.a
Canonica pœna quid sit	350.b
Canonica pœna an impediatur ordines	351.a
Characteris acceptiones	259.b
Characteris definitio	259.b
Character anima infunditur	260.a
Character adumbratum olim	260.a
Character qua forma sit	260.a
Characteres tres	260.a
Christus in propria persona legem non dissoluit	247.b
Christus in humana forma iudicauit	380.a
Christi satisfactio quomodo accipienda	343.b
Circumcisio in fœdus sempiternum	248.a
Circumcisione peccatum delebatur & gratia conferebatur	237.b
Clauis Ecclesiæ	321.a
Clauium potestas quam pœnam concernat	319.b
Cognatio spiritualis quid	361.a
in Comutationibus non statim factis quid obseruandum	307.b
Confessio sacramentalis peccatori necessaria	315.a
Confessio in certis casibus necessaria	272.a
Confessionem reuelantium pœna	345.b
Confessionis conditiones	317.b
Confessionis minister	319.a
Confessor debet peccatum celare	345.a
Confirmationem Christus instituit	261.a
Confirmationis materia	261.b
Confirmationis forma	262.a
Confirmationis minister	263.a

T A B V L A.

Coniectura quod aliquis sit in gratia	272.a
Con sanguinitas quid. 360.a. Contractus triplex	305.b
creare non competit creatura	233.a
credēda pleraq; qua in sacris litteris nō cōtinētur	344.a
culpa remissio & gratia infusio non sunt una mutatio.	
314.a	
D	
D eus potest rē vnā in alterā trāssubstantiare	281.a
Degradatus de facto conficit Eucharistiam	285.b
Diaconus occurrente necessitate Eucharistiam dispensare potest	296.a
Damnati cruciabuntur igne	377.a
Damnati appetunt non esse	391.a
Damnatorum puniatio	376.b
Damnatorum puniatio an sit à Deo	377.a
Damnatorum pœna à beatis cognoscuntur	391.b
Damnatorum pœna non erit equalis	392.b
Debitum quando reddendum coniugibus	362.a
Dæmones quomodo igne infernali crucientur	369.a
Distinctio rerum vnde	304.b
Donatio iusta 305.b	
E	
E ucharistia definitio	265.a
Eucharistia conficiendæ facultatem dedit Christus ecclesie ministris	265.b
Eucharistia permanebit in ecclesia ad seculi vsq; finē	265.b
Eucharistia varia commoda	266.a
Eucharistia figura	266.a
Eucharistia, Sacramentum est nouæ legis	266.b
Eucharistia est vnum Sacramentum	266.b
Eucharistia supra cætera sacramenta excellentia	266.b
an Eucharistia forma sit ea qua in canone Missæ ponitur	267.a
Eucharistia à ieiunio recipi debet	268.b
Eucharistia quadrifariam suscipi valet	269.b

T A B V L A.

Eucharistiam suscepturis necessaria preparatio	270.b
Eucharistiam suscepturus confiteri debet	271.b
Eucharistia effectus	272.b
in Eucharistia Christi corpus & sanguis verè continentur	273.b
Eucharistia testimonia	273.b
Eucharistia verba non accipi figuratiuè	276.b
Eucharistia nihil adimit articulus ascensionis	277.a
in eucharistia incipit esse Christi absq; mutatione	278.a
in Eucharistia aliter adest Christus sub speciebus vini aliter sub speciebus panis	279.a
in Eucharistia Christi corpus non occupat locum	278.b
Eucharistia mysteria non sunt curiose perscrutanda	279.a
Eucharistia finis seu utilitas	279.b
Eucharistia veritatis tres opiniones	281.b
Eucharistia panis & vinum in Christi corpus & sanguinem transsubstantiantur	282.a
Eucharistia transsubstantiationi obiecta	283.b
Eucharistia transsubstantiationis argumenta	284.a
Eucharistia panis non annihilatur	284.b
Eucharistia transsubstantiationis expressio	284.b
Eucharistia materia quantum ad panem	285.a
de Eucharistia materia secundum Græcos	285.b
Græcorum opinio de Eucharistia refellitur an Eucharistia debeat fieri in aëre	286.b
Eucharistia materia quantum ad vinum	287.a
in Eucharistia sunt accidentia sine subiecto	288.a
in Eucharistia quid frangatur	288.b
Eucharistiam conficere quibus competat	291.b
Eucharistiam administrare de facto aut de iure solus sacerdos conficere potest	292.0
Eucharistiam de iure quis conficere potest	292.b
Ecclesia multa ab Apost. doctor. habet absq; scripto	293.a
	267.b

T A B V L A.

<i>Ecclesia scripturae interpres irrefragabilis</i>	341.a
<i>Excommunicatio</i>	322.b
<i>Extrema unctionis definitio</i>	349.a
<i>Extrema unctio noua legis sacramentum</i>	348.b
<i>Sacramentum Extrema unctionis à Deo institutum</i>	348.b

F

<i>Fictus an baptismi effectum consequatur</i>	251.a
<i>Forma baptismi</i>	244.b

H

<i>Homo semper habuit remedium suae salutis</i>	239.a
<i>Homo an possit appetere non esse</i>	244.b

I

<i>Ieiunium natura quid</i>	268.b
<i>Ieiunium Ecclesiae quid</i>	268.b
<i>Ignis cruciabit demones</i>	369.a
<i>Ignis cruciabit damnatos</i>	371.a
<i>Infamans alium tenetur ad restitutionem</i>	312
<i>Intentio actualis & habitualis</i>	258.a
<i>Intentio habitualis non sufficit administranti sacramenta</i>	258.a
<i>Intentio actualis non requiritur</i>	258.a
<i>Intentio virtualis sufficit</i>	258.a
<i>de Indulgentiis</i>	327.a
<i>Iudicare bifariam accipitur</i>	380.a
<i>Iudicij generalis congruentia</i>	379.a
<i>Iudicium generale futurum</i>	379.a
<i>in Iudicio cessabit motus orbium caelestium</i>	381.a
<i>Iustitia est in Deo</i>	375.b
<i>Iustitia in damnatorum punitione</i>	377.a & b
<i>In mortali peccato valet quis esse trifariam</i>	270.b

L

<i>Licet Eucharistiam nec conficere nec consecrare potest</i>	296.b
---	-------

T A B V L A.

<i>Latonis poenitentia</i>	343.a
<i>Lex Evangelica omnium perfectissima</i>	240.a
<i>Lex Evangelica praeteris habet maiora auxilia</i>	240.a
<i>Ludus</i>	310.a

M

<i>Missae indumenta</i>	293.b
<i>Missae dicendi locus conueniens</i>	293.b
<i>in Missa debet esse lumen</i>	294.a
<i>Missae quo tempore debet celebrari</i>	294.b
<i>Missam celebranti quispiam assistere debet</i>	294.b
<i>Missae melioris sacerdotis melior est & magis prodest.</i>	295.a
<i>Mariam fuisse virginem decuit</i>	359.a & b
<i>Materia baptismi quae</i>	245.b
<i>Matrimonium Christus instituit</i>	354.a
<i>Matrimonium quid sit</i>	356.b
<i>Matrimonium requirit consensum</i>	356.b
<i>Matrimonium quomodo impedit coactus consensus</i>	357.b
<i>Matrimonium an impediatur consensu erroneo</i>	358.a
<i>Matrimonium Virginis & Ioseph verum</i>	318.b
<i>Matrimonium quomodo impediatur impotentia</i>	359.b
<i>Matrimonium quomodo adulterio impeditur</i>	316.b
<i>Matrimonium quomodo seruitute & infantia impeditur</i>	357.a
<i>Matrimonium contrahere nequeunt sacris initiati</i>	357.a
<i>Matrimonium impeditur voto</i>	358.b
<i>Matrimonium impeditur dispari cultu</i>	359.a
<i>Matrimonium impedit cognatio</i>	360.a
<i>Matrimonium impedit affinitas</i>	360.b
<i>Matrimonium impeditur spiritali cognatione</i>	361.a
<i>Matrimonium impeditur cognatione legali</i>	361.b
<i>Matrimonij consensus quomodo exprimens</i>	357.a
<i>Matrimonij tria bona</i>	361.a

T A B V L A.

Matrimonio competentia	354. a & b
Memoria duplex	272. b
Meritum congrui quid	300. b
Ministri malitia non impedit baptismi efficaciam	255. b
Misericordia est in Deo	376. a
Misericordia in damnatorum punitione	378. b
Mutatio formæ baptismi quomodo impediatur sacramentum conferri	245. a
in Mutui datione an liceat ultra sortē recipere	306. b
in Mutui datione rerum vsualium	307. b

N

Necessaria ex parte ministratū sacramēta quæ	244. b
Necessaria ex parte sacramentorum quæ	244. b
de Negotiatoribus	308. a

O

Originale in paruulis	248. b
Ordines septem	349. b
Ordinū susceptionem an impediatur sexus muliebris	353. a
Ordines an recipiant pueri	353. a & b

P

Poenitentia sacramenti minister	303. a
Principium bifariam accipitur	380. a
Paschæ acceptio	286. a
Paul ^o Petro in legalium obseruatione merito resistit	248. a
Paruuli recipiunt effectum baptismi	248. b
Paruuli baptisandi	248. b
Paruuli infidelium aut Iudeorum inuitis parentibus an debeant baptisari	254. b
Peccata remissa non redeunt	346. a
à Peccatis resurgens quam gratiam habeat	347. a
Peccator unde quis dicatur	296. b
Peccator ex naturalibus potest peccatum detestari	300. a
Peccator bifariam purgari potest	304. a

T A B V L A.

Peccatum deleri potest sine gratia infusione	239. a
Pecunia mutui datio iusta	306. b
Permutatio quomodo fieri debet	306. a
Potentia Dei absoluta & ordinata quæ	239. a
Potestas spiritualis triplex	321. b
Pœna voluntaria solum delet reatum	298. a
Pœna remissa non semper culpa remittitur	298. a
Pœna canonica quæ	350. b
Pœnitentia requiritur ad peccati deletionem	299. b
Pœnitentia plurium pœnarum est inflictiua	302. b
Pœnitentia sacramentum quid sit	302. b
Pœnitentia in extremis ualet	325. b
Pœnitentia preparationem requirit	300. b
Pœnitentia sacramenti minister	303. a
Pœnitentia partes	313. a
Pœnitere cuius virtutis est actus	299. a & b
Præscriptio & usu capio	305. a.
Purgatorij ponendi causa	340. a
	340. b

R

Reatus deletio per punitionem	297. b
Reparationem hominis quæ concomitentur	240. b
Repudium an fuerit licitum	355. a
Rerum translatio quomodo fit	305. a
Resurrectio hominum possibilis	362. b
Resurrectio hominum futura	362. b
Resurrectio naturaliter cognosci nequit	363. a
Resurrectio an erit naturalis	366. a
Resurrectio fit in instanti	367. b
Resurrectionem efficere nequit natura	366. a
in Resurrectione erit idem corpus	368. b
Restitutio faciendæ & quomodo	308. a
Restitutioni astringitur qui in anima aut corpore alium læsit	310. b

T A B V L A.

S acramenta institui necessum non fuit sed tantum congruum	234.a
sacramenta à quo fuerint instituta	234.b
sacramenta quando debuerunt institui	235.a
sacramenta debebant institui diuersa	235.a
sacramenta non efficiunt gratiam	236.a
sacramenta quomodo dicantur causa gratia	236.a
sacramenta suscipientibus confertur gratia	236.a
sacramēta non habent in se supernaturalē virtutē	237.a
sacramenta propria dicta ex opere operante gratiam conferunt	237.a
sacramenta vnde habeant efficaciam	240.b
sacramenta à malis expeti possunt	256.b
sacramenti definitio expenditur	233.b
sacramenti diuisio	235.a
in sacramentis quadam sunt necessaria, &c.	244.b
sacramentorum virtus quæ	237.a
sacramentum aduersus originale in lege nature	239.b
sacerdotum munus. 303.a satisfactio quid sit	304.a
satisfactio peccatorum in quibus consistat	305.b
satisfactio propria nõ correspondet cuiuslibet mortali	306.a
secretum celandum	345.a

T

T ranssubstantiatio quid	280.b
Transsubstantiatio solius est potentia diuina	280.b
Transsubstantiatio non est aliqua mutationis species	281.a

V

V nio consecrabili debet apponi aqua	287.a
Veniale in alio seculo remittitur	340.a
Votum quid sit	358.a
Verbi Diuinitatis sensus est obseruandus	275.a
Verbū Dei non est estimandū in carnali prudētia	275.a

F I N I S.



RESOLUTIONES IN QVATVOR LIBROS SENTENTiarum, Ioannis Duns, siue Scoti sub R. P. Melchiore Flauio ordinis Minorū Gardiano magni conuentus Tholofani, necnon pœnitentiario S. S. D. P. II. V. Papæ, ac christianissimi Regis Galliarum Henrici II. concionatoris.

LIBER PRIMVS.

QVÆSTIO PRIMA PROLOGI.

Vtrum sit necessarium specialem quandam doctrinam supernaturaliter viatori reuelari, quam naturali intellectus lumine assequi nequeat?



ARIA profectò hac in re est theologorum, & philosophorum (Aristotelis potissimum & sequacium) opinio. Hi enim nature perfectionem plusquam oporteat extollentes, supernaturalem negant perfectionem. Afferunt itaque nullam supernaturalem cognitionem homini pro hoc statu esse necessariam, sed quòd

per causas naturales (quæ sunt intellectus, & obiectum) omnem sibi necessariam cognitionem conquirere possit. Quibus refragantur theologi autoritatibus primùm sacræ scripturæ, & sanctorum patrum, deinde ex rationibus. Ait enim Barruth, Non est qui possit scire vias eius (naturaliter videlicet) sed qui scit vniuersa, nouit eam &c. Vnde consequens est, vt nullus sapientiam hanc habere possit, nisi à sciente vniuersa (Deo videlicet:) proinde adnectit, tradidit eam Iacob &c. Quantum ad vetus testamentum. Post hoc in terris visus est &c. Et in propria persona docuit nõuum testamentum Apostolos, & ceteros fideles. Confiteor tibi pater &c. Aperuit illis sensum mea doctrina &c. Q. D. Doctrina quam doceo non est humanitus adinuenta, sed diuinitus inspirata. Predicatio mea nõ in persuasibilibus &c. Omnis scriptura &c. non enim voluntate humana &c. Ratione verò sic ostendunt. Omni agenti per cognitionem necessaria est distincta finis sui cognitio. Atqui homo ex naturalibus nequit distinctè suum cognoscere finem, necessarium proinde est, vt supernaturaliter illi reueletur. Confirmatur ex Augustino, philosophi, (inquit) nescientes ad quem finem referenda ista essent inter falsa, quæ locuti sunt, verum videre potuerunt. Præterea idem Augustinus ait. Quid prodest nosse quò eundum sit, ignoretur vero via qua eundum sit. In hoc enim errabant Philosophi, quia & si aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tamè falsa miscuerunt

Barruth 3.
cap.

Matth. II.

Luce ultimo
Ioan. 7.
1. Cor. 2.
2. Timot. 3.
2. Petr. 1.

Lib. 18. de
civitate c. 41.

Lib. de civi-
tate c. 2.

secundum auctoritatem præcedentem Augustini. Et patet ex eorum libris. Improbatur enim Aristoteles politias dispositas à multis aliis. Sed nec illa Aristotelis est irreprehensibilis, vbi docet Deos esse honorandos. Decet (inquit) cultum exhibere Diis, & ibidem. Lex nullum orbarum tradit nutriri, & idem docet, quòd oportet fieri abortivum in casu. Ad hæc dicit idem Augustinus, Quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam testimonio nostro scire non possumus, de his alios testes requirimus. Veruntamen vt hæc latius pateant, obserua potentiam receptiuam alicuius actus, seu formæ posse ad duo comparari, ad actum ipsum videlicet (& sic dicitur naturalis violenta, vel neutra huiusmodi receptio) aut ad causam efficientem illius actus. Proinde si intellectus possibilis cõparetur ad notitiam ipsam simpliciter, nõ est tunc supernaturalis talis cognitio, ob id quod intellectus ad quacunque notitiam naturaliter inclinatur, & eadem etiam naturaliter perficitur, (accidentaliter tamen.) Sin ad agens ipsum conferatur, cognitio erit supernaturalis, si ab agente producat, quod non est natum naturaliter talem cognitionem producere. Pro isto autem statu secundum philosophum intellectus possibilis natus est moueri ad cognitionem aliquam naturaliter tantum ab intellectu agente, & phantasmate. Quo circa sola illa cognitio naturalis dicetur, quæ ex his duobus profiscetur. Quamobrem si notitia quædam, aut doctrina, seu species intelligibilis menti alicui-

2. Politicor.

7. lib. Polit.

Lib. 7. Pol.

c. 15.

Lib. 11. de ci-
uitate c. 73.

Potentia re-
ceptiua ali-
cuius actus ad
duo compara-
tur.

3. de natura.

Supernatu-
ralis cognitio
aut doctrina
vnde dica-
tur.

ius à diuina infundatur volūtate (vt prophetis, Apostolis, & aliis sanctis contigit) supernaturalis dicitur huiusmodi cognitio, quæ produ-
Exod. 33. cap. citur ab agente (Deo videlicet) quòd pro hoc
Indict. 13. statu nostræ infirmitatis, & corruptionis non
 est naturaliter nostri intellectus motiuum, ip-
 so dicente Mofè. Non potes videre faciem
 meam, quia non videbit me homo &c. Vnde
 & Sanfonis pater, facta illi angelica apparitio-
 ne, ait ad vxorem suam, Moriemur quia vidi-
 mus Dominum, & iuxta aliam translationem,
 Deum. Huc accedit Ioannes dicens. Nemo
 Deum vidit vnquã. Insuper, regi feculorũ im-
 mortali, & inuisibili &c. Et lucem habitat in-
 accessibilem quã nullus &c. Dicitur præterea
 supernaturalis, quia fit ab agente supplente vi-
 cem obiecti supernaturalis, vt puta ipsius essen-
 tiæ diuinæ, quæ est obiectum in quo relucent
 articuli fidei, & omnia diuina mysteria: Sed
 pro hoc statu nequit à nobis apprehendi. Id-
 circo quodcumque horum mysteriorum nos
 certos reddit, supplet hac in re eius vires, sed
 imperfectè nunc, cum videamus nunc per spe-
 culum & in ænigmate, tunc autem (cum obie-
 ctum erit præsens) facie ad faciem videbimus
 habentes horum clarã, & perfectã notitiã.
 Scimus quoniam cum apparuerit &c. Tradita
 tamen primò hac doctrina patribus, Prophe-
 tis, & Apostolis potest subinde quis eidẽ sibi
 manifestatæ (cõcurrente diuino auxilio, ac pia
 sua affectione) assentiri, vt patet Reso. 23. 3. lib.
 Secus non reprehenderetur nolentes credere.

Ioannis 3.
Supernatu-
rãli doctrina
reuelatæ po-
test quis sub-
inde natura-
liter assentiri.

Vocauit, & renouistis, &c. Quoties volui con-
 gregare, &c. Si mihi non vultis credere, &c.
 Cum autem tanta signa fecisset, &c. Corde
 credite ad iustitiam, &c. Captiuantes intel-
 lectum. Sed quemadmodum primũ fuit hæc
 doctrina tradita, aut reuelata, locutione in-
 teriore, an exteriori? Sanè vtroque modò Ada-
 mo primũ, deinde & cæteris patribus. Cum
 enim ab vno omnes ducamus originem, ne-
 cessè est, vt primus parens calitus sit edoctus
 de vniuersarum rerum cognitione. Cum autẽ
 ante primum hominem nullus esset homo qui
 voce exteriori loqueretur, necessè est vt reue-
 latione interiori fuerit instructus primũ di-
 uinitus. Itaque Adam hanc notitiã accepit à
 sapientia diuina. Cum autem esset necessè au-
 ditu exteriori omnia proferre, vt filios, & po-
 steritatem doceret, opus fuit, vt in duplicibus
 tabulis etiam vocabula ipsa, sine quibus nihil
 sciretur, exararentur in marmoribus, ex solo
 ipsius voto. Est verò cogitandum, quòd pri-
 mus homo in maiori perfectione sanctitatis,
 potissimum quãtum ad naturalia, fuerit, quã
 vniuersi sancti simul, ita vt ad voluntatem eius
 tota elementorum natura concuteretur, digi-
 torum verò attractu omnia etiam in adamante
 insculpi possent. Nam quæ vis miraculorum
 visa postea est tam in Christo, quã in suis
 membris, in vtriusque testamenti tempore, il-
 lam ipsi Adamo ab initio cõcesserat. Nec enim
 quicquam aliud fuit omnium sanctorum vnã
 positorũ vita, quã naturã in primo parente

Proverb. 1.
Matt. 23.
Ioan. 10.
Ioan. 12.
Rom. 10.
2. Cor. 10.
Doctrina di-
uina quomo-
do primũ
tradita.

Hac ex Po-
stello de origẽ
nibus gentiũ
& literariũ.

Adami per-
fectio.

interpositæ restauratio. Hactenus multum inferior in omnib⁹, & singulis, qui sanctitate pollere visi sunt (exceptis Iesu, & Maria) quàm in solo primo parète fuisset. Sic enim necesse erat illum (vt posset totam naturam seipsa meliorè, tam animi, quàm corporis opera reddere) in Iesu pollere potentia. De Iesu Nazareno, qui fuit propheta potens in opere, & sermone &c. ad agendū summa, vt quātō reb⁹ postea per industriam, & artem cōparatis esset nudior, tantō magis esset illi ad nutū obediens natura saxorū, aut cuiusuis rei durissimæ. Sicut itaque plerūq; in locis Syriæ, Romæ, & vbiuis gentium videmus vestigia contactuum Christi, aut martyriū impressa in saxo, aut marmore, plantarum, digitorum, aut manū, sic etiam ipsi Adamo, ad conseruationem vocabulorum illorum, quæ imposuerat proferendo, cum Eua, quæ ipsi Angeli non poterant, necesse erat literas, characteresque perfectissimos, & Deo doctore dignos menti insculptos adesse, qui in marmoribus ex solo voto exararentur. Sicut enim comperit est, etiam nostra memoria dæmones, & Angelos hominis imperio, aut voluntate (tanquam fœmina à masculo, aut subditus à Domino) impulsos, exarasse varia scripturæ genera, sic ipsi Adamo in atomo temporis (si posset dici) licuit omnia illa nomina, quæ diuinitus, ex diuinæ sapientiæ fonte hauriebatur, transcribere in saxis maximis, quæ instar membranarū illi in instanti dedolari poliri que ad scribendū, vti postea Mosis, poterāt. Sic enim

Scriptura paradiſi terræſtris.

erat opus fieri omnia cōpendio. Illa scripturæ, characterūq; expressio in paradiso facta, & relicta est, nec aliud vllū modi illius scribendi vestigiū miraculoſè postea patuit, nisi in Moseos tabulis theographtis. Salomon quidem secundū legem oris per diuinorum nominum potentias, in illud ipsum naturæ dominiū redegerat, quòd per textum sacrum adhuc noluit Deus mundo reuelari, licet in consensu Ecclesiæ cōstet. Nam in seculo nequam ista facultas magis noceret, quàm iuuaret. Tabulæ ergo interiores sunt mens, aut animus in quo præsens concepit adamū scribenda, & proferenda quæ scripserit, aut pertulerit ad extra: Siquidè à mente scriptura procedit, loquendi, & docendi thesaurus. Postea etiam edoctus fuit locutione exteriori, secundum Cabalistas, & Rabinos Iudæorum per Angelum Algaselem, qui etiam transgresso diuino præcepto ipsum consolatus est, explicans illi reparationem quæ fieret per Christum.

Tabula interiores quæ.

Q. SECUNDA PROLOGI.

Vtrum supernaturalis cognitio viatori necessaria sufficienter sit in sacra scriptura tradita?

L Nnumera reperiuntur hæreses sacræ scripturam vel eius partem reprobantes, vt patet ex Damasceno & Augustino de hæresib⁹. Pagani enim & Atheistæ in vniuersum scripturam reiciunt. Manichæi vetus testamentum esse autumant à

Hæreses aduersus scripturam sacram.

malo principio, Iudæi nouum testamentum prorsus contemnunt, Sectatores Machometi nonnulla ex vtroque in suo Alchorano inserta recipientes, reliqua negligunt, Libertini ea quæ fauent inordinatis eorum affectibus ex scripturis sacris seligunt, reliqua verò irridēt, & ipsos Apostolos flocci faciūt, scōmatibus eos prosequentes. Cerdon hæreticus solum Luca euangelium recipiebat, assertore Tertulliano. Ebiō, vt ait Hireneus, solum Matthæi euangelium. Eusebius Cæsariensis refert, Seuerum reieciſſe omnes Pauli epistolas, & Apostolorum actus. Quidam verò hæretici (& maximè nostræ tempestatis) ex aliquibus scripturæ sacræ sententiis perperam ab eis interpretatis, varios colligunt errores, vt ex illo Pauli. Qui non potest continere, nubat in Domino &c. colligunt omnes indifferenter debere vxorem ducere. Et ex illo, Qui infirmus est olus manducet &c. ciborū delectum dānant: perinde ac ex illo loco Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra, autoritatem administrandi sacramentum pœnitentiæ indiscriminatim omnibus laicis concedunt: Quibus in communi (quia seorsum & in particulari quælibet hæresis habet media, & rationes, quibus refelli possit) pluribus viis, & mediis obsistere licet, videlicet prænuntiatione prophetica, scripturarum concordia, autoritate scribentium, diligentia recipientium, rationabilitate contentorum, irrationabilitate singulorum errorum, stabilitate Ecclesiæ, miraculorum autoritate. Primum

1. ad Cor. 7.

Rom. 14.

Iacob. 5.

Scripturæ sacræ veritas.
Errorum cōfutatio.

Prænuntiatione prophetica.

inquam prænuntiatione prophetica: Si quidē solus Deus potest & seipso, à naturaliter futura contingentiā certò præuidere & eadem prædicere, & nullus alius nisi ab illo instructus (vt propheta & Apostoli) quemadmodum patet ex Esaia, Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos: Atqui multa huiusmodi in scriptura prænuntiata impleta sunt, vt videre est in libris Prophetarum. Quare non est dubium, quin cætera quæ restant, impleantur, secundum Gregorium, & Augustinum dicentem vera se narrasse præterita ex his quæ futura prænunciavit, cum tota veritate implentur. Ostendit secundò scripturarum concordia, quando quidem in nõ euidentibus ex terminis, aut ex principiis euidentiam habētibus, vt sunt propositiones contingentes, non cōcordant omnino, & firmiter, multi diuersimodè dispositi, nisi à causa superiori (Deo videlicet) ipsorum intellectus, & illuminentur, & ad assentiendum inclinentur. Scriptores autem sacri canonis variè dispositi, variis locis, & temporibus existentes in talibus omnino consonabant, vt patet de Ezechiele in Babylone prophetante eo tempore quo Heremias in Iudæa. Idem etiam constat de Euangelistis, ex quo colligitur sacrorum scriptorum veritas, Et hanc viam pertractat Augustinus. Non sic autem concordabant philosophi adinuicem, quemadmodum ostendit Augustinus ibidem dicens. Philosophi monumenta suorum dogmatum reliquerunt, quæ discipuli

Cap. 41.

Homilia, 1.
dominici aduentus.

12. de ciuit.
cap. 10.
Scripturarum concordia.

Lib. 18. de ciuit. Dei.
cap. 41.

legentes licet in aliquibus essent assentientes prioribus, vt discipuli, tamen in quibusdam contradixerunt, vt Aristoteles Platoni, Aristippus, & Antisthenes Socrati, & inter sese. Quandoquidem Aristippus in voluptate corporis summum bonum ponebat. Antisthenes verò virtute animi potius hominem fieri beatum assererat. Ad hæc Epicurei res humanas ad deorum curam non pertinere putabant. Stoici contraria sentientes eas regi, atque muniri Diis adiutoribus, atque tutoribus disputabant. Alij asserbant vnum, alij innumerabiles mundos: ipsum autem vnum alij ortum, alij verò initium non habere, alij interiturum, alij semper futurum, alij mente diuina, alij fortuitum, & casibus agi, alij immortales esse animas, alij mortales. Tertio scribentium autoritate, Cum enim scriptores sacrorum codicum mendacium damnant, in fide, & moribus præcipue, quomodo est verisimile eos fuisse mentitos dicentes, hæc dicit Dominus, si dominus non fuisset locutus, aut propter lucrum mentiri voluissent, cum tantas tribulationes & mortem ipsam, vt hæc mortalibus persuaderent, sustinuerint: nec poterit dicere infidelis, quod fuerint decepti. Nā

*Scribentium
scripturas sa-
cras autori-
tas.*

2. *Corin.* 12.

*Lib. 1. de tri-
nit. 2.
11. de ciuit.
Dei c. 3.*

Apostolus non asseuerasset, se audisse verba arcana in raptu illo, nisi huius rei fuisset certus. Similiter nec Prophetæ, aut cæteri sancti: siquidem asserere dubium, tanquam verum, vel est mendacium, vel non longe à mendacio. His subscribit Richardus. Certè à summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita &c. Augustinus lo-

quens de Christo: Hic inquit, prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos, quatum satis esse iudicauit locutus, scripturam condidit quæ canonica nominatur, eminentissimæ autoritatis. Quarto recipientium diligentia, Aut enim nulli credis de contingenti, quod non vidisti, ita non credes mundum fuisse ante te, nec istum esse patrem tuum & illam esse natam tuam, & talis incredulitas omnem vitam politicam destrueret. Si igitur vis alicui de hoc credere, quod tibi non est, nec fuerit euidens, maximè credendum est illis quæ tota communitas aliqua famosa & honesta, cum maxima diligentia approbata recepit, cuiusmodi est canon diuinæ scripturæ. Tanta enim apud Iudæos sollicitudo fuit, & apud Christianos de libris recipiendis, tanquam authenticis, & canonicis, quod de nulla alia scriptura habenda pro authentica tanta sollicitudo fuerit inuenta. Vnde Augustinus ait: Quo-

*Scripta sacra
recipientium
diligentia.*

18. *de ciuit.
cap. 38.*

cap. 41. *de
ciuit. Dei.*

*Scriptura
sacra ratio-
nabilitas.*

modo scriptura Enoch, de qua Iudas in epistola sua meminit non recipitur in canone, & multæ aliæ de quibus fit mentio in libris regum: vbi innuit, quod sola illa recepta sunt in canone, quæ authores, non sicut homines, sed diuina in spiratione scripserunt. Et ibidem, illi Israëlitarum quibus tradita sunt eloquia Dei nullo modo pseudopphetas, cum veris prophetis paritate licentiæ confuderunt: sed concordantes inter se, atque in nullo dissentientes, sacrarum literarum veraces ab eis agnoscebantur, & tenebantur authores. Quinto rationabilitate

contentorum. Quid enim rationabilis, quam Deum, tanquam finem vltimum super omnia diligi, & proximū sicut seipsum? id est ad idem ad quod se, secundum Gregorium: In quibus duobus p̄ceptis tota lex pendet, & prophete. In p̄ceptis, namque, consiliis, & sacramentis non continetur aliud, quam illorū explicatio, & legis naturæ scriptæ in cordibus nostris. Cū enim gentes, &c. Omnia quæcūque vultis vt faciant vobis homines (secūdm rectam rationē) & vos facite illis. Quod oderis tibi fieri &c. De hoc & Augustinus. Nihil turpe, ac flagitiosum spectandum imitandumq; proponitur, vbi verbi Dei aut p̄cepta insinuantur, aut miracula narrātur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. De credibilibus quoque patet, quia nihil credimus de Deo, quod aliquā importet imperfectionem, sed potius perfectionem, & magis rationi consonū, quam eius oppositum. Quocirca si quis de aliquo hæsitet credibili, accipiat eius contradictorium, & videat quæ pars est in se melior, & desiderabilior secundum dictamē rectæ rationis, & adhæreat, vt melius est bonum infinitum esse in entibus, quam carentia tanti boni. Ad hæc melius est habere Deum omnipotentem, summē bonum, sapientē, & omnia de nihilo creare valentem, &c. quàm oppositū, de qua re & Augustinus, Imperitum etiam vulgus (ait) marium, fœminarūq; in tam multis, diuersisq; gentib⁹ & credit, & p̄dicat, quod continentia vsque ad tenuissimum victum panis, & aquæ, & non quo-

*Homil. 22.
Matth. 22.*

*Rom. 2.
Matth. 7.
Tob. 4.*

*De ciuita.
Dei lib. 2.
cap. 28.*

*Tomo. 6. li. 8.
de vtilitate
credendi,
cap. 17.*

tidiana solū, sed etiā per cōtextos plures dies perpetrata ieiunia, quod castitas vsque ad coniugij, prolisq; contemptum, quod patientia vsque ad cruces, flammæq; neglectas, quod liberalitas vsque ad patrimonia distributa pauperibus, quod denique totius huius mundi aspernatio, vsque ad desiderium mortis incenditur. Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt, sed populi probant, populi audiunt, populi fauent. Sexto irrationabilitate singulorum errorum. Quid enim Pagani pro idololatria sua adducunt, manuum suarū opera colentes in quibus nihil est numinis, sicut satis ostendunt philosophi? Quid Saraceni vilissimi porci, Machometi discipuli pro suis scripturis adferunt, expectantes pro beatitudine, quod porcis conuenit, scilicet gulam & coitū? Quam promissionem despiciens Auicenna, licet fere fuerit illius sectæ, alium finem quasi perfectiorem, & homini magis congruentem asserit dicens. Lex nostra, quam dedit Machomet ostendit dispositionem felicitatis, & miseriarū quæ sunt secundum corpus, & est alia promissio, quæ apprehēditur intellectu, quam magis concupierunt sapientes, quam illam quæ est corporum, quæ quanuis daretur eis, non tamen attenderunt eam, nec appetiati sunt in comparatione felicitatis quæ est coniuncta primæ veritati. Quid Iudæi nouum damnantestamentum? quod in veteri promittitur, vt ostendit Apostolus, vituperans enim eos dicit. Ecce dies venient &c. Vide

*Hæresum ir-
rationabili-
tas.*

*exc 9. meta-
phys. cap. 7.*

*Hebre. 8. &
Hierom. 31.*

quàm inspidæ sine Christo sint eorū ceremoniæ: quare cæci ipsi nõ aduertunt Prophetarū complemētum, potissimū Patriarchæ Jacob prædicētis. Non auferetur sceptrū de Iuda: Et *Genesi. 49.* Danielis, Cūm venerit sanctus sanctorum &c. *Daniel. 9.* Quid a fini Manichæi fabulantur primum malum? Cūm omne ens in quantum ens sit bonū, cur non vident in nouo testamento, vetus esse authenticum, & approbatum? Quid singuli alij hæretici, qui aliqua loca sacre scripturæ male intellexerunt, nec etiam alia loca scripturarum contulerunt: vnde hæreses ortæ sunt secundum Augustinum. Non potest (inquit) error oriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis, & hoc ideo, quia præcedentia, & sequentia non contulerunt. Solent enim (vt subiungit) circumstantiæ scripturarum illuminare sententiam. His etiam aduerfatur illud Augustini. Non credere Evangelio, nisi quia Ecclesiæ Catholicæ credo: vnde irrationabile est aliquid canonis recipere, & aliquid negligere, cūm ecclesia totum ex æquo recipiat. Septimò Ecclesiæ stabilitate de qua Augustinus. Cūm igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumq; videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones episcoporum, frustra hæreticis circumlatrātibus & partim plebis iudicio, partim consiliorum grauitate, partim & miraculorum maiestate dominatorum culmen authoritatis obtinet? Si enim

in lib. 83. q. 69. q.

Tom. 6. cont. epistolā fundamenti ipsius Manichæi. Ecclesiæ stabilitas. Tom. 6. lib. vnic. de vit. creden. c. 17.

ex hominibus esset consilium hoc, aut opus (vt ait Gamaliel) dissolueretur. Et apud Lucam *Act. 5. c. Luca cap. 22.* dicit Dominus Petro. Ego rogavi pro te &c. Et apud Mattheū idem Dominus ait. Ego vobiscū *Matt. 26. 1. Timot. 3.* sum vsque ad &c. Et Apostolus vocat Ecclesiam columnam & firmamentū veritatis. Et Augustinus contra epistolam fundamenti ait. Quis enim tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem contrariam carni, & sanguini seruandam induceret, nisi Deus? Obiicies fortasse permanentiam legis Machometi. Respondeo illam incepisse plusquam sexcentis annis post legem Christi, in breui Deo cooperante finietur, quæ multum debilitata est anno Christi 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi sunt fugati. De qua & Postellus in libro de originibus gentium & literarum, ait, futurum est enim (quod vniuersus orbis Christianus maximè optat) vt tota illa gens in præstantissimi regni occidentis verba iurando doctrinam Christi recipiat, inque vniuersum transfundat, postquam Alchoranū ipsum, & lingua illa publicè in Christianismo prodierit. Licet enim Mahumeti prophete Arabum (quæ corruptè Machometum vocant) omnes benedictiones Ismaëlis primò circumcisi datæ sunt tam nomine matris eius Agar, vnde ipsius falsitas, & patris eius Abraham, vnde eius veritas oritur, quàm nomine Ruben, Symeonis, & Leui, Zabulonisq; & Zachariæ, vt ex vetustissimis Hebræorum cōmentariis videre licet: tamè Mahumedes ipse in vero spiritu prædixit fore,

Machometi lex, & eius permanentia.

vt mille annis post ipsum cum publicè eius lex, & lingua exponeretur inter Christianos, rueret eius potentia, & regnum æternum Christo vniuersorum iudici, vt credūt, & affirmant, redderetur: Quo verò anno typos primus in Gallia exposui, erat ab ortu Mahumedis 997. Cum autem scripsi libros de orbis terræ concordia, in quorum secūdo Alcoranū ex Alcorano arabicè discusso refutauī, armāque idem facere volentibus, & Christum Euangeliūque, ex ipso Alcorano prædicare cupientibus suppeditauī, in calce libri contigit, & publicè Basileæ prodire, & millesimum annum à Mahumede nato currere. Paulò post prodiit lingua vulgari in Italia, quibus editionibus inter exoticas (hoc est inter extraneas seu alterius gētis doctrinas) orbis Christianus nihil maius aut vtilius habet: quanuis secus multis videatur, & ex Arabicis adhuc multa in versione desiderentur. Octauò Miraculorū claritas, nequit enim Deus testis esse falsus, est autem Deus verax &c. Ille fidelis permanet &c. A Iesu Christo, qui est testis fidelis, &c. Atqui Deus inuocatus à prædicante scripturam, vt ostēderet doctrinam suam esse veram, fecit aliquod opus sibi proprium, vt pote miracula, quibus testatus est hanc doctrinam esse veram. Huc accedit Richardus dicens, Domine si est error, à te decepti sumus, nam tantis signis confirmata sunt, quæ non nisi per te fieri possent. Quòd si dixeris miracula non fuisse facta, refragatur tibi Augustinus dicens. Si ista miracula facta esse non credunt,

hoc

*Miraculorū
claritas.*

Rom. 3. c.

2. Tim. 2.

Apoc. 1.

1. de trinit.

cap. 2.

1. ib. de civit.

Dei. 22. c. 5

hoc nobis vnum grande miraculum sufficit quòd iam terrarū orbis sine vllis miraculis credidit, quia si quidquid quod credimus dicatur incredibile esse, non minus est incredibile homines (ait) ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos rem tā incredibile tam efficaciter mundo, & in illo etiam doctis persuadere potuisse; vt mundus illud credat, sicut iam credidisse videtur; nisi per illos aliqua miracula fierent, per quæ mundus ad credendum induceretur. Quocirca subiungit, Qui propterea exiguo numero ignobilium, infimorum, imperitorum hominum credidit, quia in tam contemptibilibus testibus multò mirabilius diuinitas seipsa persuasit. Quid enim incredibilius quàm vt ad legem contrariam carni & sanguini doctores pauci, & rudes, & pauperes possent plurimos potentes, ac sapientes conuertere? vt constat de primis ad fidem conuersis sapientibus quidem, & fidei rebellibus antea, qualis fuit Paulus Ecclesie persecutor, Augustinus prius Manichæus, Dionysius philosophus, Cyprianus magus: Adde plerāque facta fuisse miracula, quæ non nisi à proteruo nimis negari possent, vt curatio lepræ Constantini, & cætera miracula coram eo à Siluestro facta, quæ omnibus innotuerunt. Dices fortasse quòd ipsa non testantur veritatem; propterea quòd Antichristus quoque sit miracula editurus. Respondeo, Si quis in testem inuocatus conuertum testificationis signum adduci permittat, nec præsens cōtradicat, is verax esse nequit: Miraculum autem est tale signū Dei, vt testis: Qua-

propter si miracula fieri à dæmonibus permit-
tat, non contradicens, annúcians videlicet illa
non esse testimonia, non erit perfectè verax,
Antichristi
miracula.
quòd est absurdissimum. Quamobrem cum ad
fers miracula Antichristi, in huius assertionem,
Respondeo prædictum iam fuisse à Christo, &
Matth. 24.
2. Thessal. 2.
Miraculorū
verorum, &
falsorum dif-
ferentia.
Lib. de vitil.
cred. cir. fin.
Apostolis, ea miracula facienda, non esse veri-
tatis testimonia. Surgent enim pseudochri-
sti, & pseudoprophetæ, ecce prædixi vobis
&c. Et tunc reuelabitur ille iniquus &c. Adde
quòd lata sit differentia miraculorum, quæ fiūt
à Deo, & quæ fiunt à Diabolo, vt doctè pertra-
ctat Augustinus. Miraculum inquit vocò quid-
quid arduum, aut insolitum supra spem, vel fa-
cultatem mirantis apparet: Quædam solùm fa-
ciunt admirationem, vt quæ fiunt à Dæmoni-
bus, quædam magnam gratiam beneuolentiæ-
que conciliant, qualia fuerunt Christi miracu-
la. Huc accedit quædam facta miracula in lege
Christiana, in quibus decepta esse nequit, quin
sint facta, & sunt veritatis testimonia, propte-
rea quòd à Deo fuerint facta, vt raptus Pauli, &
reuelatio futurorum contingentium facta Pro-
phetis, & sanctis vtriusque testamenti. Qua-
propter hæc duo possent obiici ipsi Antichristo
contra sua miracula, Si tu es Deus, fac me videre
essentiam diuinam nudè, & post visionem, cer-
tam memoriam habere ipsius visionis, & certi-
tudinem, quòd illa fuit visio essentiæ diuinæ, &
tunc credam tibi. Item si tu es Deus, dic mihi
quid faciam, vel quid cogitabo, vel quid appe-
tam pro tali hora. Huius autem viæ efficaciam

ex miraculis innuit Christus dicens: Opera
quæ ego facio &c. Et alibi, Euntes renuncia-
Io. 5. & 10.
Matth. 11.
te Ioanni quæ audistis &c. Nonò, testimonio
Li. 18. Ant.
Iudaic. c. 6.
Testimonia
externa fidei
nostræ.
eorum, qui foris sunt. Iosephus enim de Do-
mino Iesu Christo sic ait. Fuit autem eisdem
temporibus, Pilati videlicet, Iesus sapiens vir,
si tamen virum eum nominare fas est, erat enim
mirabilium operum effector, & doctor eorum
hominum, qui libenter ea quæ vera sunt, audiūt.
Christus hic erat &c. Vbi eius veram doctri-
nam, & deinde ex mortuis resurrectionem o-
stendit. Postremò addi potest, quòd Deus non
desit, salutem toto corde quærentibus, vt patet
ex verbis Psalmistæ, & Apostoli dicentis. Ni-
Psal. 144.
Ad Philip. 2.
hil solliciti sitis &c. Multi autem, vt Paulus,
& Augustinus diligentissimè salutis viam inqui-
rentes ad Christianam fidem conuersi sunt, in
qua multum profecerunt, innumeræque sup-
plicia magna cum spiritus exultatione perpessi
sunt. vnde illud, Ibant Apostoli gaudentes &c.
Act. 5. c.
quæ non contigissent, nisi à Deo esset hoc in-
stitutum Christianorum. Ex prædictis igitur li-
quet scripturæ doctrinam esse veram, quòd au-
tem necessaria viatori, & ad finem suum perfe-
quendum sufficiens existat, patet: Nam ipsa in
Scriptura sa-
era sufficiens
viatori.
particulari explicat, quid sit finis hominis, nempe
Dei visio, & fruitio, & quomodo ab homine
obtainetur in corpore, & anima simul, & per-
petuò post resurrectionem: deinde determi-
nat media ad illum finem consequendum ne-
Exod. 20.
Deutero. 5.
Matth. 19.
cessaria, vtpote decem mandata, quæ variis
in locis scripturæ explicantur, vnà cum cæ-

teris, pro diuersitate temporum, iuxta Dei voluntatem ab homine requisitis. Proprietates quoque immaterialium substantiarum, quantum homini expedit eas nosse, aperit: vnde constat sacram scripturam sufficienter continere doctrinam necessariam viatori. Quòd si dixeris pleráque esse ambigua, & problematica apud doctores, quorum certa resolutio ex facris haberi nequit, vt de quibusdam actibus, An sint peccata mortalia, an non, quorum tamen cognitio ad salutem est necessaria, Satisfacit huic obiectioni Origenes dicens. Nulla scientia omnia scienda explicauit (in specie, bene tamen in genere) sed illa ex quibus possunt alia sufficienter elici: vnde multæ veritates necessariae non exprimentur expressè in scriptura, sed virtualiter in ea continentur, sicut conclusiones in principiis, ad quarum inuestigationem utilis fuit expositorum, & doctorum diligentia. Quòd si aliqua adhuc remaneant dubia, à talibus tanquam periculosis debet sibi homo cauere, ne dum se periculo exponit, in peccatum incidat. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Nam via salutis simpliciter non est dubia, potissimum quantum ad ius: licet bene quantum ad factum, & ex peccato proprio.

In homil. de
archa Noë.

Eccles. 3.

Quaestio 3. Prologi. Est ne Deus Theologia
subiectum?

Theologia in
se & in no-
bis.

Theologia vtique bifariam considerari potest, nempe in se, & vt est in nobis. Si in se

consideretur, est talis cognitio, qualem theologicum subiectum natū est comproducere in intellectu sibi proportionato, diuino videlicet. Si vt est in nobis consideretur, talis est cognitio, qualem noster intellectus de illo obiecto natus est habere. Vt exempli gratia, si quispiam nequeat demonstrationes geometricas capere, credat autem de eis geometrae, Geometria esset illi fides, non scientia esset tamen in se scientia, quia subiectum Geometriae natus est generare scientiam in intellectu proportionato. Est autem subiectum primum, & adæquatum alicuius scientiae, quod alij vocant subiectū attributionis, quod continet in se primò virtualiter, in esse cognito, omnes veritates, seu propositiones necessarias illius habitus, seu scientiae cuius est obiectum. Porrò Theologia duplex continet veritates, seu propositiones, nempe necessarias, quæ Dei naturam, & personarum enarrationes explicat, vt quòd Deus sit trinus; & vnus, quòd Pater filium generet, & sic de aliis operibus ad intra: Et contingentes, quæ opera ipsius Dei ad extra declarant. Cuiusmodi, Deus creat, Verbum caro factum est, & cæteri articuli verbi incarnationem concernentes. Ex quibus facile colligitur, quòd Theologiae in se quantum ad veritates necessarias, subiectum nequit esse nisi Deus, vt constat ex definitione subiecti primi. Deus enim continet primò virtualiter omnes tales veritates, & omnes habent attributionem ad ipsum, tanquam posterius ad

Subiectū at-
tributionis
quid.

Theologia
duplex.

Theologia
subiectum.

8. de ciuit.
cap. 1.
14. de trin.
cap. 1. & 4.

6. Meta.
& prim. de
nat.

suum prius. Huc accedit Augustinus dicens, Theologia est sermo, vel ratio de Deo. & alibi inquit, Ista scientia est de illis, quibus fides gignitur, defenditur, & roboratur, ergo est de illo quod est subiectum fidei, illud autem Deus est, vt patet Resolut. 23. tertij. Adde quod scientia nobilissima est, circa nobilissimum genus. Theologiam autem esse nobilissimam omnium disciplinarum, omnibus est in confesso. Oportet igitur vt sit de Deo, veluti de subiecto primo. Quantum autem ad veritates contingentes, cum nullum subiectum contineant virtualiter, nisi veritates necessarias de ipso, dicendum est inter contingentes esse ordinem quandam, & aliquam earum esse primò veram, vt hæc: Deus vult mundum producere propter communicationem bonitatis suæ, & subiectum huius, quæ est primò vera, & quasi præcipuum omnium contingentium, est subiectum omnium contingentium. Deus igitur est subiectum totius Theologiæ in se, siue necessariarum, siue contingentium, & hoc tam vt est in intellectu diuino, quam beatorum. Si autem loquamur de nostra Theologia respectu necessariorum, cum ipsa non habeat euidenciam ex obiecto, sed aliunde, nempe ex reuelatione, non potest habere obiectum deducens in notitiam primarum veritatum ipsius, sed ei adscribitur primū subiectū, de quo primò seu perfectissime, immò immediatè cognoscuntur primæ veritates illius: tale autè est ens infinitū, quia iste est conceptus perfectissimus, quæ ex naturalibus habere pos-

sumus de Deo, qui in se est subiectum Theologiæ. Veruntamen quia Theologia nostra de necessariis, est de eis de quibus & Theologia in se, ideo etiam possumus ei idem attribuere subiectū, nempe Deum in quantum Deus est. Nam licet non sit subiectum dans nobis euidenciam, potest tamen dare, si cognosceretur. Theologiæ quoque nostræ contingentis idem est subiectū, quod est necessariæ, non præ exposito, vt puta illud de quo prædicatum primæ contingentis enunciat, & non vt continens virtualiter euidenciam harum veritatum contingentium.

QVÆ. I. COLLATERA. PROLOGI.

*Est ne Deus speciali aliqua ratione
Theologiæ subiectum?*



Vum nostra cognitio, absolutam præsupponat, absolutaq; certior sit assertore Aristotele, erit propterea Deus, non sub quacūque ratione, vt reparatoris, gubernatoris capitis, summi boni, entis infiniti, aut alterius attributi, sed sub ratione propria, & perfectissima, id est sub ratione Deitatis, & in quantum est hæc essentiæ Theologiæ subiectū. Quemadmodum enim perfectissima scientia, quæ de homine haberi possit, est ea quæ habetur de eo, secundū rationem eius quidditatiuam, in quantum videlicet est animal rationale, non illa quæ de illo haberetur in quantum est subiecta, bonus, aut iustus &c. Sic etiā dicendū est de Deo. Quod si proferas Hugonem de Sacramentis dicentem

1. Metaph.
in prologo et
1. poster.

opera reparationis esse hoc subiectū, & Cassiodorum asserentem Christum, caput fidelium cū membris esse subiectū. Ergo si Deus sit subiectum, hoc erit sub aliqua ratione speciali, quia inquantū restauratur. Respondetur, Hugonem & Cassiodorum non loqui de formali subiecto, quod est Deitas, sed de materia proxima de qua diffusius tractatur in scriptura.

QVA. 2. COLLATERALIS PROLOGI.

An Theologia sit de omnibus ex attributione ipsorum ad primum eius subiectum.

Quom obiectum primum Theologie, quod est ipsa diuina essentia in seipsa, cuncta diuino representet intellectui: erit utiq; (ipsa inquam Dei Theologia) omnium cognoscibilium scientia, etenim & omnium quorumcūq; obiectorum Dei cognitio dicitur Theologia, seu notitia Theologa, propterea quod omnis Dei notitia producat ab ipsa essentia diuina: quandoquidem res create nec in genere proprio (id est in naturali earū existentia) nec ut relucet in diuina essentia, possunt mouere diuinū intellectū, id est in eo aliquā producere notitiā, ob id quod sit infinitus, & rerū quidditates, id est essentię & nature, finitę. Infinitū autē à finito nullatenus moueri, ac perfici potest. Quo circa pretermissio naturę primo signo, seu instati in quo exercentur opera ad intra (hoc est emanationes personarū) in 2. instati in quo fiūt opera ad extra id est concernentia creaturas. 1. diuina essentia à diuino intellectu cognoscitur, 2. rerū creandarū

quidditates, 3. veritates seu propositiones in illis rerum quidditatibus virtualiter contēre: sed ille rerum quidditates non producūt in intellectu diuino notitiā propositionū quę fiunt ex illis, sed ipsa diuina essentia. Quocirca non est inter quidditates, & ipsas proprietates ordo causę ad effectū, sed talis, qualis est in pluribus effectibus essentialiter subordinatis, & ab eadē productis causa, ut in illuminationibus partis Orientalis, & Occidentalis, quę fiunt à sole, & neutra ab altera. Hinc facile colligas licet, Deum nō esse philosophum, Mathematicū, Dialecticum &c. sed solum Theologum, non quin perfectissime nouerit, earum disciplinarum axiomata; Sed idcirco, quod ad earum notitiā nō excitetur (perinde ac nos) ab obiecto, & principiis earum disciplinarum, sed ab ipsa solum diuina essentia. Scientia autem desumit suam nomenclaturā ab ipso obiecto, quamobrem cū obiectū Theologia omnium talium notitiarum sit causa, dicentur & ipse notitię theologice. Non sic autem dicendū est de beatis, nam licet in diuina essentia videantur res ipsas, tamen possunt in genere proprio eas cognoscere, & eorum intellectus à rerū quidditatibus moueri potest ad cognoscendum veritates, & propositiones in eis contentas, nec est eorū theologia, ut est in ipsis, & de facto, omnium cognoscibilium, sed eorum solum, quę Deus illis voluntarie in sua ostendit essentia. Confirmat quoque, & de nostra dici debet Theologia, quę non duntaxat, quantum ad reuelationem generalem concernentem humanum

De Theologia beatorū.

Dent. 4.
Dent. 12.
Apocal. vlt.

genus, eorum quæ in sacris continentur literis: unde dicitur. Non adderis ad verbum, quod vobis loquor &c. Et illud. Quod præcipio tibi &c. Et illud: Qui apposuerit &c. Quod intelligendum est de additamentis, & glossematibus repugnantibus sacræ scripturæ, non autem de his, quæ ei sunt conformia, qui enim sapientiã hanc diuinam elucidant, vitam æternam habebunt. Potest nihilominus Theologia nostra dici de omnibus, quantum ad respectus, quibus creaturæ referuntur ad Deum, vtpote, quod ab eo dependeant, quod in ipsis sit Dei imago aut vestigium &c. quia respectus nisi cognitis extremis cognosci nequeunt. Et hæc est ratio quare non possumus naturaliter scire intellectum humanum ordinari ad hunc finem, vt clarè videat Dei essentiam, quia videlicet nequit hæc ordinatio, quæ est respectus quidam, cognosci nisi cognitis extremis, quorum alterum est ipsa diuina essentia, à nobis pro hoc statu minimè cognoscibilis.

Eccles. 24.

Q. III. COLLATERALIS PROE.

Est ne Theologia in se scientia?

*1. lib. post.
anal.*

Scientia (vt patet ex Aristotele) est notitia conclusionis necessariæ causata à præmissis euidentibus applicatis ad illationem ipsius conclusionis per discursum syllogisticum, cuius quidem rationis postrema pars imperfectione includit ex parte scientiæ, vt puta quod sit effectus æquiuiocus.

Omnis autè æquiuiocatio totalis perfectior est suo effectu, & potentialitatem ex parte intellectus recipientis: Quare theologia in se, quantum ad hanc conditionem, non est scientia, sed quantum ad tres priores etiam intellectui diuino, in intellectu autem beatorum est scientia etiã quantum ad omnes 4. conditiones, quia quidditas subiecti in quocunq; videatur lumine, siue naturali atque proprio, siue supernaturali, in essentia diuina, continet suas veritates. Omnis enim veritas producta in intellectu nostro per aliquid prius naturaliter notum, fit per discursum, quia discursus non requirit successiones temporis, sed ordinem nature, vtpote quod præmissæ sint prius nature notæ ipsa conclusione. Et quantum possunt huiusmodi conclusiones veritatem inferre, propterea loquitur dubitatiuè Augustinus, cū ait. Fortasse non erunt ibi volubiles nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes; atq; redeutes, sed scientiã nostrã vnico intuitu videbimus, & loquitur de successione temporis, non autè nature: hæc quidè quantum ad necessaria, quæ continet theologia, cuiusmodi sunt operationes ad intra, sed quid de contingētibus, quæ concernunt operationes ad extra, & omnes articulos incarnationis verbi diuini: his enim nõ videtur cõpetere sciētie definitio, quæ est necessariorū. Respondetur quod horū notitia, quantum certā, & euidentis per reuelationem diuinę voluntatis, nihilominus nõ fortitur nomē sciētie proprię acceptę, sed solum nomen scientiæ fusiús acceptæ, quomodo scientiam ac-

*5. de Trinit.
cap. 16.*

6. Ethic. &
4. & 7.

RESOLVTIO IIII. LATER. PROL.

cipit Philosophus quatenus videlicet diuiditur contra opinionem, & suspicionem: Proprius tamen omnia excutiendo dici potest Theologiam non esse scientiam, sed sapientiam.

Q. IIII. LATERALIS PROLOGI.

Est ne Theologia subalternans, vel subalternata scientia?

Licet admittamus Theologiam esse scientiam, non tamen est subalternans aut subalternata, quia nulla principia ab aliqua recipit scientia, sed à sola procedit voluntate, nec aliqua alia scientia ab ipsa. Quia quælibet alia habet suam ultimam resolutionem ad aliqua principia immediata naturaliter nota: Subalternata autem requirit, quod notitia principiorum scientiæ superioris sit causa notitiæ principiorum inferioris scientiæ.

QVÆSTIO QVARTA PROLOGI.

Utrum Theologia sit practica, & si à fine denominetur.

Praxis quid.

Praxis (vt impressentiarum accipitur) est actus alterius potentiæ, quam intellectus, vt pote voluntatis, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter rationi recte, vt sit actus rectus. Quobrem vt scientia aliqua dicatur practica duo requiruntur, primum quod talis scientia nota sit præcedere ipsam electionem, non e-

Ad scientiam practi-
cam duo re-
quiri.
6. & 3. E-
thic.

LIBER PRIMVS.

nam requiritur ipsam actu præcedere. Si quidem electio recta necessario requirit rationem rectam, & vt ait Augustinus, Intellectus intelligit sibi, & aliis, id est iudicat de actu suo, & actibus aliarum potentiarum. Secundo requiritur actum voluntatis, seu praxin ipsam esse conformem ipsi considerationi seu dictamini intellectus recto, vnde Aristoteles ibidem, Veritas considerationis practicæ est confessæ, seu conformiter se habere appetitui recto, quod intelligitur actiue, vt puta, quod notitia practica regulat, & dirigat voluntatem in actibus suis, & elicitis & imperatis, quorum vterq; praxis dicitur: Primum tamen & proximè actus elicitus, quia is est primò posterior intellectione, & primò natus elici conformiter ad rectam rationem, non autem actus imperatus, quare nec propriè dicitur praxis, sed secundariò, & veluti per accidens. Sed vnde desumunt propriè discrimen practicum, & speculatiuum? Respondetur, quod licet à fine distinguui possint, siquidem, vt est apud Aristotelem, finis speculatiuæ est scire: practica verò est opus, non tamen inquantum est finis, sed inquantum primum obiectum talis habitus. Quo circa prior distinctio practici, & speculatiui est ab obiectis. Quod asruitur per philosophum distinguentem ratiocinatiuum, id est habitum practicum à scientifico, siue speculatiuo, penes obiectum necessarium, & contingens. Item philosophus distinguit scientiam tam actiuam (quæ consistit in actibus immanentibus) quam factiuam (quæ consistit in actibus transe-

15. de trin.
cap. 7.

6. & 3. Ethic.

Actus elic-
tus voluntatis, i. praxis dicitur imperatus secundariò.

3. articulus.

2. Metaphy.

6. Ethic.
Practici, & speculatiui distinctio est ab obiectis.

6. Metaphy.

untibus) à speculatiua penes obiectum. Hinc liquet solutio secundæ partis quæstionis. Scientia enim nuncupatur practica ab obiecto, & nõ à fine, in quantum huiusmodi. Quantum autem ad primam quæstionem, dico, quod Theologia propositionũ necessariarum in intellectu creato est practica notitia, quia est conformis actui voluntatis creatæ, seu directiua voluntatis in Dei amorem, & naturaliter prior ipsa electione. Confirmatur per illud, finis legis est dilectio, & illud, finis præcepti est charitas, & etiam illud, In duobus mandatis tota lex pendet, & propheta. Augustinus ait, Ille tenet quidquid latet, quidquid patet in diuinis sermonibus, qui charitatem seruat in moribus, vnde pater hanc scientiam non esse propter speculari tantum. Speculatiua autem vltra speculari nihil requirit secundum Auicennam. Si obuias has veritates theologicas, & similes, Deus est trinus, Pater generat filium, Responderetur eas esse practicas. Prima enim dirigit voluntatem nõstram in dilectionem rectam trium personarum. Si enim quis vnã personam solum diligeret, secludens alios (vt Iudæi, & Turcæ faciunt) non rectè ageret. Secunda verò propositio dirigit dilectionem, quæ est circa duas personas, quarum vna est ab altera. De Theologia autem ipsius Dei, an sit practica, vel speculatiua, doctor problematicè loquitur, & controuersia in hoc consistit. Si enim notitia dicatur practica propterea duntaxat, quia de se est directiua voluntatis in suis actibus, licet talis voluntas non sit

*Theologia
propositionũ
necessariarũ
in intellectu
creato est pra-
ctica.*

Rom. 13.

*Matth. 22.
Tom. 4. de
laude chari-
tatis.*

*Metaphys.
cap. 1.*

dirigibilis in agendõ, Theologia Dei erit practica: Sin dixeris hoc non sufficere, sed necessarium esse potentiam practicantem, hoc est voluntatem ipsam esse dirigibilem, à dictamine ipsius intellectus, tunc Dei Theologia est speculatiua: Et huic assertioni secundæ magis assentit doctor, quia voluntas respectu sui primi obiecti, quod est sua essentia, ex se sola rectificatur, & est sua regula nullo alio indigens direttore, sed solum obiecti præostensione. Insuper notitia practica est regulatiua potentia contingenter operantis, voluntas autem diuina non se habet contingenter respectu sui primi obiecti, sed necessario. Igitur non est directiua ab aliqua notitia, quantum ad veritates necessarias, nec quantum etiam ad contingentes, quia ad illas voluntas diuina se solum determinat, & ab illa sola pendit, non ab actu intellectus præcedente actum voluntatis, quia sic essent necessariae. Quare Theologia Dei, respectu contingentium est solum speculatiua, tenendo cognitionem practicam, & praxin ab ea diuersam debere esse in eodẽ supposito, & singulari. Si autem quæras qualis sit Theologia contingentium in se, id est non comparata intellectui diuino, aut creato. Respondetur, quod non est per se practica, seu ab obiecto, quia ex obiecto non est conformis praxi ante omnem praxim, quia nõ est ante praxim, & operationem voluntatis diuinæ, potest tamen in intellectu creato esse practica, per accidens cui de-

DIST. I. QVÆSTIO I. ET II.
terminatur rectitudo à voluntate diuina: de
intellectu verò diuino per se est conformi-
ter ad alteram partem prædicti problematis,
quam tutari malueris.

DISTINCTIONIS I. QVÆSTIO I.

*Virum fruitionis obiectum per se sit
ultimus finis.*

*Fruitio bi-
fariam capi-
tur.*

*9. Metaph.
cap. 4.*

Metaphy. 1.

*Psal. 16.
Matth. 9.
Mar. 10.
Luc. 18.*

Fruitionis bifariam accipitur, primò, vt
est ordinata, id est debitis cū circūstā-
tiis elicita, secūdò in communi, vt pu-
ta siue habeat circūstantias debitas,
siue non. Fruitionis autem ordinatæ obiectum
nequit esse aliud à fine vltimo, videlicet creatu-
ra aliqua, sicut voluit Auicenna, dicens intelli-
gentiam productam quietari in producente, vt
puta tertiam in secunda, & quartam in tertia,
&c. Siquidem potentia nequit quietari nisi in
eo in quo perfectissimè reperitur ratione sui
obiecti, obiectum autem potentiæ fouentis
est ens in communi etiam secundum Auicen-
nam: Igitur non quietatur nisi in summo, &
perfectissimo ente, quod est Deus ipse, om-
nium finis vltimus. Nam quemadmodum in-
tellectus assentit primo verò tantum propter se,
ita volūtas adhæret duntaxat primo bono pro-
pter se. Huc accedit illud, Satiabor cum appa-
ruerit gloria tua. Et illud, Vnus est bonus Deus
&c. Ostēdam tibi omne bonū &c. Augustinus.
Res

Res quibus fruendum est sunt pater, filius, & spi-
ritus sanctus (vbi res accipitur hypostaticè) & hi
tres sunt vna res, accipiendo rem essentialiter,
seu substantialiter; fruitionis autem in communi
obiectum quidem, est finis vltimus, sed vel ve-
rus finis, qui videlicet ex rei natura est, finis vlti-
mus nempe Deus, vel finis apparens quippè qui
ostenditur à ratione errante velut finis vetus, qua-
lis est fœlicitas, quā sperant Turcæ in cibus, & ve-
neris, vel finis præstitutus, vt puta quem volun-
tas sua libertate vult, & sibi præstituit tanquam
finem vltimum. Nam sicut subiacet facultati vo-
luntatis velle aliquod obiectum, aut nolle, ita in
potestate eius est modus suorum actuum, videli-
cet referre, vel non referre, id est, velle aliquod
creatum, propter aliud, vel velle illud pro-
pter se in eo suum collocando finem, vt diues
ille apud Lucam, cuius vberes fructus ager at-
tulit dicens. Anima mea multa bona habes &c. &
diues epulo. Sic auarus in diuitiis finē collocat:
Quamobrè & idolorum seruitus ab Apostolo A-
uaritia nuncupatur. Helluo in cibus, & poribus
& aliis voluptatibus, de quibus Apostolus: Multi
enim ambulant qui terrena sapiūt &c. Non est
tamen ratio finis, seu respectus, quem dicit finis
propria ratio, obiecto fruibilibus (siue fruitio ordi-
nata fuerit, siue inordinata) sed obiectum ipsum,
id est, eius essentia & natura, sed ratio finis con-
comitatur ipsum obiectum, vel verè vel apparen-
ter in duobus primis finibus: In tertio autem, vi-
delicet in fine præstituto, sequitur voluntatis ac-
tum, quia voluntas appetendo creaturam pro-

*Exod. 33.
lib. 1. de doct.
Christ. c. 2.*

Luc. 12.

*Luc. 16.
Ephes. 5.*

Philip. 5

DIST. I. QVESTIO
pter se tribuit illi rationem finis, hoc est, respectum
talem.

DISTINCTIONIS I. QVESTIO 2.

*Vtrum vltimus finis habeat solum vnā rationem
fruibilitatis, seu an possit quis frui essentia, non
fruendo personis, & vna persona sine
aliis?*



Vando quidem essentia à personis,
& personarum se inuicem distinguntur,
poterit idcirco viator essentia
frui, licet personis minimè fruatur,
etiam ordinatè, & rectè. Nam essentia
diuina (asserente Augustino) est quid absolutum,
in cuius conceptu includatur ratio,
quare potest à viatore seorsim concipi,
& cum habeat rationem summi boni, habebit quoque
rationem fruibilis. Poterit igitur quis eadem seorsim
frui. Huc accedit quòd ex puris naturalibus
potest ostendi gentili esse vnum summum bonum,
vt pater ex Aristotelis sententia, non autem Deum
esse trinum in personis. Quocirca poterit frui
Deo sic ostenso rectè, licet personis non fruatur.
E contrariò verò fieri nequit, vt quis persona
fruatur, non fruens essentia, ob id quòd persona
in sua ratione & conceptu, essentiam includat,
non tanquam inferius suum superius, sed
veluti constitutum suum constitutum. Deinde
potest quoque viator vna frui persona, non
fruendo aliis, quòd vel hinc manifestissimum e-

7. de Trini.
c. 1. & 5.

12. Meta
phys. & alii
locis.

Fruens vna
persona sine
aliis.

LIBER PRIMVS. 18

uadit: sunt enim respectu trium personarum
distincti fidei articuli, vnā seorsim, aut duas
concernentes personas, vt Pater generat Filium,
Pater, & Filius spirant Spiritum sanctum. Quò-
obrem vna persona, cui vnus correspondet arti-
culus concipi ab intellectu potest alia non con-
cepta, cui alius competat articulus, & in tali per-
sona reperitur ratio summi boni, ergo ea con-
tingit frui sine alia. Idem quoque comprehen-
sioni contingere potest, nempe quòd eius intelle-
ctus essentiam viderat, non personas, aut vnā
personam non aliam, & eius voluntas essentia
fruatur, non personis, & vna persona, non alia. Hoc
vel inde maximè constat, quòd non implicet con-
tradictionem: absoluta igitur Dei potentia fieri
potest. Si autem naturalem, & propriam creaturę
virtutem expendas, id fieri nequit: Nam cum in-
tellectus sit potentia naturalis, nequit non videri
ea quę sibi ab obiecto illo beneficio ostenduntur,
nec voluntas beati potest his non frui omnibus,
quibus quietari potest, secus peccaret, sicut si
simpliciter non frueretur. Loquendo vero de facto,
dico, quòd erit reipsa vna frui-
tio, & vna visio essentiarum, in tribus personis, vt
patet ex Augustino, d. quòd neuter sine altero
ostendi potest: & loquitur de patre, & filio, quòd
sanè de ordinata potentia debet intelligi, de qua
Philippus Christo aiebat. Domine ostende nobis
&c. vide Augustinum. De viatore consimiliter
dico (vt in hymno Veni creator spiritus) quòd licet
aliquando orationem ad vnā tantum personam
dirigat, & ea actualiter fruatur, sem-

Fruens de
facto quorū
sit.
lib. 1. de
trinit. cap.
10.
Ioan. 14.

In 14. cap.
Ioan.

DIST. I. QVESTIO

per tamen habitualiter (hoc est in præparatione omni) omnes orat, & omnibus fruitur personis, quia cum vnus odio, & contemptu (contra Iudæos, aut Turcas) non stat alterius dilectio, aut fruitio.

DISTINCTIONIS I. QVESTIO. 3.

An frui sit elicitus voluntatis actus, aut Passio delectatio videlicet in voluntate recepta?

Intellectus duo assensus.

QVemadmodū in intellectu sunt duo actus, quibus veris assentitur propositionibus: vnus videlicet quo assentitur alicui axiomatico vero propter se, id est, propter euidentiā illius ex terminis qualia sunt demonstrationes, & reliqua principia prima: Alter actus est quo assentitur alicui proloquio vero, non quidem propter se, sed propter aliud verum, cuiusmodi est conclusio demonstrationis, cui assentitur propter ipsas præmissas, & bonitatem consequentiæ: Ita in voluntate duo sunt actus, quibus bono adheret obiecto. Primus quo adheret alicui bono propter se, hoc est, propter rationem talis boni, non referens illius amorem in aliud, & dicitur fruitio: Secundus quo adheret alicui bono propter aliud bonum, ad quod illud bonum refertur, & dicitur vsus. Et hæc analogia desumitur ex Philosopho dicente: quod in mente est affirmatio, & negatio, hoc in appetitu est persequutio, & fuga: Est tamen duplex inter harum potē-

Fruitio vsus differentia.

Voluntatis actus fruitio vsus & actus nenter.

lib. 6. Ethic. cap. 3.

LIBER PRIMUS.

tiarum actus differentia: prima qua actus, intellectus, seu assensus ex obiectorum natura distinguitur, hoc est, ex alia, & alia principiorū, & conclusionis euidentiā, quocirca & habent distincta obiecta: Actus autem voluntatis, non ex obiectorum appetibilem distinctione, sed ex vario ipsius potētiæ actu liberè obiectum prosequens, referendo in aliud, vel non referendo distinguntur. Hoc enim huius subiacer facultati respectu cuiuscumque obiecti. Secunda differentia, qua illi duo actus sufficienter diuidunt assensum intellectus in communi, nec inter eos est mediū aliquod. Præter autem duos prædictos voluntatis actus, est alius medius, quo voluntas obiectum nudè, & simpliciter apprehensum prosequitur absque relatione ad aliud, & absque dilectione propter se. Porro tota ratio differentiæ hinc & inde est voluntatis libertas, & naturalis intellectus necessitas. In super ultra hos tres voluntatis actus est in voluntate passio, quæ dicitur delectatio prosequens actum primum, & perfectum ipsius voluntatis, illum videlicet quo quidpiam propter se diligit. Frui autem non dicitur de actu illo neutro & medio, nec de secundo, qui vocatur vsus, nec de ipsa delectatione propriè, sed de actu perfecto, vt patet ex Augustino dicente. Frui est amore inhaerere alicui rei propter seipsam. Quapropter si aliquando Augustinus ipsam delectationem esse frui dixit, vt & alibi. Frui dicimur ea re de qua capimus voluptatem, illud naturaliter, aut concomitanter accipiendum est, vt puta, quod fruitio producat delectationem,

Actus intellectus & voluntatis differentia.

Frui quid sit

lib. 1. de doctr. Christi. sita. cap. 3.

D. lib. 1. de Trinitate. 10.

aut quòd delectatio còcomitetur, vel consequatur ipsam fruitionem. Et si alias videatur accipere frui pro vtroque, nempe pro actu, & delectatione simul, vt idem Augustinus dicit: Fruimur cognitis in quibus voluntas ipsis propter seipsa delectata conuiescit. Respondetur non esse quiddam frui definitionem, sed desumptionem quandam fruitionis. Verum tamen (vt habet Augustinus) cum res constat, non est facienda vis in nominibus: Res autem constat nempe in voluntate esse tres actus, & delectationem: actus autem medius, & vsus nò dicitur frui. De aliis duobus variant Doctores, sed satius fuerit (meo iudicio) prædictis subscribere.

lib 10 de
Trini. cap.
10.

lib. 7. retr.
cta. cap. 14.

DISTINCT. I. QVÆSTIO 4.
Vtrum sine apprehenso per intellectum, necessarium sit voluntatem eo frui.



uestio huiusmodi quadrifariam accipi valet. Primò, de fine vltimo obscure apprehenso in vniuersali, seu in communi, sicut gentiles concipere potuerunt. Secundò, de fine æmigmaticè, id est, obscure per fidem in particulari apprehenso: veluti nos Christiani concipimus beatitudinem in Deo trino: & his duobus modis non fruitur voluntas necessariò sine præostenso, sed liberè, & còtingenter potius nò frui eodem, quia necessitas naturalis non stat cum libertate: natura enim, & voluntas habent oppositum modum agendi: Nam illa naturaliter, & necessariò

Voluntas libera fruitur sine ostenso.

Natura & voluntas varie agunt.

agit, hæc verò liberè: Idcirco modus agendi vnius alteri competere nequit. Insuper sicut voluntas non necessariò fruitur his quæ sunt ad finem, sic nec ipso fine. Tertio, de fine clarè viso, ab homine habente voluntatem supernaturaliter eleuatam, id est, habentem voluntatem ornatam charitate, quales sunt beati in cælis, & talis quoque voluntas necessariò fruitur sine clarè viso, quantum est ex parte sua, quia semper manet libera: ex parte tamen obiecti beatifici bene cogitur frui, & necessariò fruitur. Quarto, de fine clarè viso à non habente charitatem, qualis est damnatus, aut mortali obnoxius peccato, cui Deus absoluta sua potentia se ostenderet. Et de tali dico, quod potest illo sine frui, sed non erit illa fruitio beatifica, sicut existens in peccato mortali potest eleemosinam dare, ieiunare, &c. sicut si esset in gratia, sed nò sunt illi actus Deo grati, & accepti ad vitam æternam. Prædicta astruntur ex illo Augustini. Nihil est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas, hoc est, actus eliciti à voluntate.

lib. 11 retr.
cta. cap. 9.
& 22.

DISTINCT. I. QVÆST. 5.
Quæ sunt illa quæ fruuntur, an Deus, comprehensor, viator, iustus, mortaliter peccans, bruta & reliqua creata?



Nalogia plurimum accommoda ex ipsis corporibus desumpta hoc Doctor explicat: idcirco quòd ea diuersimodè quietentur. Vltimus enim terminus quietis corporum

Gra i m
corporum di-
uersa quies.

3. *Physic. & de celo.*

grauium, est centrum, secundum Philosophum, Huic autem centro, veluti vltimo termino terra per se & propriè adhæret, id est, per suam naturam, & grauitatem, & immediate. Deinde sunt aliqua corpora, vt lapides, & meralla in visceribus terræ, quæ cetro adhærent immobiliter quidem, & per se, id est, per suam formã intrinsecã, sed non primò, quia mediante terra, cui sunt vnita, primò quiescunt, cuius grauitatẽ, & adhæsiõnem participant. Tertio sunt aliqua corpora centro adhærentia mediante terra cui vniuntur, vt graua quæ sunt in superficie terræ, quæ licet per aliquod tẽpus quiescant, non tamen perinde ac ea quæ quiescunt secundo modo. Quarto corpus aliquod adhære potest vniformiter corpori proximo (vt homo iacens in mari) & respectu illius quiescere, non tamẽ respectu vniuersi, propterea quòd nauis sit in continuo motu. A simili corporis ponderi correspondet in spiritualibus voluntas: nam sicut corpus pondere, sic animus, & volũtas amore fertur, vt ait Augustinus. Centrum autẽ quod ex natura sua est vltimatẽ quietatiuum est, finis vltimus. Deus ipse: huic centro diuina voluntas primò & per se immobiliter, & necessariò adhæret, seu fruitor. Ideo comparatur terræ in centro existenti. Vnde Hermes Trifnegistus, & Empedocles aiunt, quod Deus est sphaera intellectualis, cuius centurũ est vbique, & circumferẽtia nusquam. Deinceps voluntas creata beata adhæret illi fini, & fruitor eo simpliciter, & perpetuò, ac per se, quia per formam intrinsecam suo actui, charitatem videlicet, sed non

Voluntas diuina fruitor. lib. xi. de ciuit. cap. 28.

primò: quia participat à Deo, seu habet. Ideo comparatur lapidibus, & metallis in terræ visceribus existentibus. Tertio voluntas iusti viatoris fruitor quidẽ simpliciter, & per se, sed nõ immobiliter, quia aliquãdo auertitur à Deo, & excedit à gratia, neque primò, quia mediante diuina voluntate innititur summo bono, seu adhæret, ideo similis grauibus in terræ superficie existentibus. Quarto voluntas mortaliter peccantis fruitor simpliciter aliquo alio à Deo, nam quantum est ex parte voluntatis, seipsam quietat in obiecto, quod propter se amat, nõ tamẽ simpliciter quietatur, quantum est ex parte obiecti, quod nõ est de se quietatiuum. Quinimò sicut quiescens in nauis, nõ quiescit simpliciter, propterea quòd nõ quiescat respectu centri, quod est vltimum quietans in vniuerso, ita volũtas quietans se in creatura, non simpliciter quietatur, ob id quòd non requiescat in eo quod ex natura sua vltimatẽ, & perfectissimẽ est in vniuerso voluntatis quietatiuum Deus. Huiusmodi autem peccator, vt in pluribus fruitor seipso, quia se inordinatẽ amore amicitiaẽ diligẽdo, reliquas creaturas amore concupiscentiaẽ prosequitur, & hæc est sententia August. dicentis, duas ciuitates fecerunt duo amores, ciuitatẽ diaboli, amor sui vsque ad cõtẽptũ Dei: ciuitatẽ Dei, amor Dei vsque ad cõtẽptũ sui, ergo peccatõs fruitor se. De brutis autẽ dico quòd non fruitor. Quãdo quidẽ frui, est alicui rei inherere amore, ppter se, atqui bruta amorẽ nõ habet, cum volũtatem nõ habeant, nec alicui rei propter se inhæreant, sed propter eorũ bonum, idcirco non

Beati fruitor.

Viator iustus fruitor.

Peccator fruitor.

Peccator fruitor seipso.

De ciuit. Dei lib. 14. cap. 18. & sic per Genesim lib. 11. cap. 22.

Bruta non fruitor.

Quid frui sit.

Ib. 2. cap.
24.Frui non
omnibus cõ-
petit.

fruantur, nisi accipias frui abusiue, & improprie pro non referre in aliud. Præterea non adherent proprie obiecto, quia non ducunt, sed ducuntur secundum Damascenum, ideo conferri possunt ferro vi adamantis attracto, insequendo priorem similitudinem. Quid si habentia appetitum sensitium (qui magis competit voluntati, quam appetitus naturalis) proprie non fruuntur, multo minus dicetur frui appetitum naturalem solum habentia, quia frui præsupponit cognitionem, quã nullatenus ista habent. Præterea frui est actus à potetia distinctus, sed hæc nullum habent actum, sed solum naturalem inclinationem, quæ non distinguitur ab eis, idcirco frui nequeunt.

DIST. 2. QVÆST. I.

*Verum sit aliquid actus existens infinitum
secundum perfectionem.*

*Infinitum
perfectione
existere non
demonstrabile.*



Ametu propositio hæc (videlicet infinitum in perfectione existit) in se, seu ex natura sit demonstrabilis propter quid, ab eo qui deitatem distinctè cognosceret, hoc pacto, Quidquid est Deus, est existens: infinitum est Deus, ergo infinitum est existens. Nequit tamen quantum ad nos pro hoc statu, propter quid demonstrari, propter mediij ignorantia, ob id quod nesciamus essentiam diuinam, seu Deum ipsum sub ratione deitatis, quæ utique deitas est medium, ad demonstrandum existentiam en-

tis infiniti, sed quantum ad nos demonstratur à posteriori sine demonstratione, quia ex ipsis creaturis quæ sunt Dei effectus, supposito, quod ens infinitum possit esse in entibus, quia simpliciter non potest nobis demonstrari, sed persuaderi duntaxat. Hæc autem demonstratio fit median- tibus proprietatibus entis infiniti, quæ sunt duplices videlicet relatiuæ, & absolutæ: Relatiuæ sunt eæ, ens infinitum est primum effectiuum, primum inpendens, primum eminens, &c. Absolutè verò ens infinitum est, intelligens infinita intellectu, est volens infinito voluntatis actu, habet intellectum, & voluntatem infinitam. Porro proprietates relatiuæ immediatius demonstrantur esse ex ipsis creaturis, quàm absolutè, nam immediatè ex esse vnus relatiui ostenditur esse sui correlatiui, sub habitu- dine genitiui, vel alterius casus: vt puta, quia creatura est producibilis, ergo est aliquid pri- mum effectiuum, quia dependens, ergo inde- pendens. Ideo primò agendum est de illis. Sunt autem res præcipuæ, nempe primum efficiens, primum finiens, & primum eminens, id est, sum- mum bonum, quæ sic ostenduntur esse in entibus. Primò, quod sit aliquod primum efficiens simpliciter, quod ab alio à se effici nequit, pa- teret, nã aliquod ens est effectibile, aut igitur à se, vel à nullo, vel ab aliquo alio non à nullo: quia quod nihil est, nullius est causa: nec à se, quia nulla res est, quæ seipsam faciat, aut gignat: igitur ab alio efficiente. De hoc alio efficiente quæro an sit primum vel non, quod si sit, habeo

*primum
efficiens.*

*Augustinus
2. de Trinitate
capit. 1.*

*Processus in infinitum**lib. 8. physc. 2. de generatione.**6. Metaphys. cap. 5.**1. Poster.**8. Physc.**11. meta. & alijs locis.**Causæ essentialiter ordinate.**ultimum finem esse.**Primum emittens esse.**Præter. 16.*

propositū, si non sit primū igitur est ab alio efficiēte, & ita procedetur in infinitū, vel stādū erit in aliquo non habente prius efficiens. Licet autem secundum philosophos Aristotelē, Auicenam, & alios processus in infinitum non sit impossibilis, in accidentaliter ordinatis, vt in generationibus filij, patris, aut proauī &c. quia posuerunt illi generationes sempiternas: Est tamē impossibilis in essentialiter ordinatis. Hoc astruitur hac etiā ratione, quia vniuersitas causarū, id est, aggregatum ex omnibus effectis essentialiter ordinatorum est causata, ergo ab aliqua causa, quæ non est aliquid illius vniuersitatis quo tunc esset causa sui. Sunt autem causæ essentialiter ordinatæ, quæ simul ad agendum necessariō requiruntur, vt Deus, sol, pater, & mater in generatione prolis: E contrario accidentaliter ordinatæ non requiruntur (vt plures trahentes nauem) Deinde probo quod sit aliquod primum finiens simpliciter, seu quod sit vltim⁹ finis: est status infinitus sicut in efficientibus: igitur deueniendum est ad aliquem vltimū finē, nam sicut infiniti fines erūt, quod contingere nequit. Ad hæc causa per se agens agit propter finem: & prius efficiēs propter finē priorem, igitur primum efficiēs propter vltimū finem. Sed propter nil aliud à se principaliter, & vltimatē agit, ergo agit propter se, sicut propter finem, est tamen causa finalis, non quidem sui, sed effectus quem in se ordinat, id est, quem producit, participet suam bonitatem secundum perfectionem cuiuslibet creaturæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est altissi-

mus. Tertiō commōstro esse aliquod primum eminens secundum perfectionem eodem medio quo ostensum est esse primum efficiens, & vltimum finem quia in perfectionibus essentialiter ordinatis non datur processus in infinitum, ergo deueniendum est ad vnum, primum: aliās essent infinitæ species essentialiter ordinatæ. Quia forma, id est, differentia specificæ, seu species se habent sicut muneri, intellige quantum ad inuolutionem, & additionem, quia sicut vnitas addita numero variat speciem, sic perfectionales gradus specifici, id est, differentia vltimæ constituentis aliquid in esse specifico, variant species, quibus adueniunt. Patet de forma vegetatiua, sensitua, & rationali, quod est impossibile, igitur est aliquid simpliciter perfectū. Prædictæ verō tres proprietates vni duntaxat naturæ competunt, quia eiusdem effectus nequeunt esse duæ causæ totales efficiētes, aut finales, nec potest quidquā à duobus simul, & ex æquo dependere, quia sic aliquid esset causa totalis alicuius effectus, quo circūscripto non minus esset talis effectus, quantum ad proprietates absolutas, vtpote quod primum efficiens sit intelligens & volens, sic quod eius intellectio est infinitorum obiectorum distinctè quæ in sua essentia representatur, & ipsa intellectio est eius essentia. Sic arguitur. Primum efficiens dirigit effectum suum in finem vt patet ex prædictis, igitur vel naturaliter dirigit, vel cognoscendo, & amando finem illum non naturaliter, quia non inanimata cognoscens nihil dirigit, nisi in virtute cognoscētis (sapientis enim est

8. Metaphys

Primum efficiens est intelligens & volens.

Intellectio, & volitio primi efficientes sunt eadem eius essentia.

Primum ens omnia distinctè intelligit.

Primum agens est infinitum. 3. physic. & Metaph. 1. 2.

ordinatio) Sed primū efficiens in nullius virtute dirigit, sicut nec agit, tunc enim non esset primū ergo cognoscendo agit, & amando. Quod autem eius intellectio & volitio sint idem cū sua essentia: patet quia cū sit primum effectuum, ergo ex se habet vnde possit, quodcunque producibile, circumscripto omni alio perducere. Atqui circumscripta eius cognitione & volitione id non habet, igitur eius volitio, & cognitio sunt eadem eius essentia. Præterea cū omnis entis in actu primo, maximè si fuerit actiuum secundum naturā sibi à Deo concessā, vni⁹ effectus in potentia recipitur & nō tantū factiuū, cuius effectus extra potentia producitur, cuiusmodi est omne ens intellectuale (vt Deus, Angelus, homo) perfectio vltima sit in actu secundo quo coniungitur optimo, erit quoque primæ naturæ vltima perfectio in actu secundo. Quare si ille actus non sit, eius substantia nō erit optima, quia aliud erit suū optimum. Ad hæc intellectus primi entis intelligit semper, & distinctè, ac necessariò quodcunque intelligibile, siquidem hoc posse nedum est perfectionis in intellectu, sed ad orationem intellectus est necessarium, cum ens in cōmuni sit ipsius intellectus obiectum: Nullam autem intellectionem habere videtur primum ens, nisi eandem sibi (ex proxima conclusione) cuiuslibet igitur intelligibilis habet intelligere actuale, & distinctum, ac idem sibi & ista semper est necessariò. Reliquum est ostēdere primum agens esse infinitum ex prædictis: Quod sic astruo ex Aristotele, Primum efficiēs mouet motu infinito, habet

igitur infinitam potentiam. Licet autem primū ens non moueat motu infinito, sicut intendit Aristoteles, cū mūdus non sit æternus, tamē quātum est ex parte sua, potest sic mouere, quia habet quātum est ex se virtutem infinita producendi, cū perfectiones omnium causarum secundarum eminentius cōtineat, quā sint in ipsis formaliter, Igitur est infinita virtus. Deinde primū agens vni⁹ actu simul, & distinctè omnia intelligibilia intelligit, atqui illa sunt infinita: igitur & eius intellectus infinitus. Exēplo id patet, posse ferre pondus 10 librarum maioris vires requirit, & perfectiores, quā posse ferre pondus 1. Librarum, ergo ferre infinita, infinita virtutē requirit & c. à simili de intelligere aliqua & infinita. Insuper voluntas nostra non quietatur, nisi in summo bono, non autem in aliquo finito: igitur illud est infinitum. Postremò eminentissimum on equit perfectius esse, sed quocūque finito potest esse quippiam perfectius, eminentissimū est infinitum. Ex prædictis igitur liquet in entibus esse aliquod ens actu infinitum. *Psal. 47.* Quibus accedit sacra scriptura: Magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. *Hier. 33.* Nōne caelum & terram ego impleo.

DIST. 2. QVÆST. 1.

An Deum esse, sit per se notum?

Quemadmodum pertrahat Philosophus propositio per se nota, est quæ ex propriis terminis euidentem veritatem habet (non per

Propositio per se nota.

Deum esse, an sit per se notum.

Exod. 3.

Summū bonum esse, an sit per se notum.

aliquam aliam propositionem) in intellectu concipiente terminos, quod si nullus eos conceperit nihiloscitius, quantum est ex se est per se nota, cuiusmodi est hæc propositio, Deus est, vel hæc essentia est (accipiendo Deum proprie, id est, sub propria ratione deitatis) ut puta, pro hac essentia diuina, accipiendo etiā esse sub propriissima ratione, qua est in Deo hoc esse, quomodo nūc à nobis inesse, nec essentia intelliguntur, sed ab ipso Deo & à beatis: quia ista propositio ex terminis suis habet euidentem veritatem: Extrema enim illius nata sunt cōproducere euidenciam huius cōplexionis intellectui perfectè ea apprehendēti, quia esse nulli perfectius competit, quàm huic essentia, quia ceteris omnibus accidentaliter conuenit, Deo autē essentialiter, & necessariō. Quocirca & Deus ait ad Mosem, Ego sum, qui sum, &c. Illa igitur propositio est immediata, & primi modi dicendi per se, saltem quasi accedens ad primum modū, ad quē reducuntur oēs propositiones enunciantes quidpiam de Deo quocunque concepto. Sin autē accipias Deū prout à nobis cōcipi, & intelligi potest, ut puta quod sit ens necessariū, vel ens infinitum, aut summum bonum, ut æquiualeat istis ens necesse esse, est ens infinitū. An propositio in qua esse enuntiabitur de tali conceptu, ut hæc Deus est, nomine Dei intelligendo non ipsam deitatem seu diuinam essentia nobis incomprehensibilem & ignotā pro hoc statu, sed eius necessarium aut summum bonum, ut summum bonum est, sit per se nota nobis, Minimè verò, quia

ca

ea propositiones sunt conclusiones demonstrabiles, etiam demonstratione propter quid & à priori, accipiendo essentiam diuinam pro medio, hoc pacto. Quidquid est essentia diuina, ut hæc in quantum est essentia diuina, est existens, sed ens infinitum, vel ens necesse esse, aut summum bonum, &c. est hæc essentia diuina, ergo omne tale est existens. Insuper propositio per se nota cuilibet intellectui cognitis terminis est euidens, Sed hæc propositio, ens infinitum est, non est ex terminis intellectui necessariō euidens, huiusmodi enim terminos prius concipimus, quàm eam verā credamus, vel per demonstrationem eam sciamus, & in illo priori non est nobis euidens, quia sola fide aut demonstratione ei assentimus, Igitur non est per se nota. Huc accedit, quod per se notum non possit ab aliquo negari, sed dixit insipiens in corde suo (gentilis videlicet, vel datus in reprobum sensum) non est Deus, &c. Item Auicenna, In lib. i. Me Deum esse non est per se notum. Adde varias philosophorum de Deo opiniones, hæ enim faris superque arguunt via naturali id non posse demonstrari. Quod si contra prædicta obicias Damascenum dicentem: Eius quod est Deū esse cognitio omnibus naturaliter est insita, atque ingenerata, ex quo consequitur (ut patet ex secundo Metaphysices) esse propositionem per se notam, Deum esse. Respondetur, Deum esse, est quidem per se notum, ut dictū est, intellectui distinctè concipienti terminos, qualis est diuinus intellectus, & beatorum ex gratia, sed

D

Psal. 13. & 52.

In lib. i. Me taphys. Arist.

Lib. i. ortho. fid. c. i. & 3.

nullius intellectus creatus potest via naturali distinctè ipsum Deum concipere, vt patet quolibeto 14. Quocirca nec talis propositio Deus est, via naturali est per se nota. Obserua præterea aliquid dici per se notum bifariam, primò ex sola cognitione terminorum, seclusa omni demonstratione & à priori, & à posteriori: Et talis dicitur propriè propositio per se nota. Secundò propositio dicitur per se nota, propterea quòd arguèdo à posteriori statim fit nota, quomodo Damascenus ostendit ibidem, Deum esse ex pulcherrima mundi ordinatione, conseruatione, & gubernatione, quæ necessarium est esse à quadam omnipotentè virtute, quæ nihil aliud est, quàm ipse Deus, quem modum Apostolus tangit dicens, inuisibilia ipsius &c. A magnitudine enim speciei &c. Et sic intelligit Damascenus, videlicet quòd medio potentia cognitiua naturaliter nobis datæ (de qua Psalmista, signatū est super nos, &c.) possumus ex creaturis Deum esse cognoscere, qualiter cognouerunt Pythagoras, Anaxagoras, Socrates, Plato, Aristoteles: non autem loquitur de cognitione naturali, & distincta, vt patet ex eo quòd ait 1. ca. Nullus vnquā Deū nouit, nisi cui ipse reuelauerit, non hominū modò, sed ne supramundanarum quidem virtutum, id est Angelorum.

Dist. 2. quæst. 3. An sit tantum vnus Deus.

*Deutero. 6.
Esaiæ 45.
Vnū esse Deū
ex sacris litte.*

VNicum esse Deum satis, supèrque constat ex illo Deuteronomij. Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est, & ex illo Esaiæ, Extra me nō

est Deus. Sed dubium est an sola id fide cōster, an etiam naturali possit ostendi ratione. Varro enim existimauit sola id fide cognosci posse, & id astruit autoritate Rabbi Moyfi dicētis, vnitas Dei accepta est à lege: deinde & hac ratione, Si naturali ratione Deum esse vnū cognosci possit, poterit & eadē via sciri essentia Dei vt singularis, & falsum est, & ex prædictis in superiorib⁹ resolutionib⁹. maximè in ea de subiecto Theologiæ aduersatur. Nam Deus sub sua ppria deitate, aut suæ essentia ratione à nobis cognosci nequit. Huic nihilominus assertioni aduersatur Scotus, naturali ostendens ratione vnicum esse Deum. Si enim essent duo Dij, intellectus vtriusque haberet duo adæquata obiecta, nempe suam essentiam, & essentiam alterius Dei, quòd esse nequit, cum idem actus duo adæquata obiecta habere non possit. Alterum enim superfluum esset. Deinde idem esset beatus actu in duobus obiectis totalibus essentialiter distinctis, quod inconuenit, Quia altero illorum destructo nihilominus beatus esset. Ad hæc quæcunque perfectio potest numerari in diuersis, id est esse in pluribus singularibus, & in eis diuidi, sic quòd sint tot tales perfectiões, seu naturæ quot sunt singularia, plus perfectionis habet in pluribus, quàm in vno, vt habet Augustinus, ergo cum infinitum non possit excedi, non potest in pluribus numerari, id est esse in pluribus indiuiduis: Igitur vnus erit duntaxat Deus. Proinde ad autoritatem Rabbi Moyfi dicitur populum illum Iudaicum fuisse rudem,

D ij

*Per se notum
aliquid bifariam.*

lib. 1. poster.

Psal. 4.

*Vnum esse
Deum naturali-
ter cognoscitur.*

*Lib. 8. de
trinit. cap. 1.*

Exodi. 3.
Hebr. 10.

& ad idololatriam pronum, quãobrem indiguit per legẽ, & ceremonias institui, vnum esse Deũ, licet à posteriori, naturali ratione commõstrari possit. Nam & lex ipsa docet Deum esse dicens, Ego sum qui sum: Et Apostolus suadet accedentem ad Deum oportere credere quòd sit, licet à posteriori demonstrari possit Deum esse. A priori quidem demonstrari, quæ sunt fidei, repugnaret, (Quia demonstratio generat scientiã ea quæ est à priori, scientia est euidentium, fides ineuidentium) sed non à posteriori. Insuper vtile est etiam ea quæ demonstrari possunt per viam autoritatis communitati tradi, cum propter communitatis in inquirenda veritate negligentiam, tum ob intellectus ad ea percipiendam imbecillitatem, & propter inquirentium per demonstrationem errores, qui (assertore Augustino) suis veritatibus multa permiscet falsa. Quocirca idiotæ, & simplices, cui potius assentiendum foret, ambigere possent. Quare autoritas certa ipsius Dei, & Ecclesiæ tutior est via, facilis, & communis, quippe quæ nec fallere nec falli valet. Ad rationem quoque Varronis de singularitate Dei respondetur, quòd licet cognosci possit Deum esse quoddam singulare, non tamen inde sequitur, quòd sub propria ratione suæ singularis essentię, & diuinitatis cognosci valeat, sicut à simili possum cognoscere Papam esse vnum singulare hominis, quamuis eum non cognoscam sub omnibus suis conditionibus indiuiduantibus. Ad hæc obiicies fortasse, & Apostolum dicentem. Si quidem sunt

Lib. 18. de
ciuit. cap. 41.

Domini multi, & Dij multi. Respondetur Apostolum de idolis loqui, de Diis videlicet nuncupatiuè dictis, quapropter subdit, nobis tamen vnus est Deus. Deinde ratio cinaberis plura bona paucioribus esse meliora, & meliora quæ in vniuerso ponenda sint, igitur & plures Dij. Respondetur meliora quidem esse ponenda, si illa & possibilia, & impossibilia adiuicem fuerint, plures autem esse Deos impossibile est, quare nec admittendum.

DIST. 2. QVÆSTION. 4. 5. 6. ET 7.

An in diuina essentia sit productio? &
tantum dua? unde tres personæ in vna
sunt essentia?



Vm (assertore Damasceno) fieri non possit, vt præter illa quæ diuinitus sacra nobis, & veteris, & noui testamenti annunciarunt elogia, quæve dixerunt & manifestarunt, quippiam eloquamur de Deo, aut penitus intelligamus, potissimum de his, quæ personarum emanationes concernunt (de quibus in calce huius distinctionis quatuor quæstionibus agit) vt in summa diuinæ substantiæ vnitatis hypostatica personarum trinitas, æterna filij à patre generatio, & eterna quoque spiritus sancti à patre, & filio emanatio, & alia similia mysteria quæ magis à nobis veneranda, & adoranda sunt, quàm incircuncis labijs explicanda, quippe quæ humanę intelligentiæ captum longè transcendunt, de quibus Paulus loquitur, O altitudo diuitiarum &c. Idcirco

Lib. 4. or
thodox. fides
cap. 2.

Ad Rom. 11.

ad scripturam sacram & vetustiores doctores sacros, pro his recurrendum est, cum Magistro sententiarum, qui doctissimè hæc profequitur, quem vide. Nam quamuis doctor rationibus hæc commonstrare adlaboret, illa tamen non sunt demōstrationes, sed persuasiones quædam à posteriori desumptæ, & quæ sacris innituntur literis, non verò naturali ratione, vt cum ostendit productionem esse in diuinis, hoc modo. Quidquid ex ratione sua habet virtutē quā producendam sufficientem, vbicumque illud fuerit illam habet, Atqui intellectus habens obiectum sibi præsens, habet virtutem, notitiā genitam producendi, ergo cū in Deo sit intellectus habens obiectum sibi præsens, poterit producere notitiā genitam. Idem potest de voluntate argui, quia ipsa habens obiectum actu cognitum, sibi præsentatum, ex ratione sua est productiua amoris perfecti producti. Huc accedit Augustinus. Pater est principium totius diuinitatis, non nisi per productionem, ergo in diuinis est productio. Deinde ostendit Scotus in diuinis esse duntaxat duas productiones, propterea quòd duo sunt tantum principia productiua habentia rationes formales producendi distinctas quæ sunt natura (seu intellectus, & voluntas.) Nam alterū inclinatur ex se ad agendū naturaliter, alterū vero liberè. Siquidem de ratione libertatis nō est quòd possit in oppositos actus amorē & odium (Patet quolibeto 16.) sed quod determinet sese ad agendum opposito modo, ad agens naturale, quod determinatur ab

Pro. 6. quest.

*In diuinis
productio.*

*In sempiternu
posse esse idem sūt.*

*Lib. 5. de trinit.
cap. 14.
Pro. 7. quest.*

*In diuinis
sunt duæ solæ
productiones.*

*Libertatis ratio
quæ.*

alio, vel intrinseco, quod est forma propria, vel ab extrinseco approximante actiuum passiuo. Cū igitur in principio, seu in diuina natura non sint nisi duo principia productiua, alterius rationis (intellectus, & voluntas, quia vna naturaliter, altera liberè agit) erunt propterea ibi duæ tantum productiones numero. Consequentia astruitur, quia vtrūq; principium habet productionem sibi adæquatā, & coæternā, igitur stante ista non potest aliam habere. Tertio comonstrat Scotus, esse tantum in diuina essentia tres personas, hoc medio, tantum sunt duæ personæ productæ, & tantum est vna improducta, igitur tantum sunt tres. Quòd autē sint tantum duæ productæ, patet, quia sunt solū duæ productiones ad intra, vt dictum est, igitur sunt tantum duæ personæ productæ. Cōsequentia astruitur, quia cū persona producta sit terminus adæquatus illi productioni, neutra productionū poterit nisi vnā personam producere. Quòd autē sit tantum vna improducta patet, Nō est ponēda pluralitas sine necessitate, sed non est necesse ponere plures innascibiles, igitur est tantum vnus. Hæc certius ostenduntur ex his Marthæi verbis. In nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, & ex illis verbis Iohannis. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, & per Augustinum, & alia loca quæ adducit Magister sententiarum in hac distinctione. Postremò demonstrat cum vnitatem essentiæ diuinæ stare personarum pluralitatem. Sed pro huius intel-

Pro 5. quest.

*Personæ tres
solæ in diuinis.*

Matth. ult.

1. Ioan. 5.

*De fide ad
Petri c. 2.*

*In diuinis est
vna essentia,
& tres personæ.*

Pro 4. quest.

lectu obseruanda est ratio, seu definitio suppositi, & naturæ, licet omne suppositum singulare sit, non tamen omne singulare esse suppositum. Quia suppositum dicitur tantum de indiuiduis primæ substantiæ, singulare autem de indiuiduis omnium prædicamentorum. In accidētibus enim reperitur singularitas, vt hæc albedo sine suppositi ratione. Natura etiam nostra atoma, seu singularis assumpta est à verbo secundum Damascenū, non tamen naturæ suppositum. Consistit igitur ratio suppositi in duplici incommunicabilitate, vt quod, & vt quo: Aliquid enim dicitur communicabile bifariam, primò per identitatem, ita quòd illud cui communicatur sit ipsum re ipsa, & sic vniuersale comunicatur singulari, vel per informationem, & sic forma comunicatur materiæ. Natura igitur quæcunq; ex se est communicabilis vtroque modo, videlicet plurib⁹ suppositis, quorū quodlibet sit ipsa, & etiam vt quo, id est tanquā forma qua suppositum sit ens quidditatiuè: Suppositum autem est incommunicabile vtroque modo, nō enim est comunicabile vt quod, cum non cōueniat pluribus, nec vt quo, cum sit subsistens, seu independenter existens. Ex his ostēditur propositum. Natura quæcunque est comunicabilis pluribus per identitatem, Igitur, & diuina natura est comunicabilis, non est autem diuisibilis (ex resolutione de vnitae Dei) Igitur & comunicabilis sine sui diuisione, & sic erit vna natura numero in pluribus suppositis. Præterea illud est possibile

Communicabile bifariam dicitur. Vt quod est de omni superior.

Suppositum quid sit.

quod non includit contradictionem, sed non includit contradictionem, quòd vna essentia sit in tribus personis, nam contradictio est secundum idem, quod non est impresentiarum, quia hîc est vnitae essentiae, & personarum trinitas, ergo cum vnitae essentiae diuinæ stat pluralitas personarum.

DISTINCTION. 3. QVÆST. 1.

Potest ne viator naturaliter Deum

cognoscere?

DEVS quidem naturaliter à viatore in particulari, & propriè (hoc est sub ratione suæ essentiae) cognosci nequit, ob id vel maximè, quòd voluntariū sit obiectum nobis, & non naturale, nisi suo intellectu tantum, nec est aliqua essentia naturaliter à nobis cognoscibilis, quæ sufficienter eius nobis essentiam ostendat, nec per vniuocationis conceptus vniuoci, in quo conueniat cum creatura, similitudinem, nec repræsentationis. Vniuocatio enim non est nisi in generalibus rationibus, id est cōmunibus cōceptibus. Repræsentatio etiam deficit, quia imperfecta est: cum creaturæ eum perfectæ imitentur, & repræsentent: Nihilominus ad nullos conceptus Deo proprios peruenire possumus, qui videlicet creaturis non cōueniant; cuiusmodi sunt conceptus omnium perfectionum simpliciter in summo. Quòd sit summū bonum, summè iustus, summè omnipotēs, & omnium perfectissimus) est conce-

Deus sub propriatione naturaliter cognosci nequit.

Deus naturaliter quātū ad multas perfectiones cognosci potest.

ptus entis simpliciter infiniti, quia dicit modum intrinsicum illius entitatis, & inter alios omnes conceptus à nobis conceptibiles, virtualiter plures perfectiones includit. Sicut enim ens virtualiter includit verum, & bonum in se, ita ens infinitum includit verum infinitum, & bonum infinitum, & omnem perfectionem simpliciter sub ratione infiniti. Ista tamen perfectiones quas de Deo cognoscimus, per creaturarum species cognoscuntur, quandoquidem creaturæ, quæ proprias in intellectu species imprimunt, transcendentium quoque species (quæ eis, & Deo communiter conueniunt) imprimere valent, & tunc intellectus propria virtute multis speciebus simul ad illa concipienda, quorum istæ sunt species, uti potest, ut puta specie boni, specie summi, specie actus ad concipiendum summum bonum, & actualissimum quod perfectè existit. Quod apparet per locum à minori. Imaginatis enim diuersorum sensibilibus speciebus, ad compositum ex illis diuersis imaginandum, uti potest, sicut apparet cum aureum imaginatur montem. Deus igitur in aliquo conceptu yniuoco sibi, & creaturæ (ut puta in conceptu entis) concipi potest naturaliter: quod etiam astruitur ex Philosopho, humanam constituyente felicitatem in actuali separatarum substantiarum consideratione, & dicente. Metaphysica est Theologia de Deo. Quod si prædictis obiicias ipsum Philosophum, dicentem, Phantasmata se habere ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum, Igitur intellectus nihil intelli-

Rom. 1. &
Sapient. 13.
Deus per
creaturas
cognoscitur.

Lib. 10. E-
thic. cap. 10.

Lib. 6. Me-
taphys.
Lib. 3. de ani.

git, nisi cuius phantasmata per sensus apprehendere potest. Id est sicut sensus nihil potest sentire sine speciebus sensibilibus, ita nec intellectus nisi mediante phantasmate, Deus autem phantasmata non habet, ergo naturaliter cognosci nequit. Respondetur, Philosophi comparationem intelligi debere quantum ad primam intellectus ab obiecto motionem. Ibi enim phantasmata, cum intellectu agente habent vicem primæ obiecti mouentis, non autem intelligitur comparatio Philosophi, quantum ad omnem actum sequentem notionem primam. Potest enim intellectus abstrahere obiectum inclusum in aliquo primo mouente, & considerare illud abstractum, non considerando illud à quo abstrahit, sed ut commune sensibili & insensibili, & in illo considerat insensibile, sicut & sensibile. Sed sensus non est abstractius, cum sit singularium secundum Philosophum. Ideo in omni actu tam primo, quam secundo, requirit aliquod obiectum primum mouens. Deinde adfert illud: Sicut se habet oculus nocturæ ad lucem solis, sic intellectus noster ad ea quæ sunt manifestissima naturæ, sed oculus nocturæ solem inspicere nequit, Ergo nec nos Deum cognoscere. Respondetur similitudinem debere intelligi de difficili, non autem de impossibili. Quod si etiam de impossibili accipere velis, intelligitur tunc de intuitiua notitia. Nam sicut nocturæ oculus solem intueri nequit, sic nec noster intellectus naturaliter, & intuitiue Deum cognoscere, licet bene abstractiue.

Intellectus
est abstracti-
uus non sen-
sus.

Lib. 2. Met.

DISTINCTION. 3. QVÆSTIO. 2.

Quod si Gregorium proferas dicentem, quantumcunque mens nostra in contemplatione Dei profecerit, non ad illud, quod ipse est, sed ad illud, quod sub ipso est attingit. Respondetur, non debere id sic accipi, quasi contemplatio sistat sub Deo in aliqua creatura, nam hoc esset frui vtendis, sed quod contemplatio de lege communi stet in aliquo conceptu communi, qui est minoris intelligibilitatis, seu perfectionis, quam Deus in se, vt est hæc essentia.

DISTINCTION. 3. QVÆSTIO 2.

Est ne Deus primum obiectum à nobis pro hoc statu naturaliter cognitum?

Lib. 1. Metaphys. & 2. poster. in proemio, in fine.



Um omnis nostra cognitio à sensu oriatur, Deus qui est à sensibus remotissimus, nõ est à nostro intellectu primò cognitus, secundum prioritatem originis, vel generationis, sed aliquod sensibile licet quantum ad ordinem perfectionis simpliciter sit primum, à nobis naturaliter cognoscibile, id est perfectissimum: vnde & in hoc ponit Philosophus felicitatem naturalem, & post ipsum Deum species specialissima perfectior in vniuerso est primò cognoscibilis hoc modo, & sic consequenter defendendo: Et horum ratio est perfectio obiecti, excedens aliorum obiectorum perfectionem.

10. Ethicorū

DISTINC. 3. QVÆSTIO 3.

An Deus sit primum, & adæquatum, & naturale viatoris obiectum?



Biectum primum naturale intellectus viatoris bifariam accipi potest. Primò pro eo ad quod naturaliter potentia inclinatur, & tale est ens in communi Deo & creaturæ, & dicitur obiectum terminatiuum quod potentia recipere potest, siue producat illius notitiam, siue non. At motiuum obiectum est cuius notitiam intellectus producere potest sua virtute, & est creatum. Secundò pro eo quod naturaliter cum concursu generali potentia concipi potest, & huiusmodi pro statu ipso est res materialis, vel sensibilis, cum pro hoc statu non intelligat nisi mediantibus phantasmatibus, propter ordinem potentiarum, & propter originalis peccati pœnam, secundum Augustinum. Licet tamen Deus sit immaterialis, & insensibilis, potest nihilominus mediantibus huiusmodi phantasmatibus cognosci per abstractionem, vt dictum est distin. huius q. 1.

Lib. 15. de Trinitate.

DISTINCTION. 3. QVÆSTIO 4.

Vtrum trinitatis vestigium in omni sit creatura.

Portet assertore Augustino vt & creatorem per ea quæ facta sunt intellectu conspicientes, intelligamus Trinitatem, cuius in creatura, quomodo dignum est apparet ve-

Lib. 6. de trib. cap. vltim. Vestigium trinitatis est in creatura.

stigmum: veruntamen; quia secundum Aristotelem omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt, Id est quando quidpiam quod non est in aliquo attribuitur eidem, hoc fit per similitudinem quandam. sicut cum ira ascribitur ipsi Deo, propterea quod puniens peccatores, se habeat ad modum irati hominis: Ideo obseruandum quod vestigium est similitudo partis animalis, ab ipso impressa in aliquo sibi cedens, vt si pes animalis imprimatur pulueri, illa impressio derelicta eius det vestigium, imago verò est totius similitudo. Deinde obseruandum quod quemadmodum Trinitas est veluti quoddam totum numerale, quia non est ibi propriè numerus prædicamentalis, sed transcendentalis (saltem in conceptu intellectus) & persona est ibi quasi huius totius pars: ita etiam personæ appropriatū est veluti eiusdem pars, quandoquidem appropriati eius ratio in vna completè reperitur persona, & accipitur pro illo cui appropriatur. Quocirca licet creatura, vt in pluribus, nec personam repræsentet, vt est persona, nec appropriatum, vt appropriatum (quia non sic cognoscitur appropriatum, nisi persona cui appropriatur cognoscatur) repræsentat tamè appropriabile, in quo quasi ratio partis Trinitatis saluatur. Quã obrem in creaturis, respectu appropriatorum personis Trinitatis vestigium consistit, vt pote vnum, verum, bonum (quæ in omni reperiuntur ente) repræsentant summam primi principij vnitatem, quæ Patri (qui est princi-

pium à quo est aliarum origo personarum) appropriatur, (Nam vt vnitatem est principium numeri, ita pater est principium aliarum personarum) & veritatem, quæ filio (qui per intellectus modum procedit) appropriatur, & bonitatem, quæ appropriatur Spiritui Sancto, qui per modum voluntatis procedit. Sic in omni creatura est modus, species, & ordo. Modus quidem accipitur pro mensura, vel limitatione producti, id est creaturæ, per quod repræsentatur potentia illimitata producentis. Conditiō enim imperfectior (qualis est limitatio) nequit enti inesse, nisi perfectior, cuiusmodi est illimitatio (quæ patri appropriatur) inest, Quia imperfectum dependet à perfecto. Species verò repræsentat summam pulchritudinē, quæ appropriatur filio, qui est imago patris summè sibi conformis. Ordo verò, vel in operationem, vel in finem, repræsentat operationem perfectissimam in Deo, scilicet dilectionem, quæ Spiritui Sancto attribuitur, & in qua summa consistit beatitudo. Est autem horum trium appropriatorum cum tribus primis correspondentia, quia vnitatem correspondet modo, qui respicit Deum, vt causam efficientem, veritas speciei, quæ repræsentat ipsum, vt exemplar, bonitas ordinem, quæ respicit vt finem. Quod si obiicias, in natura intellectuali esse Trinitatis imaginem, non igitur vestigium, cum illa oppositas repræsentandi habeant rationes. Respondetur intellectualem naturam alia ratione esse vesti-

DISTINCTION. 3. QVÆST. VLT.
 gium, & alia ratione esse imaginem, est enim
 vestigium, sicut quælibet essentia creata, in-
 quantum est creata secundum determinatum
 exemplar. Est autem imago in quantum in ip-
 sa est vnitas essentiæ, cum pluralitate potentia-
 rum, inter quas est ordo originis, & sic patet
 quod creatiua dicitur vestigium appropriatum
 diuinis personis.

DISTINCTION. 3. QVÆ. VLT.
*Utrum in mente sit distincte Trini-
 tatis imago?*

*Species intel-
 ligibilis.*

Hic aliqua sunt præmittenda, primùm
 quod necessarium sit in intellectu pos-
 sibili ponere speciem intelligibilem
 priorem naturaliter actu intelligendi,
 vt facile colligitur ex Aristotele, & eius com-
 mentatore, afferentibus, vniuersale in quantum
 vniuersale nihil esse in rebus, sed tantum in ali-
 quo representante ipsum sub tali ratione, quod
 non est aliud, quam species intelligibilis: Et ait
 Philosophus, quod anima est quodammodo
 omnia, per sensus sensibilia, & per intellectum
 intelligibilia. Item lapis non est omnia, sed spe-
 cies lapidis. Vnde intellectus dicitur locus spe-
 cierum, ab Aristotele, quia habet species con-
 seruare, sicut locus conseruat locatum. Secun-
 dùm præmittendum est quod intellectus, & ob-
 iectum in se, vel in specie præsens, sunt duæ cau-
 sæ partiales actus intelligendi, vt patet ex Au-
 gustino.

*Lib. 3. de ani-
 ma.*

*Intellectus
 causa.*

Augustino. Liquidò tenendum est (inquit) quod om-
 nis res, quam cognoscimus congenerat in nobis
 notitiã suã: ab vtroque enim, scilicet à cognosce-
 te, & cognito paritur notitiã. Idem. Ex visibili &
 videre gignitur visio. Vtrũ autem notitiã, ab in-
 tellectu agente, vel passibili, vel ab vtroque pro-
 ducatur variæ sunt opiniones, quarum quælibet
 sustineri potest. Illa tamẽ est satis probabilis, quẽ
 a serit intellectum agentem, nedum speciem in-
 telligibilem producere, sed actum etiam intelligẽ-
 di: intellectum verò possibilem solùm ea recipe-
 re. Nam sic ponitur conformitas rei, & nominis
 vtriusque, mutuãquã correspondentia in agẽdo
 & patiẽdo, iuxta ipsorum definitiones. Quod
 si inquiras vtra illarum duarum causarum partia-
 lium ipsius notitiæ sit principalior, obiectum
 videlicet, vel intellectus. Responderetur, quod
 ipse intellectus respectu cognitionum natu-
 rationalium: propterea quod sit illimitatio, seu
 causa indeterminata ad multos effectus produ-
 cendos, & obiectum, ad certum aliquem effe-
 ctum sit determinatum. Hoc est propterea quod
 intellectus plures notitias specie differentes gi-
 gnere possit. Obiectum verò notitiam sui dunta-
 xat. Exemplum desumere potes de Deo, sole, &
 particularibus generantibus. Tamẽ obiectum
 beatificum, vt clarè visum, cum multum partis
 intellectiue facultatem excedat, potest habere
 totam efficientiam visionis, aut principaliorem,
 quam intellectus: Propter, inquam, talis obie-
 cti excellentiam, & defectum, seu imperfe-
 ctionem partis intellectiue: de quo vide in

*lib. 2. de Tri-
 cap. 2.*

*Notitiã ab v-
 tro intelle-
 ctuum for-
 matur.*

*Notitiã præ-
 cipua causa.*

4. dist. 49, & quolibeto 13, 14, & 15, His positis expendenda sunt tria: Primum quid sit imaginis ratio, unde ad propositum translatus est vocabulum: Deinde respectu cuius in Trinitate sit imago, Tertio, in quo in nobis est imago. Quantum ad primum, quemadmodum ex precedenti constat resolutione, imago est representatiua totius, in quo à vestigio differt, quod est representatiuum partium duntaxat. Si enim totum corpus esset impressum pulveri, sicut pes est impressus, illud relictum esset imago totius, & vestigium totius, perinde ac illud est imago partis nihilominus hæc representatio totius non sufficit sola sed requiritur illud, quod est imago natum esse exprimere, & representare id, cuius est imago, eo modo quo effigies aliqua erigitur hoc sine, vt Regem, vel alium quemuis representet. Hoc autem ex Augustino colligitur, ait enim: Quantumcumque duo ova sint similia, vnum non est natum imitari ipsum. Quantum ad secundum operæpretium est, vt creatura, quæ est trinitatis imago vnitatem essentia diuinæ, trium distinctiones personarum, & originis, seu processionis ordinem representet. Quantum ad tertium, obseruandum quod animæ ipsi assignantur tres vires, seu potentia, nempe memoria, quæ nihil aliud est quàm anima, aut intellectus agens cum specie intelligibili, nam hæc duo obiecti notitiam gignere valent, quo fit vt memoria quoque perfecta dicatur. Quod si cum aliquibus philosophis, & Theologis intellectui possibili vim producendi notitiam adscripseris, non intellectui a-

Imaginis ratio.

gēti, erit ipse possibilis intellectus, vt productiuus notitiæ, cū specie intelligibili memoriæ, sed primū à me magis probatur. Aduerte insuper quod memoria perfecta cōplectitur etiā voluntatē ipsam, vt est principiū productiuū amoris, & hoc quidem vt plenē patrē representet, in quo est mediū fecunditas ad generandū, sed ad spirā dum secūda potētia Dei intelligētia, aut intellectus, quæ est anima ipsa, seu intellectus possibilis in quantum recipit in se notitiā genitā. Tertia est volūtas, quatenus in se suū recipit amorē, nā quatenus eū elicit refertur ad primam potentiā, sicut & intellectus, vt est productiuus notitiæ, nēpe ad memoriā perfectā. Imago autē trinitatis consistit in his tribus animæ potentiis, vt sunt sub actibus suis tribus, id est in potentiis, & actibus earum simul quandoquidem tres potentia sunt vna, & eadē anima, ex quo diuinæ essentia vnitatem representant, & actus earum re ipsa distincti, distinctionē personarum representant. Modū verò processionis ipsarum personarum imperfectè representant. Nā notitia, quæ est secūda imaginationis pars, non producit amorem, qui est tertia pars, sicut Filius in diuinis Spiritū sanctū comproducit, sed propter ordinem duntaxat quo tertia imaginis pars secūda præsupponit, representant ipsam trinitatē. Nemo enim (vt ait Augustinus) vult quod omne quid, vel quale sit nesciat. Vnde colligitur Augustinum accipere voluntatē, vte est tertia imaginis pars, pro actu amoris, & non pro potentia ipsa. Dupliciter enim Augustinus assignat imaginem, Primò dicens, mens, notitia, & amor. Secundò memoria

Imago Trinitatis in quibus consistit.

lib. 15 de Trinitate cap. 27.

lib. 9 de Trinitate c. 4. & seq.

lib. 10 de Trinitate c. 10. & seq.

intelligentia, & voluntas, & vtrouque per mentem in prima assignatione, & memoriam: in secunda complectitur vtramque vim, videlicet intelligendi, & volendi (hoc est intellectum, & voluntatem) vt sunt potentie suorum actuum (notitie videlicet vel amoris productiue) nam quatenus suos recipiunt actus, intellectus, notitiam, & voluntas amorem. Ad secundam, & tertiam imaginis partes referuntur, illæ quidem ad secundam, hæc verò ad tertiam. Obserua nihilominus perfectissimam & vltimam imaginis rationem esse in prædictis potentiis & actibus, quando ipsæ potentie ipsæ habent Deum pro obiecto: nam tunc anima non habet solum similitudinem Trinitatis expressiuam ratione suarum potentiarum & actuum, sed etiam ea ratione, qua actus ipsi conformantur obiecto, quando quidem actus est verè obiecti similitudo. Hoc autem contingit, cum anima Dei meminit, denique Deum contemplatur, ac diligit. Hoc autem ex Augustino colligitur, in eo solo, inquit, quod ad contemplationem pertinet externorum, non solum est Trinitas, sed etiam imago Dei, in hoc autem quod deriuatum est in actione temporalium, etiam si Trinitas possit, non tamen imago Dei inueniri potest: Quod intelligendum est de expressissima imagine, & perfectissima similitudine, deinde est imago Trinitatis, sed min⁹ perfectè quando anima habet seipsam pro obiecto. Nam licet tunc non habeatur ab ipso Deo immediatè, veluti à proximo obiecto similitudo, habetur tamen quadantenus, in quantum in mente, vt in

lib. 12. de
Trinit. ca. 4.

imagine Deus cognoscitur, De hac imagine loquitur Augustinus. Ecce (inquit) mens meminit sui, intelligit se, diligit se, hoc si cernimus, cernimus Trinitatè, nondum quidè Deum, sed ipsam imaginem Dei. Respectu verò obiectorum inferiorum in mente, licet sit imago, non tamen ita perfecta: iuxta quem sensum interpretandæ sunt varie Diui Augustini autoritates. Ex his (liquet) in parte sensitua imaginè non posse consistere, ob id quod in ea non sit potentiarum consubstantialitas, nec mod⁹ agendi duplex, naturalis videlicet, & liber, sed naturalis duntaxat, vt patet ex Ioanne Damasceno, asserente quod bruta in suis operationibus non agunt, sed aguntur. Obiicies aduersus prædicta Trinitatè naturaliter cognosci posse, ex mente naturaliter cognita, si mens distinctè Trinitatè representet. Respondetur ex creaturis naturaliter non posse cognosci Trinitatem: Nam licet anima, vel angelus sit Trinitatis imago, hoc tamen non cognoscitur naturaliter, sed est creditum: assertore Augustino, qui videt suam mentem, & in ea Trinitatè, id est, tres potentias, quæ sunt in mente, nec tamen credunt eam esse imaginè Dei. Speculum quidem vident, sed non videt per speculum, cum nec ipsum quod vident sciant esse speculū. Adde quod imago dicit relationè, quæ nisi cognitis extremis naturaliter cognosci nequit: Quæuis autem ipsum fundamentum naturaliter cognoscatur, non tamen terminus (qui est essentia diuina) sub propria ratione. Prædicta igitur de imagine valent crediti Trinitatè ad perscrutandum, & persuadendum. Quod si adhuc obiicias nihil, quod

lib. 14. de Tri.
cap. 8. & 16.

lib. 15. de Tri.
cap. 24.

lib. 15. de Tri.
cap. 7. & 14.

lib. 15 de Tri. sit in anima plus representare vnā personā quā
c. 7. & 14. aliam, cum secundū Augustinum pater est memo-
 ria, intelligentia, & voluntas, & filius cōsimiliter,
 ergo vna potentia nō magis distinctē representat
 vnā personā, quā aliā, cum illæ tres potētie sint in
 singulis personis. Respondetur vnā potentiā ma-
 gis repræsentare vnā personā, quā aliā, non pro-
 pterea quōd in illa sola persona sit potentia, sed
 quōd propius repræsetet modū originis talis per-
 sonæ, vt exempli gratia, memoria repræsentat pa-
 trem, propterea quōd gignat filiū, quaten⁹ habet
 rationem memoriæ, & non vt habet rationem
 intelligentiæ, aut voluntatis.

DISTINCT. 4. QVÆSTIO 2.

*Vtrum ha propositiones sint vera, Deus gene-
 rauit alium Deum, & Deus est Pater,
 Filius, & spiritus
 sanctus?*

*Deus genuit
 Deum.*

*Deutero. 6.
 Exod. 20.*

Rior earum propositionum falsa
 est, propterea quōd non sit alia-
 us Deus à patre, sed vnus dunt-
 xat. Audi Israël, dominus Deus
 tuus vnus est &c. & illud: Ego sum
 Deus tuus qui &c. Is autem terminus (alius) si-
 gnificat diuersitatem in essentia, & natura diui-
 na, quæ nulla est, sed hæc est vera, & catholica,
 Deus genuit Deum, quia Deus pater, Deum filiū
 genuit, hoc est, per generationē æternā cōmuni-
 cavit illi suam naturā & deitatem. In symbolo

quoque scriptum est. Lumen de lumine, Deum *Deus est*
 verum, de Deo vero. Secunda autem propositio *Pater, filius,*
 vera est, licet non defuerint olim, qui eam ne- *& Spiritus*
 garent, vt refer Magister. Nam & eius conuer- *sanctus.*
 tens vera est, nempe ista, Pater, Filius, & Spiritus
 sanctus sunt vnus Deus, quod & astruitur per *In sermone*
 diuum Augustinum dicentem: Credimus vnum *de fide,*
 Deum, vnam esse diuini nominis Trinitatem.
 Vide Magistram, *c. 3. huius
 dist.*

DISTINCT. 5. QVÆSTIO 1.

*Vtrum essentia diuina generet
 vel generetur?*



Ac in re fœde errauit Abbas Ioa-
 achim, vt habetur in decretalibus,
 asserens Magistram sententiarum
 Hereticum, & infanum, quōd in
 suis sententiis dixisset rem esse in
 diuinis (videlicet essentiam diuinam) quæ non
 est generans, neque genita, neque procedens:
 Ex quo inferebat magistram sententiarum po-
 suisse in diuinis quaternitatem, videlicet tres
 personas, & illam essentiam quasi communem,
 quartam. Quod inconueniens, vt ipse Ioa-
 achim euaderet asseruit, quōd nulla res vna est Pater,
 Filius, Spiritus sanctus, sed personas illas esse v-
 nam rem, vnitate aggregationis tantum,
 sicut multi fideles dicuntur vna Ecclesia

*Circa Trini-
 tatem errauit
 Abbas Ioa-
 achim.*

*Tex. de sum-
 ma Tri. &
 fide cathol. c.
 Damnamus.*

Joan. 19.

Joan. 10.

Matth. 5.

propter vnam fidem, & charitatē: quod astruebat ex illo Ioannis: Pater rogo, vt sint vnū, sicut & nos vnū sumus. Sed assertio ipsius Ioachim heretica est, non autē Perri Lóbarði. Nā pater gignēdo ab aeterno filium, suā ei dedit substantiā iuxta comunem translationē, Pater quod dedit mihi, maius omnibus est &c. At dici non potest quòd partem substantiæ suę dederit, & partē sibi retinuerit, cum substantia Patris sit indiuisibilis, vt pote simplex omnino, sed nec dici potest quòd pater in filium transtulerit suā substantiam generando, quasi sic dederit eā filio, quòd non retinuerit ipsam sibi, alioquin defuisset esse substantia, & simili ratione ambo eam Spiritui sancto dederunt. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad patrē, volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Hoc nomen (vnū) pro fidelib⁹ quidē accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia pro personis verò diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quē admodū alibi veritas ait. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est, ac si diceret manifestius, estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater vester cœlis perfect⁹ est perfectione naturæ, & essentiali bonitate, vbi nō minuit, vt sumus ex nobis ipsis naturaliter perfecti, sine patre est ex se naturaliter perfect⁹, sed vt essemus perfecti perfectione nobis cōpetēte, videlicet gratiæ, & virtutis, vtraq; videlicet suo modo, quia inter creatorē, & creaturā nō potest tāta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notāda. Fatēdū est igitur, cū Magistro sententiā, quòd Pater, filius, & Spiritus S,

vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria sint vna essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, neq; genita, nec procedens, quia illi actus non attribuuntur substantiæ, seu naturæ, sed personis, nec per hoc in trinitate concluditur quaternitas, quia illę tres res pater videlicet, & Filius & Sp. sanctus sunt illa vna res & essentia. Quaternitas autē esse nō potest, nisi esset quartum realiter à tribus distinctū. Adde rationes Magistri in primis tribus capitibus positas huius distinctionis. Quòd si dixeris hanc esse veram, Deus generat Deum, igitur à simili istam essentiam generat, vt essentia sumatur pro persona, sicut Deus in prima accipitur pro patre. Respondetur non esse simile: Propterea quòd Deus sit concretum potens supponere, vel accipi pro natura, vel supposito. Essentia autem est abstractum, vltima abstractione, quare non potest pro supposito supponere, sed tantū pro natura.

Essentia diuina non est generans, neque genita,

DIST. 5. QVÆST. 2.

Vtrum filius generetur de substantia patris?



Augustinus vnā cum ceteris antiquis doctoribus liberè profitetur filium Dei substantia patris generari: Ait enim pertractās iliud Pauli: Transtulit nos in regnum filij charitatis suæ. Quod dictum est (ait) filij charitatis suæ, nihil aliud est quàm filij substantiæ suæ, ergo est de substantia patris. Vide alias authoritates eius.

Lib. 1. de Trin. c. 10. Ad Coloss.

Lib. 7. Metaph.

dem c. 9. huius distinctionis apud Magistrū. Veruntamen, vt hæc plenius noueris, obserua quòd generatio in creaturis duo dicit, productionem videlicet, & mutationē, & istorum rationes formales diuersæ sunt, & ab inuicem separabiles, id est, potest esse productio absque mutatione, & contrā, productio ad eū formaliter est ipsius producti (id est relatio producti producens) quod est compositū: Et accedit ei quòd non fiat cum mutatione alicuius partis cōpositi, vt patet in creatione, in qua nulla pars mutatur, sed totū simul incipit esse. Mutatio verò formaliter est ipsius subiecti mutabilis, quod de priuatione transit ad formam. Cōcomitatur autē imitatio productionem in creaturis, propter imperfectionē potētiæ productiuæ, id est, agētis naturalis, quæ non potest dare esse totale termino productionis, id est, non potest quidpiam ex nihilo producere, sed aliquod eius præsuppositum transmutat ad aliam partem ipsius, & sic producit compositū. Si enim generans creatum esset perfectū agens, non exi-gens materiam, tunc esset productio sine mutatione: Idcirco sine contradictione separari possunt, & re ipsa in creatione separantur, vbi propter perfectionē potētiæ Dei productiuæ, dantis esse totale, producto verè est ratio productionis, qua productū producitur, sed non est ibi ratio mutationis propriè dictæ quæ supponit subtractum aliquod. Vt autem hæc præsentī instituto accommodemus, cum in diuinis nihil imperfectionis sit ponendum, & mutatio imperfectionem importet, quia potentialitatem immu-

Ex 6. Phys.

tabili vt possit recipere aliam formam & etiam in mutāte, quia talis necessariò requirit causam cōcausantem, id est, materiā ad hoc vt producat. Nullo modo in diuinis ponetur generatio sub ratione mutātionis, nec quasi mutationis, sed tantū generatio, vt productio perfecta, in quātum scilicet per eam aliquid accipit esse. Quamobrē generatum, vt est in diuinis, nō assignabitur materia, nec quasi materia, sed tantū terminus, & hoc vel totalis siue primus, id est, adæquatus, vel terminus formalis, secundū quem terminus primus formaliter accipit esse. Deinde quāuis nulla materia, vel quasi materia in diuinis ponatur, verè tamen & propriè Filius est de substantia Patris, vt asserit Augustinus, & alij doctores antiqui, vbi per præpositionem (De) denotatur nō solum efficientia vel origo, quia si creaturæ essent de substantia Dei, nec consubstantialitas tantū, quia tunc pater esset de substantia filij: sed notatur simul originatio, seu principium originans & consubstantialitas, vt scilicet ablatiuo rectus, à præpositione de, significet cōsubstantialitatem, id est, quod filius eandem habeat cum patre substantiā, & patre genitiuū à tali ablatiuo rectum importetur principiu originans, ita quod sensus huius propositionis, filius est de substantia patris, & iste filius est originatus à patre, vt consubstantialis ei, & hoc modo auctoritates in litera adductas exponit Magister.

Generatio in diuinis est sine mutatione.

Præpositio, de indiuisis quid importet.

*Dens & pater
volens filium
genuit.*



Vo in hac parte obseruanda veniunt, Primum quod pater generat filium volens, nam in primo signo, vel instanti originis pater intelligit formaliter, & tunc etiam potest habere velle formaliter & re ipsa, in secundo vero signo originis gignit filium, nec tantum vult illam generationem volitione (quam dicunt) sequente illam gignitionem, sed volitione in primo signo originis habita, qua quidem volitione pater formaliter vult praesupponendo aliquo modo intellectionem, qua quidem pater intelligit, non autem praesupponendo gignitionem verbi. Sic ergo constat quod pater volens generat non tantum voluntate consequente, sed voluntate antecedente. Nam pater prius est perfectus in se, & beatus per intelligere, & velle, quam ista alteri communicet personae per productionem. Siquidem, quod in primo instanti, quo est pater non conuenit ei, nunquam conuenit, propterea quod ex productione cuiuscunque personae nulla ei adici potest perfectio: nam nulla persona habet quidpiam, quod a patre sibi non fuerit communicatum, Deinde obseruandum quod quauis pater filium generat volens (sicuti interpretatum est) nihil oecius nequaquam illum generat voluntate, tanquam principio elicitiuo, & productiuo: quando quidem principium productiuum vnus rationis in diuinis duas vnus rationis productiones (cum vtraque sit adequata) habere nequit, sed vnicam tantum. Quapropter cum Spiritus Sanctus per mo-

*Pater prius
beatus, quam
generet.*

dum, vel actum voluntatis, vt principij productiuum producatur, filius non sic produceretur. His subscribit Damascenus dicens: Generatio est opus naturae, & Augustinus ad Orosium: Praeire scientiam voluntas non potest. Cum igitur filius scientia patris, & sapientia sit, non generatur voluntate. Quod si obiecias Augustinum, qui attribuit voluntati nostrae gignitionem verbi, id est, notitiam obiecti. Verbum, inquit, amore concipitur. Item notitia placita, dignae amata, verum est, ergo & in diuinis: cum in mente nostra sit Trinitatis imago. Responderetur, in nobis quidem verum esse, quod ait Augustinus, idcirco quod eliciamus plures actus intelligendi & praedicamenti qualitatis, & praedicamenti ad aliquid, & vno actu elicito alium voluntas imperare potest, non autem in Deo, in quo est vnicus actus intelligendi (vnica videlicet notitia ingenta) & vnicus actus dicendi, seu exprimendi verbum, id est, vnica notitia genita, quare voluntas, nequibit esse causa nec propinqua, nec remota alicuius illorum. Nam voluntas producendi subsequitur quadantenus ipsum intellectum, sicuti, & operando (hoc est, fruendo diuina essentia.) Quod si instes Augustinum intelligere nedum in nobis, sed in ipso Deo, hoc falsum est, quantum ad illum actum, qui est coniungere parentem, id est, intellectum cum prole, id est, cum obiecto cognito, aut notitia, sed bene quantum ad alium actum, quem tribuit nostrae voluntati, qui est dilectio ipsius obiecti ac notitia eiusdem: & ratione huius actus nostra voluntas pro-

Lib. 1. c. 8

*Lib. 9. de
Trin.*

Lib. 1. c. 8

Lib. de Synodis.

prius est pars imaginis. Obiicies & Hilarium doctentem, non naturali necessitate ductus pater genuit filium, vnde consequitur volūtate, igitur eum genuisse. Respondetur, duplicem esse necessitatē naturalē. Quædā est cui voluntas repugnat, vt mortis necessitati, altera cui volūtas cōcordat, & sic pater necessariō filium genuit. Hilarius autē intelligit de necessitate primo modo capta, vnde & subdit, non naturali necessitate, cū nollet. Obiicies quoque & Richardum doctentem, vultis audire verbum abreuiatum, ingentium velle habere de se cōformem; atque condignū, idem mihi videtur quod gignere filium. Atqui pater voluntate vult habere sibi conformem, ergo & voluntate genuit. Respondetur Richardum intelligere concomitanter, non autem quōd velle patris sit formaliter gignere: nā hæc in re aduersaretur Augustino, qui ait, quōd Spiritus Sanctus procedit, quomodo datus, nō quomodo natus, id est, per modum volūtatis liberæ, non per modum naturæ, quemadmodum filius.

*Lib. 6. de Trinit. c. 17.**Lib. 15. de Trinit. cap.*

DIST. 7. Q. VNICA.

An generandi potentia ipsius patris sit quid absolutum, an personalis proprietas?

Potentia Logica.

Non loquemur quidem de potētia Logica, quæ nihil aliud prorsus est, quàm non repugnātia extremorum alicuius propositionis, nec de potētia pro formali, sed vt est respectus quidem, sed de potētia pro materiali, & fundamento, hoc est, de vi illa generandi, quæ est in patre: Hæc autē potentia

Potentia duplices.

dupliciter accipitur: Primò pro principio quo pater filiū producit præcisè, & simpliciter sumpto, Secundò pro ipso principio, cum aliis omnibus concurrentibus ad generationem filij. Hæc autem potentiæ diuisio definitur ab Aristotele, potentia primo modo nequit esse relatio, cū sit de genere steriliū, sed aliquid absolutum, videlicet memoria perfecta, seu intellectus diuinus habens essētiā sibi præsentem, est prima generandi, id est, principium quo pater filiū producit. Quod ita probatur, termin⁹ formalis generationis est quid absolutū, nempe secunda persona, ergo id quo agens agit est absolutum, quia fieri nequit vt agens cōmunicet terminum formalem productionis, nisi agat forma æquè perfecta (si agit vniocè) & perfectiori (si agit æquiocè) in diuinis autē nihil est perfectius absoluto. Nam absolutum est formaliter infinitum, non autem relatio. Evidentius ita astruitur, fieri nequit vt principium formale imperfectius sit termino suo formali, sed terminus formalis, vtpote verbū est quid absolutū, ergo & principium eius formale est absolutum. His subscribit Damascenus. Generatio est opus naturæ, sed nō est opus naturæ, vt generantis, ergo est opus naturæ vt principij generandi, & Hilarius, ex virtute (inquit) naturæ in eandem naturam natiuitate subsistit filius. Potentia autem secundo modo, est intellectus diuinus habens essētiā sibi præsentem, vt hæc sunt in patre, & talis est potentia generandi propinqua, prior verò remota. Quōd si prædictis obiicias Augustinum dicentem.

*9. Metaphy.**Potentia generandi in patre quid sit**Id est vt produciens sit imperfectius productio in naturalibus. Lib. cap. 8.**Lib. 5. de Trinit. circa finem.**Lib. 5. de Trin. cap. 6.*

Ed pater est, quod est ei filius, atqui paternitate est pater; ergo eadem est illi filius, & per consequens paternitate generat. Responderetur quod Augustinus intelligit ed formaliter, non autem ed fundametaliter, seu productiue, quemadmodum enim Ioannes Albus similis est Petro albo similitudine formaliter, & albedine fundamentaliter (cum albedo sit fundamentum similitudinis) Sic pater generat paternitate formaliter, sed memoria foecunda fundamentaliter, sed intellectu, & essentia diuina.

DIST. 8. QVAEST. I.

Utrum Deus sit summè simplex-

*Deus est summè simplex.
Lib. 6. de
Trinit. c. 6.*



Eum quidem verè, & summè simplicem esse constat ex Augustino. Id autè astruitur variis rationibus, Primò quod non sit compositus Physicè: Nam compositio materiae, & formæ imperfectionem includit, nempe rationem partis. Forma quoque non vnitur materiae, nisi alicuius efficientis virtute: Quamobrem si Deus ex materia, & forma compositus esset, haberet vtique efficiens aliquid prius seipso, quod aures piæ audire respiciunt. Deinceps non est ex subiecto, & accidente compositus: Cum enim immaterialis sit, non est alicuius accidentis rei materiali conuenientis capax, nec accidentis rei immateriali competentis. Intelligere enim, & velle (quæ creatis accidunt spiritibus) non sunt in eo accidentia sed eadem reipsa eius essentia, vt asertum

assertum est. Ref. dist. 2. q. 1. Præterea non est compositus ex partibus quantitatis, cum non habeat materiam: quæritas autem rei materialis est accidens. Ad hæc idem astruitur ex ratione infiniti, quandoquidem omne componibile potest esse pars alicuius totius compositi ex ipso, & altero componibili, omnis autem pars excedi potest, sed contra rationem infiniti est, posse excedi: infinitum ergo nullatenus est componibile: Insuper non est compositus ex genere & differentia, cum nec Deus nec quidpiam de Deo dictum, vt dicitur Ref. 3. huius distinct. sit in prædicamento. Esse etiam non accidit Deo, sed est idem suæ substantiæ, iuxta illud Exodi: Ego sum qui sum, & illud: Qui est misit me ad vos. Prædictis fortasse obiicies illud Aristotelis, Quod vni est non substantia, id est, quod est accidens, nulli est substantia. Atqui sapientia (quam Deo nullus denegat, sicut & alia attributa) in nobis est accidens, ergo in nullo est substantia, vel non accidens. Et ex consequenti in Deo erit accidens. Et ita compositio subiecti, & accidentis. Responderetur sapientiam eâ ratione, qua est qualitatis species & accidens in nobis, non poni in Deo, hoc enim modo. Quia est accidens limitatione, & imperfectione includit, sed ascribitur ipsi Deo secundum ratione sapientiæ præcisæ, quæ est perfectio simpliciter. Illud autè dicitur perfectio simpliciter quod est melius in nobis, quam non ipsum, id est, quam eius oppositum, vt esse sapientem, esse bonum, iustum, &c. In quolibet, in quâ, est melius, in quantum est ens, licet non habita ratione

Exod. 3.

Lib. 1. Phys.

suæ naturæ specificæ (quia habet certos gradus suæ intentionis) via remotionis, & eminentiæ, quippè quæ abstrahit ab omni imperfectione & limitatione.

DIST. 8. QVAEST. 2.

Vtrum aliqua creatura sit simplex?

*Creatura
nulla est sim-
plex. lib. 6.
Trinit. c. 6.*



Augustinus liberè profiteretur nullam creaturam esse in se simplicem: Omnis enim creatura est alteri componibilis, vt accidentia cum subiectis, materia, & forma adinuicè. Omnis quoque substantia tam corporalis, quam spiritualis sui est receptiua accidentis, vt patet de intellectione, & actibus voluntatis in Angelis. Adde quòd & creaturæ multifariam compositæ sunt. Primò compositione Metaphysica, ex actu videlicet, & potentia, hoc est, ex realitate generis (quæ est potentialis, & perfectibilis) & realitate, conceptu differentie, quæ est per se actus, & perficiens ratione generis: est quoque in creaturis compositio naturæ, & differentie indiuidualis, quæ naturam astatuat, & ad certum determinat indiuiduum. Aliquæ etiam creaturæ componuntur physice, vt puta ex materia, & forma, vnde satis constat creaturam omnem componibilem, aut compositam esse ex se. Præterea nulla creatura est purus actus, sic videlicet quòd nihil illi adici, aut aduenire possit, cū careat aliquo gradu perfectionis entitatiuè in quatum ens. Nam licet sit perfecta in sua specie, tamen in quantum ens

est capax vltioris gradus perfectionis cū etiam infinitas nō repugnet enti in se, sicut talpa dicitur cæca, inquantū animal. Actus verò purus dicitur, vel qui nullo caret perfectionis gradu, vel qui nulli alteri cōmiscetur. Et licet hæc priuatio (sicut nec aliqua est de essentia positui alicuius) non sit de essentia creaturæ, est nihilominus ipsi inseparabiliter adnexa, quod etiam efficit, vt creatura non sit simplex.

DISTIN. 8. QV. 3.

Vtrum Deus, vel aliquid dictum de Deo sit in prædicamento?

Augustinus satis superque ostendit, eam quæ de Deo dicitur nullatenus in genere esse, ait enim intelligere Deum, quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, &c. Vide Magistrum septimo cap. huius distinct. & tandem infert. Ecce si subtiliter incensens, ex his atque prædictis aperitur illa artis Dialecticæ prædicamenta Dei naturæ minimè conuenire, quæ nullis subiecta est accidentibus. Deinde ostendit Augustinus Deum ipsum non esse in prædicamento, quia maximè esset in prædicamento substantiæ, sed nec propriè dicitur (inquit) substantia, sed abusiue: propterea quòd substantia, quæ est prædicamentum, substat ipsis accidentibus, quod Deo competere nequit: cū nullum in eo sit accidens, sed quæcunque in eo sunt, & de eodem dicuntur, sunt sua essentia, & natura. Obserua nihilominus duplicè

*Libr. 5. de
Trin. cap. 1.
Nec Deus,
nec aliquid
de Deo di-
ctum est in
prædicamen-
to.
Libr. 7. de
Trin. cap. 4.*

esse substantiæ proprietatē: Prima est per se stare, & hæc est perfectionis, & ratione ipsius substantia apte de Deo enunciatur: Secūda est aliis subesse, quod est imperfectionis, idcirco hac ratione de Deo nequit dici. Obiicies fortasse Damascenum dicentem, naturam diuinam esse speciem respectu diuinarum personarū, & ex consequentibus Deum esse in prædicamento. Respondetur quoddam natura diuina non est proprie Species, sed similitudine quadam, propterea quoddam dicatur de personis, sicut Species de indiuiduis, sed non est, inquam, verè species, idcirco quoddam non multiplicetur in ipsis personis, perinde ac natura specifica in indiuiduis multiplicatur, tot siquidē sunt naturæ humanæ (exempli gratia) quot homines, non autem tot essentia, quot personæ diuinæ. & hoc pacto interpretari debet Speciei definitio data à Porphyrio, videlicet quæ prædicatur de pluribus (inquit) Intelligite, in quā, quoddam in illis plurificetur species secundum naturā, id est, quoddam dicatur de pluribus essentialiter distinctis: Et hoc pacto interpretare Damascenū, & Boëtium afferentem: duo genera manere in diuinis, ac reliquos Theologos Philosophos, qui videntur prædicamentorum rationes in diuinis portare, ut puta, quod non sitit ibi proprie, sed tantum secundum modum aliquem similem prædicandi. Obiicies deinde sapientiā, iustitiam, &c. esse in prædicamento. quæ tamen dicuntur de Deo, sicut & de nobis, igitur quidpiā dictū de Deo erit in prædicamento, Respondetur quoddam hæc possunt considerari, ut sunt in nobis, & sic sunt in prædicamento.

*Sapientia
Dei non est
in genere.*

meuto, cum sint finita, & limitata: deinde ut reperiuntur in Deo, & sic cum sint infinita non sunt in genere, quia ens finitum immediatè diuiditur in 10. genera generalissima: Si autem considerentur in se, id est, ut sunt cōmunia Deo, & creaturæ, sunt quædam transcendētia, cum conueniunt enti ut est indifferens ad finitū & infinitum. Nec oportet, ut aliquid sit transcendens, ipsum esse *Transcendēs* commune omnibus, sed sufficit, ut non cōtineatur *quid sit.* sub genere. Accidit enim sibi quoddam habeat multa inferiora, perinde ac de ratione generis summi non est habere plures species sub se, sed non habere aliquod genus supra se.

DIST. 8. QVÆST. 4.

Utrum perfectiones essentielles diuinae secluso actu intellectus distinguantur?

Perfectiones diuinas non solum ratione (ut voluit D. Thomas, & nonnulli alij Theologi) sed etiā ex natura rei, & formaliter ab inuicē & à diuina essentia distingui sole clarius iudicat Damasc. dicens. si iustū, si bonū: Si quid tale dixeris, non naturā dicis Dei, sed quæ circa naturā, igitur ante omnē intellectus actū est aliquid in Deo quod non est formaliter natura, & idem vult quoddam inter omnia nomina dicta de Deo propriissimū est, qui est, quia esse dicitur quoddam pelagus in finitè, sed non quidē propter multas relationes rationis, sed propter virtutem cōtinentur.

*perfectiones
diuinae formaliter distinguuntur.*

Lib. 1. c. 4.

*Eiusdē lib.
cap. 9.*

*Lib. 15. de
Trin. c. 3.*

tiam huiusmodi perfectionū formaliter infinitarum ab ipsa emanantium, sicut flumina emanāt à mari iuxta illud: Oīa flumina intrāt mare, &c. Præterea Augustinus dicit ista esse æqualia, nihil autem est sibi ipsi propriè æquale, quare necessariū est, vt inter ipsa sit distinctio ex natura rei. Ratione etiam sic astruitur, & gratia exempli accipiantur sapientia, & bonitas, sapientia enim non est formaliter bonitas in Deo, patet, nam si infinita sapientia esset formaliter bonitas infinita, sapientia in communi esset formaliter bonitas in communi: infinitas enim non destruit formalem rationem illius cui additur, & ita si nō includit formaliter vt in communi, nec vt infinitum, infinitum: hoc sic ostendo, nam includere formaliter quidpiam, est ipsum includere in sua forma essentiali, ad eō quod inclusum ingrediatur definitionem includentis. Sicut autem bonitas in communi non includit in definitione sua sapientiam, ita nec infinita bonitas infinitam sapientiam. Est itaque distinctio formalis inter ea, in quantum earum rationes distinctæ sunt, & definitiones, si essent definibiles. Dices fortasse prædicta aduersari simplicitati diuinæ, nam cum essentia ponatur veluti fundamentum, & ipsa quasi circumstantia essentiam consequitur, quod ista se habeat vt actus & forma respectu essentia diuinæ, & ex consequenti erit ibi compositio. Respondetur quod forma in creaturis habet duplicem imperfectionem: quia informat aliud: Secundā quia est pars compositi, habet quoque aliquid quod non est im-

*Attributa
in diuinis
formaliter
distinguitur.*

*Forma in
creaturis ha-
bet duplicem
imperfectionem.*

perfectionis, sed consequitur eam secundum suam rationem essentialē, siue formalem, videlicet quod ipsa sit quod aliquid est tale. Exempli gratia, sapientia in nobis est accidens, hoc est, imperfectionis, sed quod ipsa sit quo aliquid est sapiens, hoc non imperfectionis, sed essentialis rationis sapientia. In diuinis autem nihil est forma secundum duplicem illam rationem imperfectionis, quia nec informans, nec pars, sed in quantum est quo illud, in quo ipsa est, est tale, vt sapientia in Deo non est forma informans, nec pars alicuius compositi, sed est quo Deus est sapiens, cui quidem propter sui infinitatem est perfectè idem, nec ad hoc vt quidpiam denominatiuè dicatur de alio, requiritur ipsum esse formam informantem id quod denominat: Forma enim denominat totum quod tamen non informat, sed sufficit vera identitas ipsorum.

DIST. 8. QVAEST. 5.

Est ne solus Deus immutabilis?



Eum quidem esse immutabilem sacrae literæ nobis produunt. Apostolus loquens de Deo, ait, Qui solus habet immortalitatem, & cetera. Quæ locum pertractans Augustinus ait, Cum anima quodammodo immortalis esse dicatur, & sic non diceret Apostolus solus Deus habet immortalitatem, nisi quia vera

*Deus solus
immutabilis.
Ad Timo. 6.*

*Libr. 1. de
Trin. cap. 1.*

immortalitas incommutabilitas est. Omnis si-
quidem mutatio quædam mortis Species est,
& perinde est, qui solus habet immortalita-
tem, ac si dictum fuisset, qui solus viuit abs-
que omni mutabilitate. Nam omnis creatura
quantumcūque immortalis, immò etiam beata
alicui subiacet mutationi. Nam & de facto ali-
quos mentis motus habet successiue præter hoc
quòd mutabilis est per potentiam diuinam. Ac-
cedit illud Iacobi dicentis: Apud quem non est
transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. &
illud Malachia: Ego dominus, & non mutor, &
Psalista: Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem
idem ipse es, &c. & Numeri: Nō est Deus quasi
homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mu-
tetur. Proinde vt ait Augustinus, substantiam
Dei sine vlla sui mutatione mutabilia faciētem,
& sine vlllo suo temporali motu tēporalia crean-
ter intueri, & nosse (licet sit difficilè) oportet.
Ratione autem sic astruitur, quia cum Deus sit
summe simplex (vt dictum est) idèd non potest
ad aliqua in mutari formam, quæ in ipso recipia-
tur. Insuper quia est necesse (vt ostensum est Re-
sol. dist. 2. q. 1.) Idcirco non potest ab esse in non
esse mutari, nec à nō esse in esse. Igitur nulla mu-
tatione siue subst. antiali, siue accidentalī est mu-
tabilis, Nihil autem aliud à Deo est immuta-
bile, vt patet ex autoritatibus prædictis; Et
hac ratione, quia nihil aliud à Deo est forma-
liter necessarium, nec sum. vñ simplex, quodli-
bet etiam aliud à Deo est mutabile subiectiue.
Nam si quidpiam propter suam perfectionem

*Creatura
omnis muta-
bilis.*

Iacob. 1.

*Malach. 3.
Psal. 101.
Numer. 23.*

*Libr. 1. de
Trinit. c. 1.*

est immutabile subiectiue maximè esset Ange-
lus, sed omnis Angelus est mutabilis subiectiue,
quandoquidem cum non omnia simul intelli-
gat ab intellectione in intellectionem mutatur.
His subscribit Gregorius, natura angelica (in-
quit) te si contemplationi authores inherendo
in statu suo immutabilis permanet, eo tamen
ipso, quo creata est, in semetipsam vicissitu-
dinem mutabilitatis habet.

*Lib. 5. Moral.
cap. 27.*

DIST. 9. QV. VNICA.

*Est ne aterna in diuinis filij Dei
generatio?*



Vemadmodum dictum est dist. 5.
quæst. 2, Generatio in diuinis non
fortitur rationem mutationis, quā-
obrem nec ibi reperiuntur termini
à quo, & ad quem mutationi corres-
pondentes, qui sūt esse post nō esse æternitati du-
bio procul repugnantes, sed est in diuinis gene-
ratio sub ratione productionis duntaxat, quæ
nihil aliud denotat, quàm respectum producen-
tis ad productum. Dicitur autem filij Dei produ-
ctio generatio, ob id quòd per modum naturæ
producatur. est enim generatio productio in esse
substantiæ per medium naturæ, Nam vt ait Da-
mascenus, generatio est opus naturæ, Hinc facile
est astruere eam esse æternam, vel hac ratiocina-
tione, Agens à nullo dependens, sed ex sese suf-
ficiens, & producens per medium naturæ (mo-
dò non agat per motum) habet productionem

*Generatio fi-
lij Dei est æ-
terna.*

*Generatio in
diuinis nō est
mutatio.*

*Lib 6 de Tri
cap. 1.*

Hebreo. 1.

*Lib. 1. de Tri.
cap. 6.*

*Lib. 4. de tri.
cap. 17.*

pariter, productum sibi coæua, Atqui pater generans filium est huiusmodi, qua propter habet generationem, & genitum sibi coæua. Hæc ratiocinatio, potissimum quantum ad primam propositionem, confirmatur per Augustinū ad ferentem analogiam ignis, & sui splendoris. Si ignis (inquit esset æternus, haberet splendorem soli coæuum, & coæternū, & nihilominus splendor generatus est ab igne, multò igitur magis filius (qui est splendor patris) patri erit coæternus, quamuis ab ipso generetur. Huc accedit Ambrosius dicens, Si pater prius erat Deus, & postea genuit, generationis a se sessione mutatus est, auertat Deus hanc amantiam, semper igitur habuit filium (vide Magistrum) Si autem obiicias, quod vbi cumque idem est esse & duratio, si quid prius fuerit principium esse, erit & durationis principium, atqui pater est principium esse filij (cū asserere Augustino sit principium trinitatis) est igitur principium pariter durationis filij, & per consequens non est æternus filius, sed habuit initium. Hic distinguendum est de principio, potest enim sumi originatiuè, & hoc modo ratiocinatio bona est, nam pater est principium originatiuum esse, & durationis filij, nec hoc æternitati repugnat: potest & initiatiuè capi, sicuti cū dicimus instans esse temporis principium, hoc est initium, & sic non competit æternitati, & in argumentatione committitur fallacia equiuocationis, & amphibologiæ. Sed adhuc fortasse argumen-

taberis. Si generatio filij est æterna, semper ergo filius generatur: sed secundum Augustinum, cū semper nascitur nunquam natus est, quapropter si filius semper nascatur nunquam natus erit, & ex consequenti nunquam erit filius. Respondetur. omnes has propositiones veras esse, filius semper natus est, & filius semper nascitur, & filius semper nascetur, quantum quidè est ex parte rei, Sed propter errorem Arrij, & eius assecularum Diuus Augustinus, Gregorius asseruerunt filij generatione debere explicari hoc modo, filius semper natus est, non autem hoc pacto, filius semper nascitur: quia hæc non significat aded expressè, & euidenter generationem esse perfectam, sicut illa, filius semper natus est. Potest nihilominus dici filium semper nasci, vt dictum est, vt ait Origenes, modò enim planè intelligatur, semper enim nascitur filius de Patre, non quòd quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est, semper ergo nascitur, id est, natiuitas eius sempiterna est, quod vt plenius intelligas, obserua verba cuiuscumque temporis vera de Deo dici, siue actus personales (qui vni aut duabus solùm competunt personis, vt generare, generari, spirare spirari) siue essentielles, qui tribus simul personis conueniunt (cuiusmodi sunt, intelligere, velle, & cætera) significant. Hoc euadit manifestum ex Augustino in illud: Non enim loquitur à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur. Audiet, inquit

*83. quest.
quest. 37.*

*29. Moral.
cap. 1.*

*Tom. 2. Ho.
6. in Hebre.*

Verba cuiuscumque temporis à Deo dicuntur.

*Homil. 99.
Ioan. 16.*

DIST. I. QVÆST. IO. VNICA.

Augustinus de spiritu, quod utique audiunt & audit, quia Spiritum sanctum audire est à patre filioque procedere, & per consequens quod audit audiuit, & audit; perinde ac quod scit, sciūt, & sciet. Sed quid verba diuersorum temporum significant, cum de Deo dicuntur, con- significat utique potius nunc, seu instans æternitatis, quam aliquam temporis differentiam. Nam quemadmodum Deus non mensuratur tempore, sic nec eius operationes, veruntamen non significant nunc æternitatis absolutæ, Quia sic non esset variatio diuersorum modorum temporis significandi, sed significant illud in quantum coexistit partibus temporis præsentis, præteriti, vel futuri, ut cum dicimus. Deus genuit, significatur Deum habere actum generationis in nunc æternitatis, in quantum illud nunc coexistebat præterito, Deus generat, id est, habet generandi in nunc æternitatis, in quantum nunc æternitatis coexistit præ- senti tempori.

Verba diuer-
sorum tempo-
rum, cum de
de Deo dicun-
tur quid si-
gnificant.

DIST IO. QVÆST. VNICA.

Producitur ne spiritus sanctus per
modum voluntatis?

lib 5 de Tri.
cap 14.
Spiritus san-
ctus producit
per modum
voluntatis.



Augustinus liberè profiteretur Spiritum sanctum per modum voluntatis produci, ait enim Spiritus sanctus exiit à patre & filio, non quomodo natus, sed quomodo datus: Exire autem per modum dati vel doni con-

LIBER PRIMVS.

petit producto per modum voluntatis, cuius est ex sua libertate dare. Ratione verò sic afruitur. Principium (seu agens) productiuum simpliciter perfectum, quod non præhabet aliquod productum sibi adequatum potest producere, atqui voluntas diuina (vt assertum distin. 8. quæst. 2.) vt est in patre & filio, est principium productiuum amoris liberi, & id quidem iuxta proportionem suæ perfectionis, & obiecti præsentati, igitur talem producit amorem. Hoc adhuc à simili manifestum euadit. Quemadmodum enim voluntas creata elicere potest amorem creatum sibi adequatum, id est, tantum, quantum vis eius sese exere valet: Sic & voluntas diuina amorem increatum suis viribus proportionatum producere potest circa infinitum obiectum (essentiam videlicet diuinam) Nata est autem huiusmodi essentiam infinito amore diligere, Ergo & infinitum producere amorem valet. Nihil est autem infinitum, nisi sit essentia diuina, quocirca, & is amor erit essentia diuina. Et cum talis amor non sit forma inhærens (quia nihil in diuinis huiusmodi esse potest) erit per se subsistens, hoc est persona, seu suppositum, & non idem subsistens ac producente, quia nihil sese producit, Igitur est personaliter distinctum. Hanc autem personam dicimus Spiritum sanctum, quando quidem filius non sic produceretur, sed per actum naturæ siue intellectus, ut dictum est Resol. distinctione sexta. Sed quonam pacto diuina voluntas communicat naturam, cum hoc in creaturis non contingit? Proculdubio hoc

44
55

Augustin.
lib. 1. de Tri.
cap. 1.

Voluntas co-
municat na-
turam diui-
nam.

non competit voluntati in communi, quatenus videlicet dicitur de creata, & increata voluntate, sed duntaxat voluntate, vt est infinita, quia enim (vt mox diximus) ipsa nata est amare obiectum infinitum infinito amore, igitur est productiua infiniti amoris: Quidquid autem est infinitum formaliter, est essentia diuina, ergo voluntas communicat amori producto diuinam essentiam. Sed cum voluntas libera sit, quomodo Spiritus sancti productio est necessaria? Necessitas vtique huius productionis ex infinitate diuinæ voluntatis, & ex infinita bonitate obiecti prouenit, quia neutrum sine altero ad hoc sufficit, sed ambo simul. Hoc autem sic accipe, voluntas infinita non potest non esse recta, nec potest non esse in actu (quia tunc esset potentialis) necessariò igitur habet actum rectum. Deinde essentia diuina, quæ est primum obiectum illius voluntatis, est ex se & natura sua diligenda, ergo voluntas necessariò eandem diligit. Id autem non accidit quando voluntas Dei obiectum creatum diligit, quia contingenter ipsum amat. Huc accedit quod productum ipsum (nempe Spiritus sanctus) sit necessarium, vnde consequens & productionem ipsam esse necessariam: Siquidem productum productione accipit esse, nequid autem quidpiam accipere esse necessarium, nisi per productionem necessarium. Sed cum productio ipsa sit necessaria, quamobrem non est per modum naturæ, sed ab ea distincta,

Spiritus sancti productio est necessaria.

& libera? Hoc sanè idè contingit, quia quamuis voluntas necessariò agat, non tamen per modum naturæ, quia necessitas stat cum perfecta libertate, non quidem contrarietatis, aut contradictionis, sed complacentia, quæ maxima quidem est libertas. Obiicies communem illam naturæ descriptionem, qua dicitur quòd natura est vis insita rebus, ex similibus similia procreans, sed Spiritus sanctus producenti similis est, pròducitur idcirco per naturam, & non voluntatem. Respondetur Spiritum sanctum esse quidem producenti similem ex vi termini communicati, id est, ratione essentiæ sibi communicatæ, sed non ex vi productionis suæ, sicut filius, quapropter nec ob id dicitur imago patris, quemadmodum filius. Sed dices, vnus naturæ est tantum vnus modus communicandi, vt ait Auerrois, igitur si diuina natura per modum naturæ communicetur, non communicabitur per modum voluntatis. Respondetur illud intelligi de natura limitata (Nam & hanc diuinam communicationem ignorabat Auerrois Mahumetista) Non autem de natura infinita. Præterea dices, nihil producit actu voluntatis nisi præcognitum, asseratore Augustino, Quocirca si Spiritus sanctus sic producat erit præcognitus, & intuitiue (quia in Deo non est alia notitia, quam intuitiua) antequàm producat. Respondetur necessarium quidem esse præcognoscere id quod amamus secundum Augustinum, sed

8. *Physic.*

*Lib. 15. de
Tri. cap. 27.*

non oportet ipsam delectationem esse præcognitam : perspicuum est igitur diuinam essentiam (cuius amor spiratur) esse præcognitam Patri & Filio , non autem oportet in hoc instanti originis Spiritum sanctum (qui est amor spiratus) esse præcognitum patri , & filio , licet in instanti eternitatis omnes personæ sese cognoscant , quia intrans originis non denotat durationem , sed vnum esse ab alio solum.

DIST. II. QV. VNICA.

Proceditne spiritus sanctus à Patre & Filio?

Spiritus sanctus à Patre & filio procedit.

Ext. de sum. Trin. & fid. cathol. capit. Firmiter.

Rom. 8. Matth. 10. Ioan. 14. Ioan. 15. Galat. 4.



Vidquid hac in re senserunt Græci posteaquàm Ecclesia id declarauit tenendum est Spiritum sanctum à patre , & filio , procedere , vt habetur in Decretalibus . Huc accedit symbolum Nicænum : dicens , Qui ex patre , filioque pro procedit , & Athanasius , Spiritus Sanctus , à Patre & Filio non factus &cetera . Id quoque ex sacris pie affectus facillè colliget Impri mis quòd sit à Patre pater ex illo Romanorum , quòd si Spiritus eius suscitauit Iesum &cetera . & Matthæi , non enim vos &cetera . & Ioannis , quem mittet pater in nomine meo , & Spiritus veritatis , qui à Patre procedit &cetera . Deinceps quòd procedat à filio patet ex Apostolorum

mitte

mitte Deus Spiritum filij sui in corda vestra &cetera . Qui autem Spiritum Christi non habet , hic non est eius . Ipse etiam filius de Spiritu sancto dicit in Euangelio , Quem ego mittam vobis à patre . Item ille me clarificabit , quia de meo accipiet . Quòd autem hæc autoritates id sonent , hinc constat . Nam cum in diuinis non reperitur diuersitas , nec habitudo , nisi originis ratione materiæ , in diuinis genitiuus non significat processionem , sed habitudinem principij : Quamobrem in diuinis perinde est dicere , Spiritus filij , aut spiritus procedens à filio , sicut filius patris , & filius , qui est à patre productus : Et hoc pacto possunt conciliari Græci (qui spiritum sanctum iuxta prædictas scripturæ autoritates esse filij spiritum fatentur) cum Latinis , qui licet in verbis dissentiant , secundum rem tamen in eandem nobiscum fidei scientiam conuenire videntur . Adde quòd nec defuerint inter eos probatissimi Doctores , qui hoc ipsum apertius professi sunt , vt Athanasius , Didymus , Cyrillus , Chrysostomus . vide Magist. vlt. cap. huius distincti . Quapropter autoritates Damasceni dicentis à patre procedentem , & in filio quiescentem Spiritum sanctum dicimus . Et alibi , Spiritum sanctum dicimus ex patre , ex filio non dicimus &cetera . sic accipiendæ sunt , quòd Spiritus sanctus à patre procedat tanquam à primo principio & substantiali totius Trinitatis : A filio verò veluti à principio , quasi secundario . Insuper Spiritus sanctus dicitur potius esse à patre quàm à filio . Nam & Augustinus asserit ,

Lib. 1. cap. 7. & 10.

Lib. 4. c. 11.

eum esse principaliter à patre, & Hieronymus propriè, propterea quòd pater habeat à seipso vim spirandi Spiritù sanctum, & à nullo eandè receperit, filius autem eam habet perinde, ac cæteras perfectiones à patre, vnde & ait, Mea doctrina non est mea &c. Et Opera quæ ego facio in nomine patris mei &c. Et iuxta translationem communem, quòd dedit mihi pater maius omnibus est. Hoc quoque pacto satis facies rationi Græcorum, quam ex illo Ioannis, (Qui à patre procedit) inferunt Spiritum sanctum non procedere à filio, hoc enim propterea dictum est, vt ait Augustinus, quia solet filius referre ad patrem etiam quòd ipsius est, quia ab illo habet, ne suam, sed patris gloriam quærere videatur, vnde illud, Honorifico patrè &c. Item ego gloriam meam non quæro. Item quia à quo habet filius, vt sit Deus (est enim Deus de Deo ex symbolo Niceno) ab illo utique habet, vt etiam de eo procedat Spiritus sanctus. Adde quòd cum dicat in Euangelio Christus Spiritum sanctum à filio procedere, non addit solo, & ideo etiam à se procedere non negat. Ad rationem alteram Græcorum, qua proclamant nihil tenendum, vt articulum fidei, nisi in Euangelio, aut saltem in nouo testamento contineatur, illud enim completè fidem continet: Sed in nouo testamento non est expressum Spiritum sanctum procedere à filio, ergo non ab eo procedit. Respondetur, nihil quidem, vt fidei articulum recipiendum, nisi expressè in nouo habeatur instrumento, aut ex

Ioan. 15.
Lib. 16. de Trinit. c. 27.
Ioan. 3.
Euangelium credèda quomodo continet.

eodem elici possit, hoc autem (vt docuimus) & ex Euangelio, vbi Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis, Et ex illo, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet: Et ex Apostolo, apud quem nominatur Spiritus filij, & Spiritus Christi, satis supérque elici videtur. Simile est de virginitate matris Dei post partum, &c. & quibusdam aliis, vt dictum est Resolut. distinction. 21. quæstione prima quarto sententiarum. Insuper Christum ad inferna descendisse non docetur in Euangelio, quòd tamen credendum est, cum ponatur in symbolo Apostolorum. Consimiliter multa circa sacramentorum administrationem ab Apostolis ore, & prædicatione duntaxat suscepit Ecclesia secundum seriem successionis episcoporum, vt docet Driedo, quæ in nouo testamento non sunt expressa. Vnde Apostolus vbi sermonem habuit de Eucharistia, Cætera (inquit) cum venero, disponam. & alibi, Itaque fratres stete &c. & in actibus Apostolorum dicitur, Perambulabat autem Syriam &c. Et hæc quoque recipienda adstringimur ob vniuersalem consuetudinem Ecclesiæ, cui non parum defert diuus Augustinus in plerisque locis. Adde quòd Christus conuersatus cum Apostolis, non omnia eos docuerit, quæ gubernationem Ecclesiæ concernebant. Ait enim, Adhuc habeo multa vobis dicere &c. Huc accedit, quòd diuersis temporibus varia fuerint edita Symbola aduersus varias hæreses recenter emergentes, quibus veritas tali hæresi contraria, licet

Ioan. 6.
d. cap. 6. Io.
Ad Gal. 4.
Rom. 8.

Lib. 4. de Ecclesi. dog. cap. 5.
1. Cor. 2.
2. Thess. 2.
Act. 15.

Ioan. 16.

prius esset de fide confirmabatur tamen & latius explicabatur, vt constat de sacrosancta in-temeratae virginis conceptione. Item de eo quod Nicena synodus, non nouam statuens fidem (quia nec Ecclesia fidei articulum statuere, sicuti nec sacramenta instituere potest) sed eam quæ antiqua fuerat contestans, & declarans, Arrij errorem damnauit. Prædictis adiice Scoti rationē, qua suadet Spiritum sanctum à patre, filioque procedere hunc in modum, Habes principium perfectum productiuum (quod non dependet à passiuo nec à quoquam impediri potest) priusquam habere productum intelligatur, potest illo producere principio, Filius autem habet voluntatem, quæ est amoris sibi adæquati, id est infiniti productiua, & habet eam priusquam Spiritus sanctus intelligatur productus, ergo potest ea producere, & re ipsa producit, quia in sempiternis idem est posse & esse. Quod autem filius prius voluntatem habeat, quàm Spiritus sanctus producat, patet ex eo, quod generatio spirationem præcedit, cum intellectus prius operetur, quàm voluntas, propter istarum potentiarum naturalem ordinem, & in illo priori instanti originis communicatur voluntas filio vnà cum aliis diuinis perfectionib⁹. Patet igitur Spiritum sanctum à patre, & filio procedere. Nam & in illo instanti originis, in quo Pater actu voluntatis Spiritum sanctum producit, idem est principium productiuum, seu eadem via spirandi, quæ est voluntas ipsa diuina in patre, & filio, quocirca

eadem productione filius cum patre Spiritum sanctum producit. Nam, nisi procederet etiam de filio, non diceret ipse discipulis, Accipite Spiritum sanctum, eumque insufflato daret, vt à se quoque procedere significans aperte ostēderet stando, quod spirando dabat occultè.

Ioan. 20.

DISTINCTIO. 12. QVÆST. I.

Spirante Spiritum sanctum pater & filius, in quantum sunt omnino vnum, vel vt distincti?

PATER, & filius assertore Augustino, sunt vnum principium ad Spiritum sanctum, sicut Pater, filius, & Spūs sanctus sunt vnū principium ad creaturam: Creatura autem est à tribus, in quantum vnū (hoc est in quantum habent vnica omnipotentiam, id est, in quantum sunt vnum) & non in quantum sunt distincti, ergo & Spiritus sanctus hoc pacto est à duobus. Adde quod hoc declaratum fuerit in concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo, sicut patet ext. de sum. trinit. & fid. Catholic. & est hodie in 6. Cui sanè concilio interfuit D. Bonauetura (vt habetur in eius legenda) qui multū ad laborauit pro Græcorum reductione. Ratione verò præscripta in calce postremæ resolut. cōprobari potest, propterea videlicet, quod pater prius origine quàm Spiritus sanctus producat, filio diuinam cōmunicat voluntatē, quare in subsequenti instanti originis Spūs sanctus à patre, & filio producit omnino, vt ab vno principio, propter vnā fecunditatem principij productiui in eis, id est Pater &

*Lib. 5. de tri.
cap. 14.
Spūs sanctus
producit à
patre, & filio,
vt sunt vnū.*

filius spirant Spiritū sanctum voluntate in quā-
tum omnino vna voluntas, igitur vt habens ef-
fentiā diuinam presentē est principium produ-
ctiuum Spiritus sancti. Quapropter cū aliqui
Theologi (vt Richardus) asserunt Spiritum san-
ctum mutua Patris, & filij dilectione spirari, o-
portet accipere dilectionem pro voluntate, qua
quidē pater & filius nati sunt se mutuo dilige-
re, quia non spiratur reciproco ipsorū amore.
Sed debent ne dici duo spirantes, vel duo spirato-
res? Quandoquidē participium significat a-
ctum vt in fieri, seu vt egredientem ab agente
supposita diuina, quæ spirant spiritum sanctū:
concedimus duos esse spirantes, tres creatores,
&c. Nomen verò verbale non significat actum
per modū actus, & in fieri, sed significat ipsum
actum, & principium productiuum illius per
modū habitus, & quietis, vt spirator significat
vim spirandi, vt concernit suppositum: Et cum
vnica sit vis spirandi in patre, & filio, non admit-
timus esse duos spiratores aut tres creatores &c.
Et si apud doctores reperiuntur huiusmodi lo-
cutiones, accipiendum est nomen verbale pro
participio.

DIST. 12. QVÆST. 2.

*Vtrum pater, & filius uniformiter Spiritum
sanctum spirent.*

Actus Spirandi trifariā considerari valet,
Primò in se simpliciter, & absolutè, secun-
dò respectu termini, Id est quatenus ipse

Spiritus sanctus^o producitur, tertio respectu sup-
positorum à quibus elicitur. Primis duob^o mo-
dis est omnino vniformitas, vel potius vnitas,
quia vna spiratio, & vnicus terminus pductus,
vnus videlicet Spūs sanctus. Tertio modo est
quadatenus difformitas, quia Pater spirat à se,
filius autē non à se, hoc est Pater habet à seipso
vim spirandi & à nullo eam recipit, quocirca à
seipso spirat spiritū sanctum. Filius verò à patre
per æternam generationem recipit vim spirati-
uam: Quamobrem, & à patre habet quod spirat
spiritum sanctum. Obserua nihilominus,
quòd licet Pater prius origine generet filium,
quàm spiret spiritū sanctum: veruntamen non
prius origine Pater spirat ipsum quàm filius,
sed in eodē instanti originis vterq; simul ipsum
producit supradicto duntaxat seruato ordine,
vt puta quia Pater à se, filius non à se spirat. Et
hac distinctione satisfacies autoritatibus Do-
ctorum, quæ videntur asserere spiritū sanctum
non procedere vniformiter, & ex æquo à patre,
& filio: vt Augustinus inquit, principaliter pro-
cedit à patre, Hieronymus propriè spiritum
sanctum à patre per filium, Hilarius spiritum
sanctum qui à te per vnigenitum est, prome-
rear, &c. Hæ enim autoritates, & similes
non sic accipiendæ sunt, quòd spiritus sanctus
prius, & magis à patre, quàm à filio procedat,
sed quia hoc habet Pater à se, non ab alio, vt de
ipso sit, & procedat spiritus sanctus, Filius au-
tem nō à se, sed à patre hoc habet, vt de ipso sit,
& procedat Spūs sanctus. Si obiicias, primam

*Spūs sanctus
vniformiter
à patre, &
filio inspira-
tur.*

*Lib. 15. de
trinit. cap. 17.
Episto. 88.
Lib. 22. de
trinit.*

propositionem de causis, quòd omnis prima causa magis quàm secunda agat, hoc planè verum esse fateor de causa & causato (quæ essentialiter distinguuntur) propterea quòd in causis subordinatis fit alia, & alia virtus agendi, & principalior in priore; Sed nomen causæ non conuenit producentibus diuinis, & in eis est vnica vis agendi, quare primum produciens non magis agit quàm secundum.

DISTINC. 13. QVÆST. VNICA.

An Spiritus Sanctus sit genitus, & eius productio, generatio?

Lib. 5. de tri.
cap. 19.

Spiritus sanctus non est genitus.

Quemadmodum superius quoque asseruntur, Spiritus sanctus secundum Augustinum, procedit à patre, & filio, non quomodo natus, sed quomodo datus. Et Athanasius in Symbolo ait: Spiritus sanctus à patre, & filio &c. quapropter non dicitur filius, nec eius productio generatio, sed seipsus, id est suapte ratione, & natura hæc duæ productiones formaliter distinguuntur: Nam sicut in creaturis, differentia vltimæ, quibus species & indiuidua constituuntur, seipsis distinguuntur, sic relationes constitutiua diuinarum personarum, sic quòd vna nequit esse altera. Quòd si obicias rationem generationis quæ est mutatio ad substantiam, seu qua quidpiam in esse produciatur, spirationi Spiritus sancti cõpetere, cum ea Spiritus sanctus in esse diuino produciatur, & illi diuina communicetur essen-

tia: Responderetur, Quamcunque substantiæ productionem, nõ esse generationem, sed eam duntaxat quæ fit per modum naturæ, quia generatio, secundum Damascenum, est opus naturæ. Quocirca si voluntas Socratis possit hominem producere, huiusmodi productio non diceretur generatio, sicuti nec Adami productio. Cum igitur Spiritus sanctus per actum voluntatis produciatur, ipsius productio generationis nomenclaturam nequaquam fortitur.

DISTINC. 14. QVÆST. VNICA.

Daturne ipse Spiritus Sanctus creaturæ intellectuali?



Vius rei nullam mentionem impresentiarum facit Scotus, sed ex Magistro, & aliis Theologis elicere possumus Spiritum sanctum hominibus dari, iuxta illud Pauli. Charitas Dei diffusa Rom. 5. est in cordibus vestris, ex quo constat Spiritum sanctum verè dari, & non solum dona quæ ei appropriantur. His subscribunt Augustinus, & Ambrosius. Vide Magistrum. Huius autem ratio dari potest, quia creaturæ intellectuali Spiritum sanctum dare nihil aliud est, quàm facere, quòd ipsa eo fruendi habeat facultatem. Hanc autem facultatem per charitatem habet, seu ipsum possideat & sit illi præsto ad fruendum, vel vtendum. Non licet autem frui nisi Deo, & rectè vti non conuenit nisi per gratiã

Lib. 15. de
Trinit.

Tom. 2. lib. 7.
De Spiritu
sancto cap. 3.
huius distinctio.

gratum facientem. Ergo perfecta possessio est in qua Deus habetur & eius gratia. Quo circa cum Charitatis donum homini datur, illi Spiritus sanctus verè conceditur. Nam tamen priusquam hoc recepisset donum, in homine esset Spiritus sanctus per essentiam, cum ubique hoc modo sit, nihilominus ipso fruendi facultatem non habebat. Exemplo hominis pauperis hoc tibi manifestum euadet, diuitis alicuius pecuniam domi seruantis, qui propterea non dicitur illam pecuniam veluti suam habere, quare etsi eam seruet, nihilominus potest illi recenter à diuite concedi, quo peracto eam possideret nedum per eius praesentiam, sed veluti rem suam. Sic quamuis spiritus sanctus omni rei per essentiam sit praesens, nihilo secius, quia ipso fruendi facultatem peccator non habet, cum charitatis donum ei infunditur, tunc spiritus sanctus sibi dari haud incongruè dicitur, effectiuè quidem & principaliter à Deo, iuxta illud Psalmistae, Gratiam & gloriam dabit Dominus &c. Et Augustinum, Non aliquis discipulorum dabat spiritum sanctum, sed orabant, ut veniret in homine. A viris autem sanctis, & Ecclesiae prelati ministerialiter duntaxat datur, cum vel pro fidelibus orant, vel eisdem sacramenta ministrant.

*Lib. 5. de
Trinit.*

DISTINCT. 15. QVAEST. VNICA.

Utrum qualibet persona diuina, quamlibet mittat, & mittatur.

Missio, ut impraesentiarum accipitur, secundum Augustinum, manifestationem emanationis procedentis designat, quae quidem manifestatio bifariam fit. Primo inuisibiliter per dona supernaturaliter à Deo infusa, Deinde & visibiliter, ut cum in carnem missus est filius, & Spiritus sanctus in visibili signo columbae, aut ignis. Proinde missio duplicem habet significationem Principale est ipsa manifestatio, connotatum verò est personae missae manifestatio. Mittere itaque conuenit tribus personis (cum opera Trinitatis sint indiuisa ad extra) Filius enim est missus in carnem à patre, & à se, & à Spiritu sancto, quandoquidem incarnationem tota Trinitas operata est, Spiritus sanctus quoque à tota Trinitate missus est: mitti autem conuenit personis procedentibus duntaxat, nam quod non procedit, non manifestatur procedere, & sic pater non mittitur, sed Filius & Spiritus sanctus. Siquidem mitti respectum realem personae missae, ad personam, à qua aeternaliter procedit, connotat. Obiicies fortasse illud Ioannis, quod Christus de Patre, & seipso dicit, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, Vnde colligitur Patrem mitti, sicut Filium, & Spiritum Sanctum

*Missio quid
significet.*

*Mittere tri-
bus conuenit
personis.*

*Mitti dua-
bus solum
personis con-
uenit.
Ioan. 14.*

cùm ex tempore ad creaturam veniat. His subscribit & Augustinus ad Dardanum, dicens, Quælibet persona dat, & datur: Ergo pari ratione quælibet mittit, & mittitur. Respondetur, patrem inuisibiliter quidem mentem inhabitare, & propterea ad creaturam venire dicitur, non tamen idcirco dicitur mitti. Cùm enim à nullo procedat, non potest manifestari procedere. Potest quidem creaturis manifestari, quòd producat alias personas, sed hoc non est mitti. Hęc solutio ex Augustino colligitur, vbi ait. Pater cum ex tempore à quocunque percipitur, nõ dicitur missus, non enim habet quo sit, aut à quo procedat.

Lib. 4. de trinit. c. 20.

DISTINCT. 16. QVÆ. VNICA.

Fuitne missus visibiliter Spiritus sanctus?

Spiritus sanctus visibiliter missus. Visibilis missio quid. Act. 2. Matthæi 3. Ioan. 20. Spiritus sancti missio visibiliter in primitiua ecclesia necessaria.

Nihil super quæstione ista differit doctor, sed ex sacris literis de antiquis patribus facile constat, Spiritum sanctum pluries visibiliter missum fuisse. Quandoquidem visibilis eius missio est eiusdem in aliquo sensibili signo manifestatio, quæ personæ, ad quam mittitur, dari ostenditur, quomodo fuit datus Apostolis in specie ignis, super Christum vero requieuit in specie columbæ, qui & flatu quodam ipsum Apostolis in die resurrectionis concessit. Et hoc quidem maxime fuit necessarium in primitiua Ecclesia, ad plantandam Christi fidem, & ad eam homines

alliciendos, quæ tamen visibilis missio nunc nõ est necessaria, cùm in omnem terram Apostolorum sonus iam exierit, & prædicatum fuerit Evangelium omni creaturæ. Quæret autem curiosus quispiam, à quo species illæ, in quibus Spiritus apparuit fuerint factæ. Respondetur cum Augustino. Si quæritur (inquit) post incarnationem verbi à quo fit factum, vel vox patris, vel species corporalis, qua Spiritus sanctus demonstratus est, per creaturam quidem facta ista non dubito. Sic in veteri testamento fuit vox data ministerio Angelico, ordinata per angelos in manu mediatoris, & in Exodo de rubo dicitur quòd fuerit Angelus. Per hęc autem quòd dicit scriptura Deum apparuisse vel Dominum locutum, intelligitur Angelus Domini personam representans. Sed erant ne huiusmodi species corporales? Erant sanè, Columba enim res erat corporea, licet non esset vera columba, sed eius similitudo. Ille quoque ignis erat corporeus, licet non esset verus ignis, vnde nec comburebat. Quia autem missio Spiritus sancti visibilis ipsi Christo facta fuit ad significandum plenitudinem gratiæ in eo existentis, qua posset humanum genus redimere, Nam de eius plenitudine nos omnes accepimus. Ideo Spiritus sanctus fuit missus, in specie columbæ, quæ pro primogenitorum redemptione olim offerbatur. Apostolis verò missus fuit in linguis igneis, ad designandum, quòd per ipsorum doctrinam homines in fide illustrarentur, ac in Dei dilectione inflammarentur: Quibus etiam

Species in quibus Spūs sanctus apparuit à creatura factæ. Lib. 4. de trinit. cap. vlt.

Ad Galat. 3. Exodi 3. Act. 7.

Species in quibus Spūs sanctus apparuit erant corporeæ.

Spūs sanctus cur in specie columbæ Christo fuit missus.

Ioan. 1.

Spūs sanctus cur in specie linguarum Apostolis fuit datus.

Spūs sanctus cur in flatu datus.

*Lib. 4. de
trin. c. 9.*

in specie flatus fuit datus propterea, quòd ab ipso sit vita spiritualis, quæ Apostolorum ministerio in sacramentorum administratione conferebatur. Obiicies fortasse Augustinum, qui ex eo quòd filius factus, & in hunc mundum missus fuerit visibilis, arguit illum esse minorem patre, ex quo idem de Spiritu sancto consequitur, si visibilis apparuerit: Sed respondetur, non esse simile, propterea quòd Spiritus sanctus non uenit sibi naturam signi sensibilis in quo apparebat, perinde ac filius uenit sibi naturam humanam in una persona, ratione cuius, dicitur minor patre, quia propter unionem illam hypostaticam omnia quæ de homine dicuntur, de filio Dei quoque dici possunt, non autem ratione diuinitatis (secundum quam ille semper est æqualis) conceditur minor patre.

*DISTINCTIO. 17. QVÆ. 7.
Concurrunt ne effectiue habitus ad producendum actum?*

*Habitus an
coefficiat actum.*



*Habitus actum
coefficiat.*

Missa, cum doctore, opinione Henrici, qui habitum naturalem admittit comproducere actum, supernaturalem assererat omnia, seu totum suum producere actum: & opinione Gotfredi asserentis substantiam quidem actus esse à potentia, sed eius intentionem esse ab habitu: tertia & quarta via sustineri possunt, asserendo iuxta tertiam opinionem habitum esse

partialem causam actus, etiam actiuam, ita tamen quòd potentia est causa prima, & principalis, habitus uero causa secunda & minus principalis. Vnde habitus sine potentia nequit operari quadantenus, potentia uero sine habitu actum producere ualet, sed non adeo intentum, sicut concurrente habitu, cæteris paribus, maxime posito eodem voluntatis conatu, id est, nitentia ac conamine potentia ad actum suum eliciendum. Hæc autem opinio astruitur ex illo commentatoris. Habitus est, quo habens utitur cum uoluerit: Vti autem competit agenti, nam patiens principio passiuo non utitur. Huc accedit & Aristoteles dicens, Sicut scientia est qua scimus, ita anima est qua uiuimus, sentimus & intelligimus, & per consequens, sicut anima agimus actus vitales, ita scientia actiue speculamur. Potest etiam dici iuxta quartam assertionem, habitum non esse causam actiuam actus, sed formam inclinantem solum potentiam ad agendum, perinde ac grauitas inclinat lapidem ad locum deorsum, licet effectiue, secundum aliquos non moueat ipsum. Hæc autem assertio sic astruitur, nulli debet attribui vis seu efficientia alicuius effectus, nisi ex natura rei, id est, ex natura causæ, vel effectus sit euidens: Nulli pariter causæ est neganda perfecta uirtus agendi, nisi manifestè appareat imperfectio efficientia in ea. Natura enim, secundum Philosophum, dignificanda est, in quantum potest, nisi manifestè

3. de anima.

Lib. 2. de anima.

*Habitus non
coefficiat actum.*

appareat oppositum, sed nihil cogit tribuere habitui efficientiam actus, quandoquidem conditiones, & proprietates habitui attributæ sine hoc saluari possunt, nihil etiam cogit vt affirmemus à potentia perfectam ratione causæ, vt partem actionis ascribamus ipsi potentia, non est igitur efficiens aliqua habitui concedenda. Proprietates verò seu conditiones, quæ passim ab omnibus tribuuntur sunt 4. vt puta quòd habens habitum operatur delectabiliter, seu sine tristitia: secunda, facile, videlicet absque difficultate; tertia, expedite, quia videlicet per habitum aufertur impedimentum, quòd posset habere potentia operans ab obiecto delectabili in oppositum mouente: quarta, operatur promptè hoc est absque tarditate. Tertiæ tamen opinionini magis fauet Scotus, vt puta quòd habitus actum coafficiat, quòd & experientia communis commonstrat, quia quilibet habens habitum facile experiri potest se posse cum æquali conatu perfectiorem habere operationem, quam sine habitu, quæ sanè actus perfectio habitui ascribi nequit, nisi & actum coproducat: Et hac ratione diluo præscriptam quartæ opinionis rationem.

Habitus conditiones.

DISTINCT. 17. QVÆSTIO 2.

Utrum habitus moralis actus bonitate producat?

7. *Physic. c. 17.*

VT latius hoc pateat, obserua quòd quemadmodum pulchritudo corporis secundum Auerroem non est aliqua qualitas absoluta in corpore

corpore pulchro, sed est aggregatio omnium conuenientium tali corpori, vt puta magnitudinis, figuræ, & coloris in ordine ad corpus, & ad se inuicem: Ita bonitas moralis actus, est quasi quidam decor ipsius actus includens aggregationem debitæ proportionis ad omnia, quibus debet actus proportionari: Qualia sunt potentia, obiectum, tempus, finis, locus, & modus, & hoc specialiter, in quantum ista dictantur à recta ratione, seu recto intellectus iudicio, debere conuenire actui. Nam posita conuenientia actus ad rectam rationem, actus est bonus, ea verò remota, quibuscunque aliis positus non est bonus principaliter. Igitur conformitas actus rationi rectæ plenè dictandi de circumstantiis omnibus debitis illi actui, est bonitas moralis actus. Hæc autem bonitas nullum habet prorsus principium proprium actuum, sicut nec aliquis respectus, maxime cum is respectus sit intrinsecus adueniens, fieri autem nequit, vt actus aliquis prædicto modo eliciatur, quin ex natura extremorum talis bonitas consequatur ipsum actum: Relatio autem consequens extrema non habet causam propriam, aliam ab extremis: Quantum igitur attinet ad istam conditionem accidentalem actus (quæ est bonitas moralis) non oportet habitum aliquem eum producere, nisi quatenus producit substantiam actus, qui quidem actus natus est conuenire completo dictamini prudentiæ. Obiicies illud Aristotelis. Virtus est, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit: Ergo habitus

Bonitas moralis quid.

2. *Ethic. c. 5.*

H

studiosus efficit bonitatem actus. Respondetur, virtutem quidem reddere opus bonum quatenus habitus studiosus ex natura habitus ad actus substantiam inclinatur, & ex consequenti ad actum conformem rationi rectæ, si recta ratio insit operanti: Hoc tamen non competit habitui in quantum est virtus, cum relatio non sit forma actiua. Habitus autem non est virtus nisi ex respectu seu conformitate eius ad prudentiam. Deinde obiicies virtutem esse moderatricem passiuam assertore Aristotele, quod præstare nequit, nisi agendo, ergo habitus est causa bonitatis actus. Respondetur virtutem moderari passiones bifariam: primò cum efficit passionem ab obiecto factam esse minorem, inclinans veluti pondus quoddam, potentiam in oppositum: secundò inclinando potentiam, cum prudentia coexistente, vt fugiat immoderatè delectabilia, & hoc pacto moderatur non delectationem existentem, sed præcauet ne insit. Postremò obiicies & illud, Non habens iustitiam etsi possit operari iusta, non tamen iustè: Et ita de aliis actibus: vnde consequitur virtutem producere actum in quantum est bonus, quia sine ea nequit esse bonus. Respondetur quòd Philosophus non intelligit hominem non posse simpliciter operari iustè sine iustitia, sed quæ non operetur iustè secundum omnem perfectionem, qua potest quispiam iustè agere, quarum vna est delectabilitas, & facilitas in operando, quod potentia non habenti habitum non competit.

2. Ethic.

Lib. 2. Ethic.
cap. 4.

DISTINCTIO. 17. QVÆSTIO 3.

An necessarium sit ponere charitatem creatam formaliter natura beatificabili inhaerentem?



X nullo quidem actu, quem experimur, siue actus substantiam expendas, siue intentionem, nec ex delectatione, siue (vt ita dicam) facilitatione in operando, neque ex bonitate seu rectitudine morali actus possumus euidenter concludere aliquem huiusmodi habitum supernaturalem inesse, quia quocunque istorum dato possit habens charitatem certò cognoscere se esse in charitate & gratia contra illud: Nemo scit an odio, an amore dignus sit. Nam cum diceret Paulus, Certus sum quòd neque mors &c. hoc habebat ex reuelatione, propterea quòd actum illum sibi inesse experiretur, vel actum sic intentum, vel sic delectabiliter operari &c. Ratio autem quare non potest concludi ex actu, vel aliqua ipsius actus conditione habitum infusum homini inesse est, quia vel actus potest ex sola potentia habere omnia prædicta concurrente ratione recta, vel si còcurreret habitus aliquis propter aliquam prædictarum conditionum, posset habitus is esse acquisitus. Nam micitia acquisita vna cum potentia potest elicere amorem, adeo intentum, sicut elicetur cum charitate infusa, & posset talis actus esse conformis iudicio recto ipsius intellectus, quantum ipsa recta ratio diiudicare posset. Quod si dixeris voluntatem subito

Charitatem
infusam in-
esse homini
cognosci ne-
quit.

Eccles. 9.

Rom. 8.

mutari, vt intensè facilliter, & delectabiliter operetur, & hoc conformiter ad regulas diuinas, siue ad dictamen fidei, vt patet de Paulo dicente, Domine quid me vis facere? &c. & de recentere conuersis: Non potest autem adeo subito acquirere habitum amicitie ordinatę consonum fidei: Igitur constat talem habere habitum supernaturalem, quo ad subito agendum inclinatur. Respondetur, quod voluntas subito mouere potest actus naturales, qui subsint omnino eius facultati. Nam sicut ait Augustinus, nihil tam est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas, id est actus ipsius voluntatis (capitur enim ibi potentia pro actu) quapropter ex subito tali motu non potest concludi propositum, vt puta, charitatem homini inesse. Sed ex sacris literis, & sanctis patribus id colligimus, vt dictum est distinct. 27. tertij quæst. vnica. Nam præter prædictas conditiones actus, quas habet ab habitu, videlicet intentionem, delectationem, promptitudinem, & ultra rectitudinem, & bonitatem, quam habet actus per conformitatem ad rationem rectam, siue ratio fuerit recta secundum dictamen prudentiæ, vt in virtutibus moralibus, siue secundum dictamen fidei, vt in virtutibus Theologicis, iuxta illud Apostoli, Si linguis hominum loquar, &c. Præter inquam, hæc omnia creditur esse vna conditio in actu, videlicet, quod est acceptabilis Deo, non communi quadam acceptatione solum, quã videlicet omnem acceptat creaturam, & ordinat ad

*Act. 9.**Lib. 1. retracta. cap. 22.**Charitas infusa an sit ponenda.**1. Corin. 13.*

seipsum tanquam ad eius finem, iuxta illud, Omnia propter seipsum operatus est altissimus, & illud, Diligis enim omnia quæ sunt, &c. Sed acceptatione speciali, quæ nihil aliud est in voluntate diuina, quam ordinatio talis actus ad vitam æternam, tanquam meriti condigni ad præmium: iuxta illud, misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum &c. & illud, Non enim iniustus est Deus, &c. & illud, Merces vestra copiosa est in cœlis. Consimiliter credimus creaturam rationalem iustam esse habitualiter acceptam, quando videlicet nihil actualiter operatur, vt patet de paruulis baptizatis, & iustis dormientibus. Nam adhuc voluntas diuina eam ad vitam æternam ordinat, tanquam tanto dignam bono secundum dispositionem, quam habet habitualiter in se, & propter habitum charitatis, quem habet in se, propter hanc igitur naturæ beatificabilis acceptionem, etiam quando non operatur, & propter acceptionem actualem actus elicitæ à tali natura, oportet ponere vnum habitum supernaturalem, quo habens formaliter à Deo acceptetur. Is autem habitus est charitas, secundum omnes Doctores. Vnde & Augustinus pertractans illud Apostoli, Quis nos separabit, &c. Charitas, inquit, Dei hæc dicta est virtus quæ animi nostri rectissima est affectio. Sed quomodo hic habitus est rem acceptandi, naturam, & actum? Dico quod quatenus est quidam decor naturæ, ornans animam, est causa acceptationis illius, pro-

*Proverb. 16.**Sapient. 11.**Actus meritorius.**Eccles. 10.**Hebra. 6.**Matth. 5.**Loca ad bona opera probanda.**Lib. de moribus eccles. c. 4 Rom. 4.*

pterea quòd is decor diuinæ complacet voluntati: Ad hoc autem vt reddat actum acceptabilem plus requiritur, videlicet, quòd iste habitus, præter hoc quòd est decor spiritualis, inclinet etiam ad determinatos actus, & ad eosdem eliciendos concurrat, secundum potiore opinionem, alioquin non esset verum, quod ait Augustinus, quòd gratia se habet ad liberum arbitrium, id est voluntatem, sicut fessor ad equum, quia fessor actiuè regit, & mouet equum pro suo arbitrio. Hoc etiam aduersaretur ei, quod idem Augustinus dicit, Voluntate (inquit) concomitante non præeunte, pedisse qua non domina. Non autem voluntas esset pedisse qua gratiæ, si ipsa gratia nullam efficientiam haberet. Porrò hæc Augustini auctoritates intelliguntur, in quantum actus est meritorius: Sed cum actus ex prædictis, eliciatur à potentia & habitu, vtrum horum est causa præcipua ipsius? Dico quòd in actu meritorio duo sunt consideranda. Primum illud quod præcedit rationem meritorij, in quo includitur substantia, & intentio actus, ac rectitudo moralis. Secundum est ratio meritorij, quod est, esse acceptum à diuina voluntate, aut acceptabile, siue dignum acceptari ad præmium æternum. Quantum ad primum, potentia est causa prima & principalis, & habitus causa secunda, cum potentia vtatur habitu, non è conuerso: aliàs habens semel gratiam, nunquam posset peccare, cum causa secunda semper sequatur motionem causæ primæ, nec pos-

*Lib. de libe.
arbit.*

*In episto. ad
Sixtū, & ad
Bonifacium.*

*Meritorij a-
ctus causa
præcipua.*

sit moueri ad oppositum illius ad quod causa prima inclinat: Sed accipiendo actum in quantum est meritorius, talis conditio ei conuenit principaliter ab habitu, & minus principaliter à voluntate: Magis siquidem actus acceptatur, vt dignus præmio, quia est elicitus à charitate, quam quia est à voluntate liberè elicitus, quanuis vtrumque necessariò requiratur.

Exemplum potest poni de diuisione alicuius corporis mediante gladio: Ipsa quidem diuisio absolutè magis est à potentia diuidente, quàm à gladio, quare potentia fortior velocius diuidit: sed quatenus hæc diuisio grata visui est seu videnti hanc diuisionem, magis ascribitur gladio, propterea quod leuitas partium diuisarum, quæ visui placet, magis est ex acumine instrumenti, quàm ex efficacia virtutis principaliter diuidentis. Similiter sonus magis est ex percussione corporis sonantis, quàm ex percussione ordine, & tamen vt acceptabilis auditui magis est ex ordine percussione, quàm ex efficacia potentia percutientis. Similiter quauis pater sit causa principalis filij, & mater causa minus principalis, nihilominus tamen mater potest esse causa principalior, quare filius à parentibus matris, vel ab aliis magis diligatur: Ita Deus ordinauit acceptare aliquem actum tanquam dignum præmio, propterea quòd ad illum actum voluntate inclinet habitus aliquis, quàm quòd sit à reliqua causa partiali, & sic intelligendum, vt diximus, illud Augustini, Cha-

ritas est sicut fessor ad equum : Et quòd voluntas respectu gratiæ est pedissequa non prima, hoc inquam, verum est respectu actus, in quantum meritorius est, sed non in quantum est iste actus in substantia : Vnde vt curfus equi magis aridet alicui, cum sit iuxta voluntatē fessoris ad certū terminū, quàm ex hoc quod equus vi sua velociter currat : Sic actus magis est acceptabilis, quia est elicitus à charitate, quàm ab ipsa voluntate. Hoc etiam modo voluntas est pedissequa, quia non ex se ita determinatè inclinatur ad terminum, propter quam inclinationem actus acceptetur, sicut gratia inclinatur, & voluntas potest hanc acceptabilitatē percipere à gratia, quia gratiæ magis competit per essentiam, quàm sibi : Et in hoc ipsa voluntas erit causa secūda. In eliciendo tamen actū est causa prima, vt dictum est. Obserua autem quòd ratio meriti non habetur completè, nisi habeatur ratio digni, vel dignè ordinabilis ad præmium, quòd est beatitudo, & hoc dignè secundum iustitiam commutatiuam, siue retributiuiam : Sed quicumque actus ex solis intrinsicis agentis non habet hunc ordinem seu dignitatem, Nō enim sumus sufficientes ex nobis &c. . Tunc enim Deus non posset ei, qui sic operatus esset non retribuere beatitudinem, nam iniuste eam illi subtraheret, hoc autem falsum est, Igitur talis ordo, seu dignitas actus, qua meritorius est vitæ æternæ secundum iustitiam, est ex sola voluntate diuina gratuita ita ordinante. Et sic ratio meriti completè erit ex ordinatione voluntatis

1. Cor. 3.

Meriti ratio
completa.

diuinæ illius actus ad præmium. Quòd si obicias, tunc non esse in potestate merentis mereri, sicut nec in eius facultate est diuina illa actio. Respondetur, quòd actus meritorius est in potestate hominis supposita generali influentia, si habuerit liberi arbitrii vsum, & gratiam: sed completio in ratione meriti non est in potestate hominis, nisi dispositiuè, sic tamen dispositiuè, quòd ex dispositione diuina nobis reuelata. Si vis ad vitam ingredi &c. semper consequitur illud completum (seu acceptatio diuina) ad actum hominis, sicut organizationem factam à causa naturali semper subsequitur animatio, & administrationem sacramentorū semper subsequitur gratia. Obiicias rursus hinc sequi, quòd mereri sit principalius ipsius Dei, quàm hominis. Propterea quòd principalius in merito est, exactioe diuina. Respondetur, quòd licet principalius, id est vltimum & completiuum in merito sit, adeo propterea non sequitur ipsum Deum mereri, quia meritum est actus liberè, & secundum inclinationem gratiæ elicitus acceptus Deo, vt præmiabilis beatitudine, & ita mereri est sic agere : Deus autem nō sic agit. Et quòd dictum est intelligi debet de acceptatione æterna, qua Deus ab æterno præuidens hunc actum ex talibus principiis eliciendum, charitate videlicet & voluntate voluit ipsum esse ordinatum ad bonum, & ita actu voluntatis suæ ordinando ipsum ad præmium, voluit ipsum esse meritum, qui secundum se consideratus absque tali acceptatione diuina secun-

Matth. 19.

dum strictam iustitiam non fuisset dignus tali præmio ex intrinseca bonitate, quam haberet ex suis principiis, quod patet, quia præmium semper est maius bonum merito, & iustitia stricta non reddit melius minus bono. Quocirca verissimum est illud commune dictum, quod semper Deus præmiiat ultra meritum cōdignum, hoc est ultra dignitatem actus meritorij, quod ille actus sit condignum meritum hoc est ultra naturam, & bonitatem actus intrinsecam ex mera gratuita acceptatione divina, ac eius liberalitate. Obserua præterea quod ad actum meritorium secundum aliquorum opinionem, non sufficit voluntas cum charitate. Sed requiritur etiam influentia specialis, non quidem formæ permanentis, sed mouentis, sicut instrumentum habet ab agente principali ultra formam, motum. Quod astruitur ex illo, Quicumque Spiritu Dei aguntur, &c. Gratia enim comparatur vi actiua generatiua matris, quæ nihil efficere potest, nisi moueatur à vi actiua patris. Ratio etiam ex Augustino de natura, & gratia accipi potest, ubi ait quod gratia nunc non sonat perfectam naturam, quia sicut oculus sanus non potest videre sine lumine, sic nec iusta anima rectè viuere sine luce speciali. Confirmatur Rom. 7. de lege carnis, & 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Sed si quæras an sit simpliciter necesse ponere charitatem infusam, qua creatura rationalis sit Deo grata, & beatificabilis, dico quod licet non sit necessarium secundum po-

*Ad merendum
requiritur
specialis motus
Spūs sancti.*

Roma. 8.

Charitas infusa non est simpliciter necessaria.

rentiam Dei absolutam, quia Deus potentia sua absoluta potuisset accipere naturam beatificabilem acceptatione speciali prædicta existentem in puris naturalibus, & similiter actum eius quem eliceret ex inclinatione merè naturali, potuisset acceptare, vt meritum posset etiam dare beatitudinem sine merito præcedente, vt paruulis facit in baptifmate: Tamen necesse est ponere talem habitum secundum potentiam Dei ordinatam, quam colligimus ex sacra scriptura, & ex dictis sanctorum patrum, vbi habemus, quod peccator est indignus vita aeterna, & iustus dignus. Non videtur autem Deum habere alium actum circa hominem iustificatum, quam haberet dum esset in peccatis, si homo in seipso nullo pacto fuerit diuersus. Nec etiam actus vt acceptabilis Deo apparet esse in agentis facultate, nisi illud, quo sic formaliter agit, sit eius forma accidentaria.

DISTINCT. 17. QVÆST. 4.

Augeturne Charitas per appositionem alicuius gradus?



Upponitur hinc charitatem augeri posse, secundum illud, Habenti dabitur, & habundabit &c. Spiritus qui est in te duplex sit in me cū interpretatione Hebræorum. Non enim ad mensuram &c. Augustinus, Probet se quisque quantum in illo

Charitas augetur.

Luce 19.

4. Reg. 2.

Ioan. 3.

Tom. 9. hom.

9. super epist.

Ioannis.

6. de Trinit.
cap. 7.

profecerit charitas, vel potius quantum ipse in charitate profecerit. Idem Augustinus ad Bonifacium, Charitas meretur augeri, ut augetur mereatur & perfici. Et idem, In rebus incorporeis idem est melius esse, quod maius esse, aliqua autem charitas est melior altera, ut patet de charitate Christi, &c. Quia ei correspondet maius præmium essentiale, ergo aliqua charitas est maior alia. Sed dubitum est de modo augmenti charitatis, an videlicet charitas præexistens corrumpatur, cum noua inducatur, vel remaneat: Sed omissis variis opinionibus magis consonum est rationi naturali, & fidei charitatem præexistentem remanere, & ipsam diuina augeri virtute, per appositionem nouæ charitatis, seu noui gradus ipsius. Habent autem plures gradus charitatis, in eadem charitate numero unitatem indiuisiōis actualis, sicut in cōtinuo sunt plures partes actu indiuisæ, quæ tamen sunt in potentia, ut seiungantur. Sunt etiam illi gradus charitatis eiusdem rationis, & speciei inter se. Prædicta autem assertio astruitur ex Aristotele dicente, Actum oportet manere, ergo & in augmento quocunque non est corruptio præexistentis. Quod si obiicias ipsum Aristotelem asserentem, quod formæ sunt sicuti numeri, quia sicut numerus additus numero variat numerum, ita quilibet gradus formæ additus speciem variat. Deinde & Porphyrius, Esse (inquit) vnus cuiusque vnum & idem est, neque intentionem recipiens, neque remissionem. Respondetur, Aristotelem

Li. 1. de gen.

Lib. 8. meta.

& Porphyrium intelligere de formis, id est speciebus in quantum sunt differibiles, seu quantum ad esse quidditatum, ita quod sicut per additionem, vel subtractionem eorum, quæ spectant ad esse numeri variatur numerus, sic per additionem, vel subtractionem eorum quæ spectant ad esse quidditatum, puta differentiarum specificarum variatur species.

DISTINCT. 18. QVÆ. VNICA.

Utrum esse donum sit proprium
Spiritus sancti?



Vanius impræsentiarum nihil de hac re differat Scotus, nihil. losecius ex aliis locis facile colligitur, quod donum secundum mentem ipsius significat respectum (ut ita dicam) donabilitatis ad creaturam, conuertendo processionem per modum voluntatis cuius est liberaliter dare. Ratione primi non est proprietas distinctiua Spiritus sancti à patre, & filio: Quandoquidem personæ diuinæ, sicut non constituuntur in esse, ita non distinguuntur per respectum ad creaturas. Quantum autem ad secundum, est proprium Spiritus sancti, qui secundum Augustinum procedit quomodo datus, non quomodo natus, quod & apertius asseuerat. Non frustra (inquit) in hac trinitate dicitur verbum Dei nisi filius, nec donum nisi Spiritus sanctus. De- notatur verò eadem proprietas, nomine doni, Spūs sancti.

Lib. 15. de

Trinit.

Donum est

proprietas

Spūs sancti.

& nomine Spiritus sancti secundum rem, sed est differentia secundum rationem. Dicitur enim spiritus, quia spiratus, & dicitur donum, quia est amor liberaliter productus. Obiicies fortasse illud Esaiæ, Filius datus est nobis, &c. Ergo non cōuenit soli Spiritui sancto. Admitto quidem auctoritatem Esaiæ, sed nō est idem esse datum, & donum, quia donum secundum morem Theologorum denotat rem emanantem per modum voluntatis liberalis sine tempore, & inaptitudine, ut detur ex tempore: Datum autē cum sit participium signat cum tempore, & dicitur ab actu. Quocirca & Spiritus sanctus quamuis sit donum ab æterno, non tamen est datus nisi ex tempore: quapropter non sequitur, quod si filius sit datus, debeat etiam dici donum, prout donum accipitur in diuinis: unde Augustinus ait, Eo ipso quod daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur, & ideo donabilis est. Sed aliter donabilis, quàm filius, nam & aliter datur, & aliter processit quàm filius; filij enim processio genitura est, vel natiuitas. Spiritus sancti verò processio natiuitas non est, utraque verò ineffabilis est.

Esaiæ 9.

Lib. 5. de Trinitate. c. 15. circa finem.

DISTINCT. 19. QVÆSTIO I.

*Suntne tres personæ diuinæ magnitudi-
ne æquales?*

Personæ in diuinis sunt æquales.

Personas quidem æquales esse secundum magnitudinem satis superque ex fide constat. Ait enim Athanasius in Symbolo: Personæ

coeternæ sibi sunt, & coæquales. Et Augustinus ostendit, quomodo intelligatur hæc æqualitas. Nullus horum (inquit) aut præcedit alium æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Sed, ut istud latius pateat, obserua, quod istæ tres relationes, videlicet, Idem, simile & æquale secundum Philosophum, si strictè accipiantur, accommodantur rebus distinctorum prædicamentorum, ut identitas, substantiæ, æqualitas, quãtitati, & similitudo, qualitati. Cui consentit & Auicenna asserens fundamentum harum relationum esse res prædictorum generum: Sed si fufius accipiantur, ac transcendent, reperiuntur in omni ente, assertore Philosopho: Quandoquidem omne ens cuiunque enti comparatum, est idem vel diuersum, simile, vel dissimile, æquale, vel inæquale. Et hoc modo identitas habet pro fundamēto substantiam, accipiēdo substantiam pro qualibet essentia, æqualitas quantitatem, intelligendo de quantitate perfectionis, & similitudo qualitatem, ut qualitas sumatur pro omni eo quod habet rationem qualitatis, vel formæ: Iuxta quam acceptionem differentia essentialis dicitur qualitas. Quocirca sicut nullum prædicamentum dicitur de Deo, sic nec passio alicuius prædicamenti, & ex cōsequenti, nec aliqua prædictarum relationum si strictè sumantur, sed si fufius accipiantur, in personis diuinis est perfecta æqualitas secundum magnitudinem perfectionis. Quidquid enim virtutis, vel perfectionis est in vna, est & in alia, & in eo-

Lib. de fide ad Petr. c. 1.

Lib. 5. Metaphy. cap. de relatione. Idem simile, & æquale quomodo accipiuntur.

Lib. 10. met.

Lib. 5. Metaphy. cap. de qualitate.

dem gradu, quia essentia diuina est infinita, & quæcunque perfectio simpliciter in diuinis personis, & sic in ipsis est vna magnitudo perfectionis in summo gradu, quia vna infinitas. Quòd si obiicias Augustinum, Deus magnus est sine quantitate, & bonus sine qualitate, igitur prædictæ relationes non reperiuntur in Deo: Respòdetur, quod in diuinis non est quidem quantitas molis, sed virtutis.

Lib. 3. de trinitate.

DISTINCT. 19. QVÆSTIO 2.

Est ne qualibet diuinarum personarum in alia?

Ioan. ca. 4.

HIVS quæstionis veritas patet ex auctoritate saluatoris: Ego in patre, & Pater in me est, & sanctorum Patrū, potissimum Ambrosij, Augustini & Hylarij, quos Magister adducit hæc distinctione. Sed vt hoc à nobis perpendi possit, obseruandum est vnam personam esse in alia (vt theologi loquuntur) per circumincessionem. Est autem circumincessio (quantum seruit præfenti insituito) mutua, & intima præfentialitas subsistentis, seu supposito in subsistente re ipsa distincto, eiusdem tamen naturæ numero: Nec potest iste modus essendi, In, reduci ad aliquem modorum, quos ponit Philosophus, quia in creaturis nihil reperitur simile. Nam iste modus essendi, In, non est similis ei, quo natura est in supposito, vel forma in materia, vel contentum in continente. Vnde Hylarius, Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti

*Persona quælibet est in alia.
Circuincessio quid sit.*

Lib. 3. de trinitate. in exordio libri.

dicti huius non capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit, exemplum, inquam, id exprimēs perfectè. Sed vna persona dicitur esse in alia, per inexistentiā mutuam subsistentis in subsistente, secundum Hilariū. Hoc autem non repetitur in illis modis essendi, in, & sic totus filius inexistit præfentialiter, & intimè in toto patre: Cui alludit illud Ambrosij in hymno: In patre totus filius in verbo pater. Exeplū huius (licet imperfectè representans) de angelo alicui corpori præfenti, non tamen ipsum informanti, vt de Gabriele & Raphaële legimus, aut de corpore glorioso præfente corpori non glorioso, vel melius exemplum, si posset corpus gloriosum (quia vnum super aliud præminentiam non habet) inexistere alij corpori glorioso æquè subtili. Hæc enim non sunt per informationem nec per modum partis, Et si in prædictis addatur vnitas naturæ erit perfectius simile. Exemplum etiam adiici potest de potentiis animæ, quæ licet ex parte rei distinguant, sunt nihilominus eadem essentiæ animæ realiter, & ex consequenti vna erit in alia quia in alia est essentia animæ cui il lapotentia est eadem. Ratione autem ostenditur vnam totam personam esse in tota alia, & cōtrā, quia tota persona diuina constat ex essentia, & relatione originis. Relatio autem est in essentia, vt in fundamento à quo separari non potest. Quocirca essentia nullibi esse valet, sine tali ratione: igitur in essentia patris est filiatio, cum paternitate, & etiam pater-

Lib. 7. de Trinitate.

Circuminf-
sonis ratio.

nitas cum filiatione. Est quoque eadem essen-
tia Patris, & Filij, quapropter tota patris
persona erit in filio, & è conuerso. Porro hu-
ius inexistentiæ tota ratio non est vnitas es-
sentiæ. Nam cum pater in seipso essentiam
habeat, subsequeretur quoddam esset in seipso;
nec personarum distinctio est huius præcisa
causa, quia cum origines (à quibus persona-
rum distinctio desumitur) sint alterius, &
alterius rationis in personis distinctis, seque-
retur quoddam non essent vni formiter in seipsis.
Sed præcisa ratio & sufficiens talis circumin-
cessionis est vnitas essentiæ cum personarum
distinctione. Principalis tamen ratio est vni-
tatis essentiæ, vt patet ex Ambrosio, quem
citatur Magister. Exemplum desume in crea-
turis de similitudine: Nihil enim sibi est si-
mile secundum Hilarium. Similitudo tamen
fundatur super vnitatem specificam in quali-
tate, assertore Philosopho, id est, repetitur
inter illa, quæ habent vnã, & eandem qua-
litate, secundum speciem, cuius proximum
fundamentum est talis vnitas, & remotum,
ipsa qualitas. Sola igitur relatiuorum diuer-
sitas, aut sola fundamenti vnitas non suffi-
cit ad similitudinem sed ambo requiruntur si-
mul, sicut vna causa totalis. Ita in præsentia-
rum, huiusmodi tamen circumincessio in so-
lo Deo reperitur. Obiicies, si poneretur quod-
libet in quolibet (iuxta opinionem Anaxago-
ræ) omnia essent confusa, Igitur si personæ
diuinæ sint in se inuicem, mutuo confusæ ef-

s. Metaphy.
ca. de relatio-
ne.7. lib. 1. Phy-
sic.

sent, contra illud Athanasij, neque confunden-
tes personas, & cætera. Respondetur, consequen-
tiam nullam esse. Anaxagoras enim (sicut illi
imponit Aristoteles) dicebat quodlibet esse in quo
libet, tanquam pars eius, vna autem persona non
est in alia, sicut pars eius, sed sicut subsistens in sub-
sistente. Dices præterea, Quod exiit ab alio, ^{Ioan. 16.}
non est in eo, Sed filius à Patre exiit, Exiit à
Patre & cætera: Ergo non est in eo. Respondetur
filium exiisse à Patre per productionem passi-
uam, & non per separationem localem, aut es-
sentiæ, Idcirco non sequitur ipsam non
esse in patre à quo exiit, quia recipit eandem
naturam cum eo à quo procedit.

DIST. 20. QV. VNICA.

Sintne tres personæ in diuinis potentia
æquales?

Ioan. 16.

Veritas huius questionis satis, super-
que constat ex illo Ioannis. Om-
nia quæ habet pater, mea sunt. &
ex Augustino, quemadmodum ^{Lib. de fide}
latius disserit Magister sententia-
rum. Veruntamen vt istud manifestius euadat ob-
seruanda est potentia respectu possibilis, quod
est eius correlatiuum. Possibile autem bifa-
riam sumitur: Primum vt opponitur impossibili, & <sup>Et lib. 3. con-
tra Maxi-
mum cap.
12. et 13.</sup> possibile du-
pliciter capitur. <sup>Possibile du-
pliciter capitur.</sup>

potentiæ, hoc enim modo possibile est Deum esse, quod tamen non subest facultati alicuius potentiæ. Secundò accipitur possibile determinatiùs, & magis propriè, quatenus videlicet opponitur necessariò ex se, & huiusmodi potest esse, & non esse, quod & contingens nuncupatur, & hoc modo, cum quodlibet intrinsicum Deo sit ex se necessarium, vel propter identitatem cum essentia diuina, quæ est ex se formaliter necessaria, nihil tale erit possibile hoc pacto. Sic autem accipit Auicenna possibile. Istud autem possibile secundo modo acceptum, est obiectum potentiæ actiuæ, & in hac potentia personæ diuinæ sunt æquales, quia eandem habent rationem principij productiui omnium aliorum ab essentia diuina, hoc est ipsarum creaturarum. Prius siquidem communicatur potentia tribus personis, quàm possit creaturas producere. Nam principium necessarium respectu vnus productionis, & contingens respectu alterius, prius producit necessarium, quàm contingens: Atqui principium producendi personas necessariò se habet ad productionem ipsarum, contingenter verò ad producendas creaturas, Prius igitur communicatur tribus personis, quàm creaturæ producantur: Ex quo constat potentiam esse æqualem in diuinis personis, quantum ad extenotiné. Quòd autem sit æqualis, quantum ad intentionem patet, quia illud principium secundum eandem perfectionem est in tribus, vt constat ex Resol. præcedenti. Obiicies, quòd filius non

6. Metaphy.
et alibi frequenter.

Vt in lib.
quæst. 1.

possit generare, sit pater, ex quo consequitur eum non esse patri æqualem in potentia. Consequentiã astruitur ex Augustino: Si pater non potest generare filium sibi æqualem, non est omnipotens: ergo si filius id non possit, non erit omnipotens. Respondetur, quòd posse generare filium in diuinis, non cadit sub omnipotentia. Secundo modo, & propriè dicta, id est, quæ habet ens possibile, seu contingens pro obiecto, In qua quidem potentia personæ propriè sunt æquales, sumèdo etiam potentiam primo modo, prout videlicet habet possibile primo modo pro obiecto, id est, accipiendo potentiam pro principio productiui personarum, personæ diuinæ sunt æquales, quia perfectio absoluta, quæ in patre est potentia generandi, illa eadè est in filio, licet non subtractione potentiæ propinquæ, propterea quòd in filio non præcedat actum notionalem, hoc est productionem sui ipsius, vt in patrem. Dices insuper, quòd prima causa plus agat, quàm secūda, atqui pater concessit filio virtutem agèdi, non autem è conuerso, vnde consequitur patrè plus posse. Respondetur dictum illud philosophorū verum esse, cum est alia, & alia virtus agendi, in causa 1. & 2, non autem in personis diuinis, in quibus est eadem virtus, & potentia numero.

Lib. 3. cap.
13. contra Ma
ximum.

Propositione
de causis.

1. poster. et 2.
metaph. 7.

DIST. 21. QV. VNICA.

Vtrum hæc sit vera, Solus pater est Deus?

Pro huius propositionis faciliori explicati-
one, obserua, quòd hoc voculum, Solus, vt ait

Libro Elemen-
chorum.

Philosophus, idem est quod non cum alio, & sic importat negationem associationis, & bifariam accipi potest: Primò cathegorematicè (vt loquuntur) & sic negat à subiecto omnimodam associationem seu confortium eiusdem naturæ, significans, idem, quod solitarius, & qui absque confortio eiusdem naturæ sit. Sic dicimus sortem solum esse in horto, licet sint ibi plantæ, & alia pleraque, & hoc modo propositio est falsa, quia nihil in diuinis est solitarium, cum sint ibi tres personæ eiusdem naturæ. Nam (vt ait Augustin⁹) Solum Deum patrem dicimus, non quia separatur à filio, vel à Spiritu Sancto, sed hoc dicentes significamus, quia illi simul cum eo non sunt pater, solus enim pater est, quod non dicitur, quia ipse sit solus, id est sine filio, vel Spiritu sancto; Sed per hoc Filius, vel Spiritus sanctus à paternitatis confortio excluduntur. Secundò accipitur syncathegorematicè, quatenus videlicet determinat aliquid, in quantum est extremum propositionis per respectum ad aliud extremum, & sic negat associationem alterius à subiecto respectu ipsius prædicati. Et hoc quoque modo est falsa, vt patet per eius exponentes, quæ sunt Pater est Deus, & nullus alius à patre est Deus quarum secunda falsa est.

DIST. 22. QVÆSTIOVNICA

An Deus nomine diuinam significante essentiam,
à viatoribus sit nominabilis?

Lib 6. de
Trinitate

Deum quidem eo modo quo à nobis concipitur nominari haud est dubium multa enim imponuntur nomina, Deum in communi significatiua, vt quòd Deus est ens infinitum, summum bonū &c. quæ naturaliter à viatore concipi possunt, vt constat ex resol. dist. 3. Sed an sit nominabilis à viatoribus nomine diuinam significante essentiam in se, hoc proculdubio controvertitur. Henricus enim asserit nullū nomē imponi posse alicui distinctiùs, quàm intelligatur. Quamobrem, cum diuina essentia sub propria ratione à nobis minimè intelligatur, infert quòd non possit à nobis nominari. Scotus autem huic aduersatur, & meritò quidem, asseuerans quidpiam distinctiùs assignari posse, quàm intelligi, quod sic suadet, quia cum substantia non sit cognoscibilis à viatore, nisi in conceptu entis (vt manifestum euadet ex distinctione tertia) si distinctiùs significari non posset, quàm intelligi, nullum nomen à viatore impositū substantiā significaret, sed proprietatē illā dūtaxat, à qua nomē imponitur, sicut ab intellectu viatoris concipitur, quæ sanè proprietates, per nomen ethymologiam exprimitur, vt nomine lapidis nō significatur res prædicamēti substantiæ, sed quidpiam de genere actionis, vt puta læsio lapidis. Aut concedas oportet eum, qui hoc imposuit nomen distinctiùs quàm intellexerit significasse substantiam, Quoniam autē modo illud fiat, & cognoscatur substantia per proprietates, & arguitiue accepta secundum mentē Augustini. Considerantur enim ab aliquo multa accidentia eidem inhærentia, vt puta

Deus à viatore nominari potest.

Lib. 1. de
Trinitate c. 6.

*Substantia
per propria
res, & accidē
tia cognosci
tur.*

talis quantitas, talis qualitas &c. Constat autem neutrum horum esse alterius, quia vtrumque sine altero manet. Patet præterea vtrique horum aliud esse commune subiectum. Nam vtrumque illorum destrui potest altero remanente: Igitur aliquid est subiectum vtriusque, & quantitatis videlicet, & qualitatis. Huiusmodi autem subiectum non concipitur in conceptu quidditatiuo nisi entis, neque enim cognoscitur distincte e quid sit in se, nisi quid sit ens, vel res affecta talibus accidentibus, sed isti tertio imponitur nomen aliquod: sic quod imponens nomen intendit illam essentiam de genere substantiæ significare, & nomen eam significat. Potest igitur viator multis vti nominibus diuinam significatibus essentiam à Deo, aut angelis, aut viatore impositis. Verisimile est præterea nomina esse in sacris scripturis illam essentiam distinctè significantia, sicut Iudæi asserunt de nomine Dei quod vocant, Tetragrammatum, id est, quatuor literarum, & illud: Qui est misit me ad vos, & ego dominus, qui apparui Abraham, &c. Vide Burgensem in additionibus in hæc capita. Huc accedit Psaltes Regius: In Israël magnum nomen eius, & Augustinus: Illa sublimitas inestimabilis, vt auribus congruat humanis sonis seruanda est. Quod si obiicias Dionysium, qui loquens de diuina essentia, ait quod Theologi tanquã innominabile nominant eã. In quã sententiam vadit Augustinus, & Hilarius. Respondetur quod diuina essentia, seu Deus ipse dicitur innominabilis non absolutè, quod quadante nus nominari non possit, sed propterea quod

*Exod. 3.
Exod. 16.*

*Psal. 75.
Cõtra Adamantium.
cap. 5.
Lib. de diuinis
nominibus.
Lib. de verbis
domini c. 34
& Ho. 19.
super Ioan.
E. 3 de Tri.
cap. 9.*

per nullum nomen possit perfectè audienti exprimi, & explicari.

DISTIN. 23. QV. VNICA.

*Vtrum persona, vt est quid commune Patri
Filio, & Spiritui sancto dicat secundam
intentionem?*

Persona, secundum Richardum de Sancto Victore, est intellectualis naturæ incommunicabilis existẽtia, id est, singularis. Et per hæc definitionem corrigitur, seu exponitur definitio Boëtij dicentis quod persona sit rationalis naturæ indiuidua substantia. Indiuiduum est omnium prædicamentorum suppositum substantiæ duntaxat personæ, & indiuiduum naturæ intellectualis. Ex hac enim ratione subsequeretur & animã separatam esse personam: item & diuinam essentiam, sicut etiam substantiæ indiuiduæ naturæ rationalis, quod falsum est. Potest tamen Boëtij definitio tutari, si dixerimus substantiam ibi accipi pro supposito, iuxta acceptionem Græcorum, & aliquorum veterum. Nihil est autem in Richardi definitione quid secundam significet intentionem. Nam ex natura rei, sine intellectus opere & in Patre natura intellectualis, & entitas incommunicabilis. Porro hæc incommunicabilitas duplex est, opposito modo, non ad communicabilitatẽ duplicem. Aliquid enim dicitur communicari pluribus bifariam. Primum quando id quod communicatur est idem re ipsa

*Libr. 4. de
Trinit. c. 22.
Persona quid
sit.*

*Communi-
cabile ali-
quid du-
bifariam.*

Vt quod.

cuiuslibet illorū quibus communicatur, & hoc pacto vniuersale suis communicatur inferioribus, vt animal homini, equo, asino, vt quod ait Scot⁹. Secūddō aliquid cōmunicatur alteri vt forma qua ipsum est tale, sed cōmunicabile hoc modo non est illud cui cōmunicatur, sic anima corpori cōmunicatur, anima enim corpus animatū dicitur, non est tamē anima ipsum corpus, sed ab eo distracta, & vtroque modo deitas est commun-

Persona quid denotat.

nicabilis, persona verō neutro modo, importat enim duplicē negationem cōmunicabilitatis in natura intellectuāli, & id quidem ex natura rei. Quare nihil quod sit de ratione personę dicit intentionem secundā. De formali enim significato significat incommunicabilitatē. Connotat autē triplex positium. Primō id de quo dicitur Pater, Filius, & Spiritus S. Secūddō relationem propter quam personę conuenit talis negatio. Huiusmodi relationes sunt proprietates personales paternitas, filiatio, spiratio passiuā: Tertiō connotat essentiam, licet proinde ratione formalis significati nō dicat dignitatem, id est, perfectiōnem, bene tamen ratione cōnotati, ratione cuius etiā persona dicitur generari, adorari, & huiusmodi. Persona igitur admodum similis est negationi in genere quę pręexigit subiectum, de quo dicatur, id est, requirit extrema, de quibus dicitur actio existere sine aptitudine tamen ad formam negatā, & importatur his nominibus: Alius, diuersus, differens, &c. non autem comparatur negationi extra genus, cuiusmodi sunt hęc, non homo, non equus, &c. Quippe quę dicantur tam

Persona cui similis sit.

de ente quā de non ente, nec priuationi quę negat actum, & relinquit aptitudinem, vt claudus, cæcus. Persona itaque est nomen primę intentionis, & non secundę, quia secluso actu rationis est in diuinis, secluso enim actu intellectus est in diuinis natura intellectuālis, & entitas incommunicabilis, quę sunt de ratione personę.

DISTIN. 24. Q. VNICA.

An in diuinis sit proprię numerus?

N in diuinis profectō non est proprię numerus, nam siue numerus formaliter sit ens in anima, id est, habeat esse in intellectu tantū plura simul concipiente, siue sit ens extra animam, hoc est, sit forma accidentalis habens esse in rebus numeratis, connotat tamen materialiter distinctiōnem numeratorum in essentia. Quapropter cū in diuinis sit vna essentia numero, ibi non est proprię numerus, sed improprię seu secundum quid, vt puta numerus personarum. Et sic debent intelligi autoritates, quę significant in diuinis esse numerum, vt apud Ioannem. Tres sunt personę, quę testimonium dant in cælo, & cæt. Debent, in quam accipi de numero transcendentī, qui abstrahit à substantia, & accidente, & aliis huiusmodi, id est, non est in substantia, & accidente, & aliis prædicamentis. Non autem accipi debent de numero, qui est in genere qualitatis quia numerus prædicamentalis confurgit (quod alij dicunt) causaliter vt asserit Philosophus *Lib. 4. Phys.*

*Numerus proprię non est in diuinis.**Ioan. 5.**Lib. 4. Phys.*

DISTIN. 26. QV. VNICA

ex diuisione continui. In Deo autem nihil est continuum, quare nec talis numerus. Præterea numerus iste prædicamentalis est accidens, atqui in Deo nullum est accidens, vnde satis constat, nec hunc numerum in Deo esse posse. Huc accedit Ambrosius, Cum vnum (inquit) dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorum, nec qualitatem in Deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi est.

Lib. 1. de fide
cap. 1.

DISTIN. 25. QV. VNICA.

Dicitur persona in diuinis substantiam,
vel relationem?



Propterea quod de persona distin.
23. huius primi libri dicta sunt, hoc
solum hinc adiiciendum existimaui
ex his quæ eruditè quidem Magi-
ster Sententiarum pertractat hæc
distinct. Quoniam (vt ait Hilarius) intelligentia
doctorum ex causis est assumenda dicendi, quia
nō sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Hoc
nomen, persona (vt dicitur de diuinis) non vni-
formiter accipitur, sed trifariam. Primò enim &
proprie secundum substantiam dicitur, & essentiam
significat, vt ostendit Magister Sententiarum
ex Augustino vt his in locutionibus. Deus
est persona, Pater est persona, &c. Secundò, ne-
cessitate quadam transitum est nomē personæ,
vt significaret hypostasēs secundum Græcos,
hoc est, tria supposita diuina, seu tres subsisten-
tes, quatenus hoc modo Arrianis & aliis pe-
-

Lib. 4. de
Trinit. circa
medium.

Persona in
diuinis tripli-
citer accipi-
tur.

LIBER PRIMVS.

77

ram de fide sentientibus respondere possent fi-
deles, cum ab his quæreretur, quanam essent illa
tria, quæ in diuina credebant maiestate, respon-
demus enim quod sint tres personæ, id est, hypo-
stasēs, & sic accipitur semper in plurali nomi-
ni personæ, pro hypostasibus. Tertio, accipitur pro
proprietatibus personalibus, id est, quæ perso-
nas constituunt, & diuidunt, vt sunt paternitas,
filiatio, & spiratio passiuæ: & hoc modo accipitur
in Symbolo Athanasij, & similibus locutionibus,
cum dicitur. Alia est enim persona Patris, &c.

DIST. 26. QV. VNICA.

Constituuntur ne persona diuina relatio-
nibus originis?



Res fuerunt Theologorum circa
hanc materiam opiniones. Prima
asserit diuinas personas seipsis con-
stitui: Altera verò quod constituan-
tur per proprietates absolutas asse-
uerat. Tertia est, quod personæ diuinæ consti-
tuantur, & distinguuntur per proprietates rela-
tionis: Et hæc est communior, vtilior, ac sacræ
scripturæ magis consona: quando quidem au-
thoritates scripturæ exprimentes personas diui-
nas, eas nominibus relatiuis expriment, vt in hoc
loco. Baptisantes eos in nomine Patris, & Filij
& Spiritus sancti, & in illo. Tres sunt qui testi-
monium dant in celo, Pater, & c. Non est autem
(assertore Dionysio) audendum aliquid dicere
de super substantiali occulta diuinitate, præter ea

Personæ di-
uine relatio-
nibus consti-
tuuntur.

Matth. vii.
Ioan. vii.

Lib. 1. de di-
uine nomi.

*In fine lib.
de Trinit.*

quæ nobis ex sacris eloquiis sunt expressa. Huic quoque assertioni subscribunt patres veteres, vt Boëtius dicens, substantia continet vnitatem, id est, vna relatio multiplicat trinitatem, id est, sunt duæ relationes originis trinitatem constituentes: & alibi, Personæ diuinæ non distinguuntur, nisi penes alium, & alium modum habendi eandem naturam. Augustinus: Singulæ personæ nullo modo ad se dicuntur, id est, non sunt absolutæ, sed ad inuicem, id est, sunt relationes. Damascenus, Et quoniam Patet, Filius, & Spiritus Sanctus secundum omnia vnum sunt, præter ingenerationem, & generationem & processionem, & Idem: In his solis enim hypostaticis, hoc est, personalibus proprietatibus, ab inuicem differunt hæ sanctæ tres hypostases. Anselmus de processu Spiritus Sancti dicit, quod in diuinis omnia sunt vnum, vbi nõ obuiat relationes oppositio. Obserua autem vt planè noueris vim constitutiuiam harum relationum, quod relatio non constituit personam inquantum dicitur habitudine, id est, ad respectum terminum, sed ad fundamentum, quia habitudo ad terminum est ad extrinsecum, habitudo verò constitutiui est ad intrinsecum. Deinde relatio secundum suam quidditatem non constituit personam, sed per suam propriam passionem: patet quia per suam quidditatem est ad aliud. Vis autem constitutiua non conuenit ei per se primò, sed per se secundò, tamquàm eius passio. Ad hæc relatio non constituit personam in quantum relatio, quia sic omnis

*Lib. 12. de Trinit.**Lib. 5 de Trinit. c. 1.**Cap. 1.**Relatio quomodo personam constituit.*

relatio constitueret, nec in quantum paternitas, filiatio, aut spiratio, quia hæc etiam in creaturis reperiuntur sine vi constitutiua, vt in quantum diuina, nam hoc modo omnis relatio diuina (vt identitas æqualitas constituerit personam, quod constat esse falsum de spiratione actiua, (vt in quantum propria, quia prioritas originis, quæ est propria patri, non constituit personam patris. Sed quatuor requiruntur conditiones, vt relatio personam constituat: Prima quod relatio sit formaliter insistent, id est, habeat esse in diuina essentia, vt sit eadem illi. Non enim duo possunt formaliter vnum constituere, nisi vnum sit in alio: Ideò non sufficeret quod esset consistens, id est, sui existens vel assistens. Secunda quod sit subsistens, relatio enim inhærens non constituit suppositum, cum adueniat iam subsistenti. Tertia quod sit propria vni personæ, si enim communis esse duabus (vt spiratio actiua) aut pluribus (vt æqualitas, similitudo) non constitueret personam. Quarta quod sit adueniens personæ. Obserua præterea quod relatiua sunt simul nata, hoc est, nequeunt esse sine se inuicem absque contradictione, quia relatio requirit duo extrema vt sit, secus esset ad se & quid absolutum. Relatiua etiam à se inuicem reipsa distinguuntur. Hoc quoque modo diuinæ personæ sunt simul natæ, quia includit contradictionem vnâ esse sub alia & distinguuntur realiter ad inuicem, quia nihil seipsum pducit secundum Augustinū, nec propterea subsequitur

Lib. 1. de Trinit. c. 1.

Lib. 7. de
Trinit. c. 2.

distinctio essentia, in qua subsistunt, quia idem illimitatum potest esse fundamentum oppositarum relationum: Relatio autem fit eadem re ipsa essentia diuinæ, & ab ea formaliter remanet distincta. Nam relatio non est formaliter essentia: unde Augustinus, si essentia est ad aliud, iam non est essentia: consimiliter si relatio est ens ad se formaliter, non est relatio. Cum igitur relatio non est eadem formaliter cum essentia, sufficit ad distinctionem personarum sine distinctione essentia. Adde quod & alia opiniones supradictæ nullam habent verisimilitudinem, de prima constat. Quæcūque enim non sunt primo diuersa, sed ab aliquo conueniunt, non seipsis primo distinguuntur, quia in ipsis aliud est in quo conueniunt, & aliud in quo distinguuntur, atqui diuinæ personæ non sunt primo diuersæ (conueniunt enim in essentia) ergo non seipsis totis distinguuntur. Quod si obiicias personam adeo esse simplicem sicut essentia. Essentia autem seipsa primò distinguitur à quoquo alio, ergo & personæ. Responderetur quantum persona sit simplex, nihilominus duo includit, essentiam videlicet, & relationem, quorum vnum non est formaliter alterum, nam vnum est communicabile, videlicet essentia, Alterum verò nempe persona incommunicabile, & sic vno potest distinguere, id est, essentia ipsa & non altero. De secunda opinione quod sit absurda patet, quidquid enim absolutum in diuinis est perfectio simpliciter (omne enim tale denotat perfectionem, & nulla est in diuinis perfectio nisi simpliciter)

citer sed nulla proprietas personalis potest esse perfectio simpliciter, quia ois perfectio simpliciter est cōmunis tribus, & nulla personalis proprietas est communis tribus; igitur proprietas personalis nequit esse quid absolutum: Præterea, quidquid est absolutum in diuinis est formaliter infinitum (omne enim tale dicitur quātitatē virtutis in creaturis, qua non potest carere diuina natura.) In diuinis autem non est vlla quantitas virtutis nisi infinita, sed nulla proprietas personalis est formaliter infinita (nam ea priuaretur aliqua persona diuina formaliter infinita) ergo nec absoluta. Itaque reliquum est, vt dicamus diuinis personas nō constitui, aut distinguere absolutis sed relationibus.

DISTINCT. 27. QV. VNICA

An verbum creatum sit actualis intellectio?



Verbum nostrum haud dubie est actualis intellectio, & notitia producta à memoria perfecta representans diuinum verbum. Hæc autem ratio intelligitur ex Augustino. Ait enim, formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus verbum est, à cognōscēte siquidem (vt idem asserit) & cognito paritur notitia. Consentit sibi, dicens: Cogitatio quippe nostra perueniens ad illas quod scimus, atque inde formata verbum nostrum est. Est autem duplex verbum, videlicet imperfectum, quod est notitia confusa) & perfectum, quod est notitia distin-

Verbum nostrum quid sit.

Libr. 15. de
Trin. c. 10.
15. & 24.

Libr. 9. de
Trin. c. 16.

Libr. 15. de
Trinit. c. 16.

Verbum nostrum est duplex.

Etā. Quapropter licet quamlibet actualis notitia
 verbum dici posset, idcirco quoddam de memoria gi-
 gnatur, imperfecta notitia, seu cōfusa de imper-
 fecta memoria gignatur, perinde ac perfecta de
 perfecta: Etiam cōfirmatur per Augustinū, quod
 notum est (inquit) verbum dicitur animo impres-
 sum, quantum de memoria definiri, & profertur
 potest. Propriè tamen sola notitia diffinitiva, &
 perfecta verbum dicitur, eo modo quo de verbo
 post Augustinum in præsentiā agimus, quod
 videlicet representet verbum diuinum, ait enim.
 Nam placet mihi quod noni, & definitio quid sit
 intemperantia, & hoc est verbum eius. Porro
 notitia perfecta nequit statim semper haberi,
 sed requiritur inquisitio præuia, quia secundum
 Philosophum. Innata est nobis via procedendi
 à confuso ad distinctum, quod planè innuit Au-
 gustinus, hac atque illa (inquit) volubili qua-
 dam notione iactamur, cum à nobis nunc hoc
 nunc illud inuentum fuerit, vel occurreret cogi-
 tatur, & tunc fit verum verbum, quando ad il-
 lud quod scimus peruenit, atque inde formatur
 verbum eius. Illa tamen iactatio, seu inquisitio
 (vt satis indicat Augustinus) non est gignitio
 verbi formaliter, sed eum præcedit. Est igitur ta-
 lis ordo. Primò est notitia habitualis confusa,
 siue species intelligibilis: Secundò est notitia
 actualis confusa: Tertio inquisitio & discursus,
 circa multas species variarum representatiuas,
 quæ (virtualiter in memoria continentur: Quar-
 tò est notitia actualis distincta, quæ imprimis in
 memoria speciem intelligibilem perfectam, &

9. de Trin.
cap. 10.

Libr. 9. de
Trinit. c. 10.

Lib. 1. Phys.

Lib. 15. de
Trinit. c. 15.

Verbum no-
strum quo-
modo forma-
tur.

tunc memoria assimilatur memoriæ paternæ in
 diuinis. Deinde ex tali memoria perfecta gene-
 rabatur verbum perfectum absque inquisitione
 media inter ipsam memoriam, & verbum, &
 talis cognitio verbi perfecti ex memoria perfe-
 cta assimilatur propriæ gignitioni verbi diuini
 ex memoria paterna. Quæres verò cum Augu-
 stino ad an verbi generationem concurrat vol-
 untas sine amore. Responderetur, quod gigni-
 more obiecti cogniti, aut amore ipsius notitia
 non est de ratione verbi: verumtamè ad verbum
 perfectum concurrat duplex voluntatis actus.
 Vnus primus imperans actum, & inquisitionem
 primam, sine qua non haberetur verbum perfe-
 ctum, vt ostendit Augustinus: Alter actus est com-
 placentiæ in notitia iam habita, sine quo intel-
 lectus non permaneret in ea, & ex consequenti
 huiusmodi notitia non haberet rationem verbi
 permanentis: Illa tamen permanentia non est
 de ratione verbi perfecti intensiue, non enim
 est minus perfecta albedo vnius diei, quàm vnius
 anni, non igitur actus voluntatis est de essentia
 verbi, nec eius causa, sed concomitatur in no-
 bis eius generationem propter causas prædictas.
 Si tamen verbum strictissimè caperetur, vt puta
 ex modo quo Augustinus ex causa præallegata,
 petractans illud: Nemo potest dicere Dominus
 Iesus, nisi in Spiritu Sancto, &c. Quia huius-
 modi dicere denotat acceptionem & amo-
 rem obiecti dicti, & concepti, & ultra verbi
 rationem absolute aliquid includit, nempe quoddam

Libr. 9. de
Trin. c. 10.
Ad verbum
perfectum an
concurrat vo-
luntas.

Libr. 9. de
Trin. c. 10.

1. Ethic. c. 7.

1. Cor. 12.

tale obiectum amore prosequatur, tunc procul dubio desideraretur actus voluntatis circa hoc obiectum. Aduersus prædicta obiicit Augustinū dicentem: Fantasia Cartaginis in memoria mea est verbum eius, fantasia autē ibi accipitur proprie pro specie intelligibili, erit igitur species intelligibilis verbum, & non notitia ipsa. Respondetur, hanc prædicationem non esse formalem, sed causalem, reddens hunc sensum, quod talis species intelligibilis vnā cum intellectu est causa productiua verbi, & Augustinum ita intellexisse constat ex suis scriptis, cum asserit verbum non esse formaliter in memoria, in qua tamen est species intelligibilis. Huic autem simile est illud Athanasij. Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, &c. Hæc enim duo constituunt ipsum hominem & componūt physicè, non autem sunt homo, cum homo denotet ens tertium ab ipsis distinctum partibus.

DISTINCT. 27. QV. 2.

An verbum in diuinis sit proprium personæ genitæ?

Verbum est
proprietas
Filij.

Verbum est
terminus co-
cretiuus.



Vm in diuinis exprimi per intellectum sit proprietas secundæ personæ, & verbum illud ipsum significet, erit propterea merè personale, & proprietas filij. Porro verbum est terminus concretiuus sicut & Filius, cuius abstractum (verbatio) non est receptum. Idem igitur significant Filius & verbum de formali & principali significato, nempe respectum secundæ

personæ ad primam, differuntque duntaxat in connotato: verbum enim connotat notitiam actualem, cuius est talis expressio, Filius autem connotat naturam viuentem, in qua est talis relatio. Filiatio enim in solis est viuentibus. Aut dicitur verbum in quātum procedit per modum intellectus, Filius, quatenus Filius procedit à Patre per modum naturæ. Obiicit Augustinum dicentem, verbum est cum amore notitia. Hæc autē omnia sunt essentialia, hoc est, tribus com-
 perunt personis, igitur & verbum. Respondetur, Augustinum loqui de verbo nostro, quod si ad diuinum etiam referatur, intelligit de notitia genita. Dices insuper, Pater intelligit res ipsas perinde ac Filius, igitur eius notitia dicitur verbū, & cum talis notitia sit ipse Pater, dicitur ipse verbū sicuti & Filius. Respondetur, non quæuis notitia Dei dicitur verbum, sed duntaxat illa quæ est genita, & à generante re ipsa distincta, notitia autem Patris ingenita est, nec ab ipso distincta. Dices tandem, filiatio est proprietas constitutiua secundæ personæ secundum Augustinum, non ergo verbum, quia vnus constituti est vnium formale constitutiuum. Respondetur, non esse duo propria, sed idem, quia eandem relationem significant verbum, & Filius quauis diuersa connotent, vt diximus. Vnde Augustinus, eò verbum quò Filius, & vtrunque relatiuè dicitur.

DISTINCT. 27. QV. 3.

An diuinum verbum denotet respectum ad creaturas?

Lib. 7. de
Trin. c. 4.
Verbum non
denotat re-
spectum ad
creaturas.
Verbum
duplicem si-
gnificat re-
spectum.

Asertore Dno Augustino verbum
& Filius in diuinis idem significat,
nam eò verbū (inquit) quo filius;
Filius autem non dicit respectum
ad creaturas, igitur nec verbū, Ob-
serua nihilominus, quodd hoc vocabulum, ver-
bum, in diuinis denotat duplicem respectum.
Primò & principaliter significat relationem
expressi ad experimentem: & hic respectus, est
realis, & ratione huius dicitur proprietas filij.
Secundò connotat respectum declaratiui ad de-
clarata, id est, significat respectum notitiæ ad
illa, quæ per eam cognoscuntur, siue illa sint di-
uina siue creata, quia cognoscit verbū diuinum
ipsas personas trinitatis essentiam diuinam, at-
que creaturas. Augustinus enim ait, quodd ver-
bum declarat se, & iste est respectus rationis.
Nam idem potest habere rationem declaratiui
ratione sui ipsius. Omnis autem respectus, qui
est ad seipsum, est rationis duntaxat. Porro hic
respectus nomine proprietatis personalis, nec in
personali proprietate filij inclusus, cum sit re-
spectus rationis. Insuper omne intrinsecum in
diuinis, est proprius simpliciter quocunque re-
spectu ad creaturas. Quinimo omnis respectus in
diuinis ad creaturas est communis tribus per-
sonis simpliciter, sed aliqua Filio approprian-
tur propter modum suæ emanationis, vt hic re-
spectus, quem dicit verbum. Deinde & respec-
tus, quem dicit ars ad artificiatum. Vnde Au-
gustinus. Verbum est ars omnipotentis Dei plena

Filio quare
aliqua appro-
priantur.
Lib. 6. de
Trin. c. ult.

omnium rationum viuentium. Respectus enim
artis ad creaturas, vt artificium, est commu-
nis tribus, cum sit eadem ratio, & potentia
creatura trium personarum. Appropriatur ta-
men Filio propter conuenientiam cum sua
productione, Operatio siquidem per modum
artis ad intellectum pertinet. Consimiliter
Filius per appropriationem dicitur potentia
operatiua Patris, Ioannes, Omnia per ip-
sum facta sunt. Propter eandem quoque cau-
sam sapientia, notitia, veritas, & cat, Filio in
diuinis attribuuntur. Hic posset quæri cum
intellectus diuinus, vt est in Patre exprimens
verbum diuinum, seu generans Filium habeat
solam diuinam essentiam obiectum, vel etiam
ipsas creaturas in eadem relucentes. Respon-
detur, quodd diuturna essentia est prius repre-
sentatiua eorum quæ sunt ad intra, quam eo-
rum quæ sunt ad extra (sic enim loquitur Bea-
tus Augustinus.) Quocirca in primo instanti
naturæ, in quo personarum emanatio comple-
tur, creaturæ non relucet in essentia: Et sic
Filius non est notitia creaturarum, siue non pro-
ducitur per earum notitiam.

Ioan. 1.

Filius non
producitur
notitia crea-
turarum.

DISTINCT. 28. QV. I.

Est ne ingenitum proprietas ipsius Patris?

K iij

Ingenitum
dupliciter
accipitur.

DISTIN. 28. QVÆSTIO. 2.

Ingenitum bifariâ sumitur: Primò quidè vt denotat negationem generationis propriè dicte, qua videlicet terminus primus, & totalis generationis accipiat esse, & id intelligendo de negatione extra genus, quæ sanè dicitur tam de ente, quàm non ente, at qui hoc modo nõ est proprietas Patris, cum & essentiæ diuinæ Spiritus sancti, ac non existētibus conueniat. Secundò accipitur, vt significat negationē generationis communiter sumptæ, hoc est, acceptæ productionis quacunque, siue sit generatio, siue alia productio præexigens generationem, qualis productio Spiritus S. & hoc loquendo de negatione in genere, id est, quæ cōnotat genus, seu positiuū (quia in diuinis genº nõ propriè reperitur, nec species) in natura diuina, de qua dicitur talis negatio, & hoc pacto ingenitum idem est quod subsistens non productū. Vnde patet quòd ingenitum hoc pacto acceptum, non conuenit essentiæ diuinæ, cum sit per generationem Filio communicata, nec Spiritui S. cum sit productus per inspirationem, quæ utiq; generationem præexigit, sed est proprietas solius Patris, Solus enim Pater est à se, hoc est, non ab alio productus: vnde Augustinus, Pater enim solus non est ab alio, idèd solus appellatur ingenitus. Et idem profiteatur alibi dicens, non duos esse ingenitos certa fides declarat. Porro hæc proprietas non est constitutiva Patris, quia persona positua non constituitur proprietate negatiua. Insuper Pater, & Filius non habent vniformiter rationem personalitatis, cum Filius positua constitutatur proprie-

Ingenitū est
proprietas
Patris.
Libr. 15. de
Trinit. c. 26.
2. ad Orosiū.

LIBER PRIMVS.

77

tate. Obiicies, omnis personalis proprietas relationem importat, nam secundum Augustinum, quidquid dicitur ad se in diuinis, est commune tribus personis, sed ingenitum non significat relationem, cū dicat negationem, quæ nihil ponit formaliter, Igitur non est proprietas personalis. Respondetur. Non oportet quod omnis proprietas personalis denotet relationem positiuè, sed sufficit quòd positiuè, vel negatiuè. Ingenitū autem importat relationem negatiuè. Si enim relatio sit alicui personæ propria, & negatio etiā talis relationis erit etiam alij personæ propria, & ita nõ cōmunis tribus. Dices, Ambrosius noluit vt hoc vocabulo, vt refert Magister sententiarū: Respondetur, hoc fuisse propterea quòd tempore suo nõ esset vsitatum, & quia volebant persuadere Ariani filium non esse Patri consubstantialē, sed alterius substantiæ esse patrem, & alterius filium, quòd illæ ingenitus, & iste genitus diceretur, cum diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum, vnde Ambrosius quæstioni respondens dicit se in diuinis scripturis hoc nomen, ingenitus, non legisse. Vide Magistrum hac distinct. Nunc autem ab patribus est receptum.

Libr. 5.
Trinit.

Lib. 1. de Spi-
ritu sancto.

DIST. 28. QV. 2.

Constituitne innascibilitas diuinam primam personam?



Vamuis veteres patres paruam, aut nullam posuerint inter ingenitum, & innascibilitatem (quæ sunt Patris diuini proprietates) differentiam, quemadmodum satis, superque ex

Ingenitū &
innascibilitas
quomodo dif-
ferant.

primo huius distinct. cap. apud Magist. colligi va-
let. Deinde ex tertio capite, ubi citat Hilarium,
qui ait, Est vnus ab vno, sed ab ingenito genitus,
proprietate videlicet in vnoquoque & originis, &
innascibilitatis, ubi proprietatem illam, secundum
quam pater dicitur ingenitus, vocat innascibili-
tatem. Nihilominus si planè expendantur distin-
ctas habent rationes formales, quia genitum &
natum in filio non sunt idem formaliter, aliquid
enim repugnat natiuitati, vt pote esse in causa
non viuente, quod non repugnat generationi in
quantum est genere. Innascibile quoque secun-
dum suam rationem prius est quam ingenitum,
pater quia genitum prius quam natum. Omne e-
nim natum est genitum, sed non è contrario. Il-
lud autem est prius altero, à quo non conuertitur
subsistendi consequentia ex postpredicamentis.
Vbi autem positium præcedit positum, negatio
posterioris præcedit negationem prioris, sicut non
homo præcedit nō animal. Veruntamen innasci-
bilitas non cōstituit Patrem. Nam (vt diximus de
ingenito) persona nequit negatiuè cōstitui. Præ-
terea personæ nō se habent vniformiter in ratione
personalitatis, nec esset æquè positiuæ aut æquè
perfectæ in quantum personæ, quia nō est æquè
perfecta personalitas negatiua, sicut positiuæ, qua
filius, & Spiritus S. cōstituuntur, filiatione videlicet,
& spiratione passiuæ. Arguitur. Damascenus, om-
nia, ait, sūt vnū præter ingenerationem, & genera-
tionem, & processionem, voluit igitur has esse pro-
prietates constitutiuas. Respondetur, hac dictio-
ne exceptiuæ (præter) non remoueri aliquas pro-

*Innascibili-
tas non con-
stituit Patrem,*

Lib. 1. cap. 7.

prietates personales, sed essentialia duntaxat.
Quinimò illis proprietatibus tribus intelligit
omnes alias, vt ingeneratione comprehendit
paternitatem, spirationem actiuam (vt est in Pa-
tre) & omnes proprietates patris: Et genera-
tio complectitur filiationem, verbum, imagi-
nem, & alias filij proprietates, & consimiliter de
Spiritu sancto sentiendum. Quod hinc vel ma-
ximè constat, quia ibidem expressè ponit pa-
ternitatem, filiationem & processionem: non
igitur existimabat tres priores solas esse persona-
rum proprietates, aut eas esse ipsarum consti-
tutiuas, sed earum nomine reliquas quoque com-
prehendebat.

DIST. 28. QV. 3.

*Constitutione prima in diuinis persona positiuæ
relatione ad secundam?*

Prima in diuinis persona non con-
stituitur in esse personæ deitate,
cùm deitas incommunicabilis non
sit, deinde nec actiuæ spiratione,
cùm hæc filio quoque competat,
nec postremò innascibilitate, quemadmodum as-
sertum est resolut. præcedenti: consequitur igitur
per locum à sufficienti diuisione eam, constitui
positiuæ aliqua ad secundam personam rela-
tione quæ quomodocumque nominetur siue pa-
ternitas, siue generatio actiuæ, aut alio quouis no-
mine perinde est, cùm sit eadem secundum rem,
& modo quo est in re, licet secundum consi-

*Pater consti-
tuitur relati-
one positiuæ.*

derationem varietur, realem constituit persona, sed hoc posito dubium emergit non vulgare, quo enim prima secundam personam simul secum requirit, cum & eam præcedat, & producat. Respondetur, propterea quod sint correlatiua. Relatiua enim assertore Aristotele in prædicamento ad aliquid sunt simul natura, hoc est nequeunt esse sine se inuicem absque contradictione, si fuerint relatiua mutua, id est primi, aut secundi modi relatiuorum, quia relatiuis tertij modi hæc proprietates non competit, non enim sequitur, scibile est, ergo scientia est: Sed in aliis relatiuis hoc est euidens, quia relationes illorum esse nequeunt sine suis terminis, secus essent ad se & quædam absolutæ (Omne autem prius natura absque contradictione esse potest sine posteriori, vt animal absque homine, subiectum quantum est ex se sine accidenti. Cum hoc autem modo existendi simul natura stat prioritas, & posterioritas originis, quod etiam in ipsis creatis euadit manifestum. Si enim Socrates Platonem genuerit, Socrates vt pater simul est cū Platone filio, & nihilominus est prior origine ipso Platone. Quæres autem quoniã pacto diuina essentia determinatur ad primam personam, vt sit in ea primò siue priusquam in aliis. Respondetur, quod ex se, & suapte natura, non per aliam proprietatem. Obserua tamen essentiam diuinam prius esse in patre paternitate immediationis, non paternitate adæquationis, quia isto pacto est in tribus personis primò. Et vt hoc facilius pependas exemplum desume à sole. Ise-

§ Meth. cap.
de priori.

nim, cum ascendit supra nostrum horizontem illuminat in eodem instanti, & primò, id est, adæquatè totum medium, Illuminatio enim totius medij est illius effectus tunc totalis & adæquatè: in primò autem, id est, immediatè illuminat partem propinquiorem, & quæ est versus orientem: consimiliter & anima rationalis vnitur toti corpori plenè organisato in eodem temporis instati primò, id est, tanquam subiecto totali, & adæquato. Primò tamen primitate immediationis informat ipsum cor (Nam primum quod in animali viuit est ipsum cor, deinde aliæ partes) & mediante ipso alias partes, perinde ac sol mediante priori parte medij illuminata, alias deinde illuminat. Sic enim diuina essentia in eodem instati æternitatis est primò primitate adæquationis in tribus personis, primitate autem immediationis est primò in patre, & virtute illius in aliis suppositis, quibus ab illo primò communicatur. Aduersus prædicta obiicies, prima persona prius existit, quam generet, agere enim est suppositi, assertore Philosopho, igitur si constitutur relatione ad secundam personam, secunda persona coexistet & simul cum ea, & ex consequenti non generabitur ab ea. Respondetur has personas esse quidem simul, sicut vis relatiuorum exposcit, sed nihilominus prima est prior origine altera, quod sufficit, vt eam generare possit. Arguitur, prima persona præcedit generationem, igitur & secunda, cum sit terminus illius relationis Nam extrema alicuius relationis necessariò eam præcedunt. Distinguo ante-

Lib. 16. De
animalibus.

In Proem.
Metaphy.

cedens de generatione actiua, vel passiuā: De actiua falsum est, quia prima persona non eam præcedit, sed per illam in esse personæ constituitur. Constitutum enim (sicut nec compositum partes componentes) non præcedit ipsum constituentia. De generatione passiuā verum est. Nam quemadmodum pater filium origine præcedit, sic & generationem passiuā. Arguitur. Filius etiā præcedit hanc generationem passiuā, cum sit simul cum patre (quodcumque enim aliqua sunt simul, si vnum illorum quidpiam præcedat, & alterum quoque illud præcedet) Igitur filius non cōstituitur relatione passiuā. Negatur antecedens, & ad eius probationem dicitur, quòd illa propositio, quodcumque aliqua sunt simul, intelligitur accipiendo aduerbium simul & prius, & posterius vniformiter, hoc pacto videlicet, quòd si aliqua duo sint simul tempore, si vnum illorum sit prius tempore aliquo, & alterum, quoque erit eodem prius tempore, sed si vnum illorum, quæ sunt simul tempore præcedat aliquid natura, non oportet alterum illud quoque natura præcedere. Sol enim, & eius splendor sunt simul tempore, & sol natura præcedit suum splendorem, non autem splendor præcedit natura seipsum. Conformiter dicendum est de his quæ sunt simul natura, vt pater & filius, Si enim vnum sit prius aliquo, natura, & alterum, quoque illo prius erit natura: Sed si vnū sit prius origine aliquo, nõ oportet alterum etiā origine esse priorem: Cum verò dictum est extrema debere præcedere rela-

tionē, illud proculdubio verū est de relationibus, quæ in prædicamento reperiuntur non autem de transcendentibus, quales sunt istæ. Hæc enim extrema non supponunt quinimò constituunt sua fundamenta.

DIST. 19. QV. VNICA.

An principiu vniuoce dicatur de principio sumpto personaliter, & essentialiter?



Principium sumitur personaliter (seu vt alij volunt notionaliter) cum dicitur de vna persona in diuinis respectu alterius, vt cum Augustinus ait, patrem esse principium totius diuinitatis, id est, omnium personarum aliarū à se, patrem & filium esse principium Spiritus sancti. Essentialiter verò accipitur, cum dicitur de tribus personis respectu creaturarū, sicut eum idem Augustinus ait Patrem, & Filium, & Spiritū sanctū esse vnum principium omnium creaturarum, idcirco quod vnica virtute, & omnipotentia in eis existente eas comproducant: Quodcumque tamen dicitur semper ad aliquid, seu designat respectum ad aliud, sed differenter. Nam cum accipitur notionaliter, signat respectum realem, hoc est, relationem productionis realis. Sumptum verò essentialiter significat relationem: rationis, cum Dei ad creaturam (vt ostendemus Resol. sequenti) nulla sit relatio realis. Enti autem reali, quod est simpliciter ens, & enti rationis quod est ens secundum quid,

Principium
duplicitè ac-
cipitur.

Lib. 4. de Trī
cap. 10.

Principium
est, omni res
latium.

*Principiū nō
dicitur vniuocū
ē respectu
personarum,
& respectu
creaturarum*

nihil est commune vniuocum: Quocirca principium non dicitur vniuocē de principio notionali & essentiali. Arguitur, Sequitur optimē, generans vel spirans, ergo principians, & creās, igitur principias denotat idcirco principium quidpiam illis commune. Respondetur non accipitur vtrouique vniuocē, quia in prima propositione significat relationem realem, in secunda, rationis.

DIST. 30. QV. I.

Dicitur ne aliqua relatio de Deo ex tempore?

*Relationes
aliquæ dicuntur
de Deo
ex tempore.*

*Lib 5. de Tri.
cap. 16.*



Um relatiua, aſertore Aristotele in prædicamentis sunt simul natura, & creaturæ à Deo naturaliter dependeant, relationes ipsarum creaturarum ad Deum nouæ ex tempore erunt, & illæ quæ in Deo eis correspondent, recentes quoque, & ex tempore in Deo erunt. His suffragatur Diuus Augustinus dicens. Si dominus non dicitur nisi cū incipit habere seruum, etiam ista appellatio relatiua ex tempore est in Deo, & cætera. Vide Magistrum, A. Propter relationes tamen creaturarum in quantum sunt ad Deum, id est, in quantum habent Deum pro termino, non est necessū ponere alias relationes in Deo ex tempore terminātes istas, cū etiam in creaturis relatiuum non terminet dependentiam sui correlatiui, secundum relationē quæ denotat, sed sub ratione absoluti, vt terminus paternitatis nō est fili⁹ proformali, sed p materiali, vt

*In Deo est
relatio ratio-
nis nouæ, &
ex tempore.*

vt loquuntur. Potest nihilominus in Deo poni aliqua relatio rationis, licet illa nō terminet relationes creaturarum ad Deum, noua quidē & ex tempore, sicut illa quæ producit per actum intellectus nostri considerantis ipsam, & comparantis ad creaturas, vt Dominum creatorem, sed non noua aliqua per actum intellectus sui, quia nunquam est transitus de contradictorio in contradictorium sine mutatione: Sed si diuinus intellectus nunc consideraret voluntatem suam sub aliqua relatione, aut comparatione, sub qua prius non considerabat, esset transitus de contradictorio in contradictorium, esset igitur mutatio in intellectu diuino, quod est absurdum. Quamuis ergo diuinus intellectus formet relationem rationis, comparans essentiam suam, seu voluntatem ad creaturas, non tamen nouam, & ex tempore: Nam ab æterno confert voluntatem suam creaturæ, licet non pro æterno, & producit eam relationem rationis. Exempli gratia. Quemadmodū ab æterno diuinus intellectus comparauit voluntatem suam, vt creatiuam ad animam Antichristi, vt creabilem in aliquo tempore, sic æternaliter comparat voluntatem diuinam vt creantem ad animam Antichristi, vt actu existentem in illo instanti, in quo decreuit eam creare: hoc est sicut Deus præuidet ab æterno creandum Antichristum, sic præuidet se creantem illum in tali instanti in quo creabitur, & sic vtraque illarum relationum rationis (quarum vna est potentialis, & altera actualis) est æterna, licet

non pro æterno. Quamuis ergo aliquæ relationes rationis sint in Deo per actum intellectus nostri nouæ, & recentes, propterea tamen non sequitur accidens aliquod esse in Deo, aut mutationem, quia ipsius naturæ nihil accidit quod mutetur. Obiicies autem, Quidquid de Deo dicitur est Deus, & ex consequenti æternum, non igitur nouum nec ex tempore. Respondetur, quod quidquid est in Deo per identitatem est quidem eternū, sed non quidquid prædicatur de Deo per habitudinē alterius ad ipsum. Vnde Deus dicitur dilectus à nobis ex tempore, & cognitus. Sed quæres quonam pacto igitur ponitur Deus Dominus ex tempore secundum Augustinum, si nulla fuerit in Deo relatio terminas per se nouam relationem creaturæ. Respondetur quòd sola relatione noua, que est in creatura, & terminatur ad ipsam, ipsa denominatur, Dominus denominatione extrinseca, que est cum denominans nō est in denominato, veluti cum paries denominatur visus, visione quæ quidē non est in pariete, sed in sensu visus, cum sit operatio immanēs: Eadē quoq; denominatione denominatur ex tempore cognitus à nobis, & dilectus. Quemadmodū & opus ab homine confectū dicitur humanū, non propter aliquid humanitatis, quod sit in ipso opere formaliter, sed propter humanitatē, que est in homine, ad quē sanē ipsum opus habet habitudinē & respectum, sicuti effectus ad suā causam. His subscribit August. dicens, quòd tēporaliter Deus incipit dici Dominus, quod antea non di-

*Non quid-
quid in Deo
est, Deus est.*

*Lib. 5. de tri.
cap. vlt.*

*Denomina-
tio extrinse-
ca quid.*

*D. lib. 5. de
tri. cap. vlt.*

cebatur manifestum est relatiuè dici, non tamē secundum accidens Dei, quòd ei aliquid acciderit, sed planè secundum accidens eius (nempe creaturæ) ad quod incipit dici Dominus relatiuè.

DISTINCT. 30. QVÆSTIO 2.

*Virum Dei ad creaturam possit esse
relatio realis?*

Triplici ratione astrui potest in Deo non posse esse realem relationem ad creaturam. Primò ex summa ipsius simplicitate, quia enim Deus perfectè simplex est, nihil est in eo quòd nō est ipse, hoc est quod non sit idem sibi, secus esset ibi compositio: vnde Augustinus. Deus simplex est, quia hoc est quod habet, hoc est, quidquid est in Deo est ipse Deus. Deinde ex perfecta eius necessitate. In eo enim quod summè est necessariū nihil esse valet, nisi fuerit quoq; necessariū. At relatio ad creaturā nequit esse ens necessariū, non enim potest esse magis necessarium, quàm terminus à quo depēdet videlicet creatura, quæ est contingens. Tertio ex ratione infiniti, quandoquidē in eo quod est simpliciter infinitū, nihil potest esse quod non sit idem illi, alioquin non esset perfectissimum simpliciter: Sed nulla relatio realis ad creaturam potest esse eadem Deo, quod patet, quia nihil idem Deo est incorruptibile, sed omnis talis relatio ad creaturam est corruptibilis, cum eius terminus sit corruptibilis, nēpe creatura: nō enim potest relatio remanere realiter, suo termino desinente

*Relatio rea-
lis ad creatu-
ram nequit
esse in Deo.*

*Lib. 11. de ci-
uitat. Dei
cap. 10.*

DISTINCT. 31. QVÆ. VNICA
esse realiter, nulla igitur relatio realis potest ef-
se in Deo ad creaturam.

DISTINCT. 31. QVÆST. VNICA.
*Suntne identitas, similitudo & aequalitas in
Deo relationes reales.*

*Relatio rea-
lis habet tres
conditiones.*

AD relationem realem tria desideran-
tur duntaxat. Primum quod extre-
ma (fundamentum videlicet & ter-
minus) sunt realia. Deinde quod ex-
tremorum sit distinctio realis. Postremò quòd
huiusmodi relatio ex natura confurgat, & se-
quatur extremorum, absque alicuius potentia
opere, comparantis vnum extremum alteri.
Hæc autem idéitati, similitudini, & æqualitati,
vt sunt in diuinis, competunt, erunt igitur rea-
les rationes. Quòd autem eis competant pater
de singulis, & primò quidem de æqualitate,
cuius fundamentum propinquum est vnitas
magnitudinis, hoc est perfectionis diuinæ, infi-
nitas videlicet, remotum verò est ipsa essentia.
Deinceps extrema sunt re ipsa distincta, nempe
diuinæ personæ quæ dicuntur æquales. Vnde
Hilarius, Similitudo sibi ipsi non est, & Au-
gustinus ait, quod in filio est prima æqualitas
(pater enim produxit filium sibi æqualem, &
hac ratione æqualitas prius est in filio, quam in
patre tanquam in termino, & veluti in funda-
méto si loquaris de æqualitate, qua filius est pa-
tri æqualis) hoc autem non esset verum, si ali-
qua persona posset dici sibi ipsi æqualis, tunc

*Lib. 3. de
trinit. cir. fin.
Lib. 6. de
Trinit. ca. 9.*

*Identitas, si-
militudo &
æqualitas sūt
relationes
reales.*

LIBER PRIMVS. 83

enim pater prius esset æqualis. Ad hæc huius-
modi relatio consequitur personas ex natura
rei sine operatione alicuius potentie eas cõpa-
rantis, quia enim pater generans filium cõmu-
nicat eidem perfectè suã essentiam, idcirco cõ-
municat ei etiam eandẽ magnitudinẽ infinitã,
quemadmodum asseuerat Augustinus. Si dicis
(inquit) eo ipso patrem esse maiorem filio, quia
pater genuit, citò respondebo, Immo adeo pa-
ter non est maior filio, quia æqualem genuit.
Constat itaque æqualitatem in diuinis personis
esse relationem realem. Consimiliter dicendũ
est de similitudine quæ est in diuinis personis,
secundum essentiam, & deitatem, quatenus ef-
sentia, & Deitas est veluti quædam forma dans
illi esse, seu qua personæ sunt Deus: Similitudo
quoque est inter personas secundum attributa
omnia (vt sapientiã, iustitiã, bonitatem &c) quæ
sunt tanquã proprietates huius naturæ. Nam vt
ait Damascenus, Non natura, sed quæ circa na-
turam sunt dicuntur. Hæc autem similitudo ex
natura rei est in ipsis personis sicut & æqualitas.
Consimili modo & idéitas (seclusa intellectus
comparatione) est in diuinis personis relatio
realis, & perfecta identitas, & sufficiens extre-
morum distinctio. Vnde non reperitur perfe-
cta identitas nisi in diuinis. Socratis enim ad se-
ipsum non est perfecta identitas, quia ratio nis
tantum ad Platonem, ob id quòd fundamen-
tum non sit vnum numero, sed specie tantum.
Contra asserta obiicies Augustinum dicentem,
cũ quæritur secundum quid æqualis sit patri
Cap. 5.
*Lib. 5. de tri.
cap. 6.*

*Contra Ma-
ximianũ. lib. 3
cap. 18. 19.
& 20.*

filius. Respondetur, non secundū hoc q̄ ad patrem dicitur filius est æqualis patri, restat igitur, vt secundum illud quod ad se dicitur, sit æqualis, id est secundum substantiam, ergo æqualitas non dicitur secundum relationem. Respondetur, quod personæ diuinæ sunt æquales secundum essentiam fundamentaliter, non autem formaliter.

DISTINCTIO. 32. QVÆST. I.
An Pater, & Filius diligant se Spiritu sancto?

Amor in diuinis est quid essentialis, lib. 15. de trinit. cap. 5.

AMOR in diuinis est haud dubiè essentialis perfectio, tribus videlicet communis personis assertore Augustino, Ait enim quidquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam, est intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, eodem siquidem amore Pater, Filius, & Spiritus sanctus se, & creaturas diligunt, appropriatur tamen Spiritui sancto, perinde ac omnia, quæ ad voluntatem pertinent, & id quidem propter modum suæ emanationis, quia Spiritus sanctus procedit per modum amoris, vt puta per actum spirandi. Quo circa in hac locutione (Pater, & filius diligunt se Spiritu sancto) diligere sumitur partim essentialiter, & partim notionaliter, significat enim amorem appropriatū Spiritui sancto cōnotando eius productionē, quatenus enim actus ille amoris habet pro obiecto mediū, Deum ipsum, sed

& creaturas omnes, est quid essentialis, in quantum verò connotat productionē spūs sancti, est notionale. Sensus proinde prædictæ locutionis est iste, Pater & Filius diligūt se Spiritu sancto, Pater, & Filius producunt spūm sanctū, qui appropriatè est amor omnis necessariò amati, & in hoc sensu eum admittit B. Augustinus. Manifestum est inquit, quod nō aliquis duorum est, quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligitur, genitoremque suum diligit.

Lib. 6. de trinit. cap. 5.

DISTINCTIO. 32. QVÆ. 2.
Vtrum pater sit sapiens sapientia genita?

HÆC quæstio vt ait Augustinus mouetur, propterea quod dixerit Apostolus Christum Dei virtutē, & Dei Sapientia, pro qua explicanda obseruandum est imprimis, quod vna est sapiētia patris, filij & Spūs sancti, sicut vna essentia, quia sapiētia in illius naturæ simplicitate est esētia, Quocirca Pater, Filius & Spiritus sanctus sapiunt eadem penitus sapientia: Nam si esset alia, & alia, neutra esset perfectio simpliciter: Sic in tribus personis diuinis. Nihilominus, quanuis sapientia significet perfectionem essentialem, seu perfectionem simpliciter (vt dicunt) aliquādo tamen pro persona capitur, potissimū cum hæ determinationes (genitum, & ingenitum) illi adhibentur, vt cum dicitur in diuinis esse sapientia ingenita, & sapientia genita, genitum enim & ingenitum personas distingūt manente eadem prorsus sapiētia essentialiter dicta,

Lib. 6. de trinit. cap. 1. 1. Cor. 1.

perinde ac distinguunt, Deus genitus, & inge-
nitus manente omnino eadē deitate: Licet pro-
inde hæc propositio, Pater est sapiens sapientia
genita in sensu diuisionis sit vera, reddens hunc
sensum, Pater est sapiens, sapientia, & illa sa-
pientia est filius qui est genitus: Nihilò secius
in sensu composito, & simpliciter est falsa. Nā
aut sapientia accipitur pro suo proprio signifi-
cato, vt puta pro perfectione essentiali, & hoc
modo constat illam esse falsam, quia nulla per-
fectio essentialis in Deo genita est simpliciter,
quia omnis talis præuenit generationem acti-
uam. Aut sumitur pro persona filij, & hoc quo-
que pacto falsa est, quia filius non est patri for-
ma, aut principium sapiendi, quod tamen de-
notatur per illam propositionem. Adde etiam
& rationem Augustini, quam ponit Magister,
in diuinis hoc est esse, quod sapere, Igitur si sa-
pientia, quam genuit Pater, causa est illi vt sa-
piens sit, etiā vt sit ipsa illi causa est, hoc autem
est absurdum, alioquin sapientia genita non es-
set à patre, sed ab ipsa esset Pater. Quamobrem
D. Augustinus corrigit, quod dixerat, asseuerās
patrem esse sapientem ea quam genuit sapiētia.
Obserua præterea, vt exactè noueris vsum lo-
cutionum, quibus Patres hanc explicant mate-
riam, quod dicere variè accipitur, primò essen-
tialiter, id est vt competit trib⁹ personis, & hoc
bifariā: Vno modo, vt significat intelligere, &
sic Pater, Filius, & Spūs sanctus sunt vnū, vnum
dicens, id est vnū intelligēs, & hoc modo accipi-
tur ab Anselmo, qui sic ait, Nihil aliud est sum-

*Lib. de trinit.
cap. 1.*

*Lib. 1. retrat.
cap. 26.
Lib. 83. q. 23.
Tomo 4.*

*Dicere variè
accipitur.*

*Annotess.
cap. 63.*

mo Spiritui dicere, quā quasi cogitādo intueri.
Altero modo accipitur p declarare formaliter,
cōueniens etiā tribus personis, quib⁹ enim per-
sona (cū sit notitia infinita) est declaratiua om-
nis declarabilis, quādo quidem notitia actualis
est declaratiua obiecti, Appropriatur nihilo-
minus filio, ob id quòd producat per modū
notitiæ: Vnde Augustinus. Si enim (inquit) hoc
verbum, quod nos proferimus temporale, &
transitorio est, seipsum ostendit, & illud de
quo loquimur, quantò magis verbum Dei per
quod facta sunt omnia. Secundò capitur merè
naturaliter, seu personaliter, & idem est quòd
gignere: Et iuxta hanc acceptionē ait Richar-
dus, quòd solus pater dicit, & Augustinus di-
cens, quòd pater dicit verbum, in quo omnia
disposuit. Tertiò sumitur partim essentialiter,
& partim notionaliter, siue personaliter, & si-
gnificat declarare. Non quidem quatenus de-
clarare cōuenit alicui formaliter, sed principia-
tiuè, & secūdm hanc acceptionē ait Augusti-
nus, quòd pater dicit verbo, hoc est producit
verbum, qui appropriatè est notitia declaratiua
seu manifestatiua omnis declarabilis. Quam-
uis autè pater nō sit sapiens sapientia genita, fi-
lius tamen conceditur esse sapiens sapientia in-
genita, non quidem formaliter, sed principia-
tiuè (sic enim loquuntur) hæc enim propositio
hunc habet sensum, filius productus est à patre,
qui est sapientia ingenita, à quo habet, vt sit sa-
piens, nihil enim filius à se habet, sed omnia à
patre, per æternam recipit generationem.

*Lib. 7. de
Trinit. ca. 3.*

*Lib. 6. de
Trinit. c. 11.*

*Lib. 7. de
trinit. cap. 1.*

*Filius est sa-
pientia inge-
nita.*

DISTIN. 33. ET 34. QVÆ VNICA
DISTIN. 33. ET 34. QVÆ VNICA.
*Quenam est distinctio inter essentiam, personas,
& personales proprietates
in diuinis?*

*Essentia per-
sona & pro-
prietates in
diuinis di-
stinguntur.
Dist. 34. d.*

QUEMADMODUM diffusè traditum
est dist. 2. & 26. hæc quidem sunt ea-
dem re ipsa, & simpliciter, nec aliter ef-
se potest, propter perfectam simpli-
citatē diuinā, quæ consequitur ex perfectione
infinita illius naturæ quæ efficit, vt quæcunque
in ea sunt, sint illi realiter eadem. Vnde Augu-
stinus, quicquid est in Deo, est ipse Deus. Dis-
tinguntur autem formaliter adinuicem, pro-
pter varias realitates, seu conceptus quos de-
notant. Vnde & Magister, Tres personæ sunt
eiusdem naturæ, & eadem natura, non tamen
diffitemur aliquam distinctionem habendam
fore, secundum intelligentiæ rationem, cum
dicitur hypostasis, & cum dicitur essentia, quia
ibi significatur, quod est commune tribus, hæc
verò non. Est tamen hypostasis essentia & e-
contra: Fatemur ergo, inquit, vnum atque idem
esse tres personas secundum essentiam, differen-
tes autem proprietatibus.

DISTINC. 35. QVÆST. VNICA.
*Vtrum in Deo sint ideae, vel relationes aliqua ad
scibilia, vt quidditatiuè cognita, quæ
sunt rationes cognoscendi
ipsa scibilia?*

LIBER PRIMVS. 86

PLeraq; sunt hæc obseruāda, Imprimis
quod diuinus intellectus duplex ha-
bet obiectum, nempe primariū, quod
est diuina essentia, quæ & dicitur ob-
iectum adæquatum ipsius, & est ratio, seu causa
cognoscendi quodcunque intelligibile, & se-
cundarium, quod sunt ipsæ creaturæ cognitæ
quæ in intellectu diuino sunt obiectiuæ, quate-
nus ab eo apprehenduntur, & habent esse cog-
nitum, quapropter sunt obiecta terminatiua
duntaxat intellectus diuini, non autem motiua.
Namque ait Aristoteles, vilesceret diuinus in-
tellectus, si ab alio à se cognitionem reciperet.
Deinde est obseruandum discrimen inter cog-
nitionem nostram, & diuinam, quia nostra
ab obiecto dependet, ad quod refertur, secun-
dum tertium modum relatiuorū, sicut mēsurā-
bile ad mensurā, in quo nō est mutua dependē-
tia seu, relatio quia hæc relatiua non dicuntur
ad conuertentiam, sed obiectum est terminus
huius dependentiæ, sub ratione absoluta. Intel-
lectio autem diuina, cum sit mensura omnium
aliorum à se cognitorum, non refertur ad ipsa
obiecta cognita, sed e contrariō ipsa obiecta
vt cognita, ad diuinam referuntur intellectio-
nem, & ipsa est terminus huiusmodi relationis
inquātum intellectio ipsa est absolutū quidpiā.
Quāobrem etsi concedantur in Deo esse aliqua
relationes ad obiecta cognita, illæ tamen non
sunt priores obiectis cognitis inquantū huius-
modi, ita q̄ sunt rationes seu causæ cognoscen-
darū creaturarū distinctæ. Quod sic ostenditur:
Primò enī diuinus intellectus cognoscit essentiā

*Intellectus di-
uinus habet
duplex obie-
ctum.*

*12. Metaph.
Cognitio di-
uina differt
à nostra.*

diuinam. Secundo intelligit creaturam, & sic ipsam producit in esse intelligibili, & tunc est ratio rationis creature intellectæ ad diuinam intellectionem, sed nulla adhuc in intellectione diuina ad creaturam. Tertio intellectus diuinus potest comparare suam intellectionem ad ipsa obiecta cognita, & sic producere relationem rationis in ipsa intellectione in quarto instanti potest se reflectere super illam relationem rationis, & tunc erit cognita. Hinc igitur patet relationem rationis nõ esse necessariam ad intelligendum creatorem tanquam priorẽ creaturam, vt obiectũ, immò est posterior. Tertio est obseruandum quod idea, secundum Augustinum, est forma, vel ratio æterna in mente diuina, secundum quam aliquid est formabile secundum propriam eius rationem: Quæ quidẽ definitio sic explicatur: Deus enim cuncta producit, & producere valet, non quidem irrationabiliter, sed rationabiliter, habet igitur rationem, secundum quam vnumquodque producit, non autem habet eandem omnium, quia, vt ait August. ibidem, Alia ratione conditus est homo, & alia equus. Distinctis proinde rationibus singula format, & condit, & non rationibus sumptis à rebus. Nam Deus efficiendo nullo indiget alio à se, ergo rationibus quæ sunt in mente diuina, sicut cognitum in cognoscente: Quidquid autem est in mente diuina, in quocunque esse, siue rei siue rationis per actum intellectus diuini, illud est æternum, & immutabile. Hinc colligitur quod creatura,

Idea quid sit.

vt lapis, & homo cognita à Deo in esse cognito in mente diuina est idea, cū prædicta ideæ definitio illi cõpetat, sicut domus in mente artificis per speciem intelligibilem representata est idea domus, quæ cõstruitur ad extra. Hoc autem consonum est opinioni Platonis, à quo ideæ nomen accipit Augustinus, Posuit siquidem Plato Ideas esse rerum quidditates, quas si in mente diuina posuerit, quatenus videlicet habent illi esse cognitum, bene id quidem, Nam & hac in re subscribit illi Augustinus: sin autem eas posuerit per se existentes, & separatas, sicut illi Aristoteles imponit, malè asseruit: Nihilominus vt liberemus Platonem Magistrum, & diuinum Philosophum ab impostura Aristotelis ingrati discipuli, dicemus quod si aliquando Plato docuerit has Ideas esse separatas, non intelligit de separatione secundum locũ, aut reali, sed formali, & præcisua duntaxat, Quia videlicet huiusmodi quidditates in sua formali ratione præscindunt, ac abstrahunt à singularibus, & à loco, & à tempore: Sunt tamen in mente diuina, sicut cognitum in cognoscente, non quidem distinctè, secundum rem (cũ diuina essentia ex sua infinita perfectione, sit cuiuscunque rei producibilis representatiua) sed distinctè secundum rationem, iuxta distinctionem obiectorum, quæ à diuino cognoscuntur intellectu, quibus apertè correspondet in Deo vnitas diuinæ essentiæ, quæ eminenter omne continet producibile, id est identificantur ipsi diuinæ essentiæ secundum rem, per se autem consideratæ, sunt relationes ratio-

Idea secundum Platonem.

nis creaturarum cognitarum, ad intellectū diu-
 num: Nec ponuntur in Deo, vt sint intellectui
 diuino rationes cognoscēdi creaturas, cum pre-
 exigant creaturarum cognitionem vel forma-
 liter sint creaturæ in esse cognito, sed ponūtur
 in Deo tanquam rationes formandi, & produ-
 cēdi creaturas. Obiicies fortē illud Augustini,
 Tanta est vis in Ideis, vt nisi ipsis intellectis sa-
 piens nemo esse possit. Insuper ibidem asserit,
 quod istarum visione fiet anima beatissima, vt
 detur igitur q̄ sint rationes cognoscēdi crea-
 turas, & quod non sint relationes rationis, quia
 creatura non est fruendum. Respondetur,
 Diuum Augustinum loqui de sapientia perfe-
 ctissima, & beatitudine totali, quam quis habe-
 re potest, quæ sanè non habetur, nisi essentia
 diuina perfectissimè cognita: Diuina autem
 essentia non cognoscitur perfectissimè, nisi
 creaturæ, quæ in ea relucēt cognoscantur, quæ
 (vt iam dictum est) in quantum sunt à diuino
 cognitæ intellectu, dicuntur Ideæ. Et in istis
 non consistit beatitudo formaliter, inquan-
 tum relationes rationis, sed concomitanter, in-
 quantum sunt eadem essentiæ diuinæ. Vnde
 Augustinus, Beatus est qui te, & illa nouit, nec
 propter illa beator, essentialiter, licet bene ac-
 cidentaliter. Intelligendum est igitur quod a-
 nima harum visione sit beatissima, totali bea-
 titudine, beato passibili, essentiali videlicet, &
 accidentali. Licet enim beatitudo principalis
 consistit in essentia diuina, obiectiue tamen est
 aliqua beatitudo secundaria, & minus princi-

7. confesio.

palis in creaturarum notitia.

DISTINCT. 36. QVAEST. VNICA.

An creatura in quantum à Deo cognita habeat
 verum esse essentia?

Essē essentiæ rei alicuius, nihil aliud
 est, quàm ipsa rei quidditas, est enim
 illud esse quo dicitur, quod definitio
 indicat esse rei. Esse autem existentie
 est idem re ipsa cum esse essentiæ, connotans rem
 ipsam esse extra suam causam, hoc est productā
 esse in rerum natura. Essentia enim, & existen-
 tia rei non distinguuntur realiter, nec etiam forma-
 liter, propriè, quia existentia nullam dicit forma-
 litatē. Illa autem distinguuntur propriè forma-
 liter, quorū est alia & alia formalitas, nec tamen
 sunt idem formaliter, quia existentia non perti-
 net ad rationem formalem eius, aut definitio-
 nem cuiuscunque naturæ: Sed distinguuntur
 modaliter, videlicet sicut modus intrinsecus à
 ratione formali: Siquidem existentia est mo-
 dus intrinsecus essentiæ ipsius rei, quia neque
 variat ipsam, illi adueniens. Quamuis igitur es-
 sentia ordine naturæ, & perfectionis existentia
 precedat, non tamen ordine durationis. Quo-
 circa essentia rei creabilis nō est æterna, aut ne-
 cessaria, nec realis ante existentiam. Vnde con-
 sequitur quod creatura in quantum à Deo co-
 gnita ab æterno, seu creatura vt est fundamentū
 relationis æternæ ad Deū cognoscētē non ha-
 bet verū, id est reale esse essentia. Patet, quia esse
 essentiæ nō est magis fundamētū talis relationis
 esse essentia.

Esse essentia
& existen-
tia.Creatura, vt
à Deo cogni-
ta non ha-
bet verum
esse essentia.

quàm esse existentia, vtrumque enim est æqualiter ab æterno à Deo cognitum. Cognouit siquidem Deus æternaliter & essentiam, & existentiam ipsarum rerù, vnde Augustinus super Genesi, Non aliter nouit Deus facta, quàm facienda: Sed propterea nullus asseuerabit esse existentia creaturarum ab æterno fuisse, quare non hoc est admittendum de essentia. Nobiscù sentit Augustinus dicens hæc visibilia antequàm fierent, non erant, quomodo ergo nota Deo erant quæ non erant? Erât in Dei scientia, non erant in sui natura. Habebunt igitur tantum esse diminutù, hoc est esse cognitum, siue esse secundum quid. Quod si volueris hoc esse secundum quid reducere ad aliquod esse simpliciter, reduceretur ad esse intellectiois diuinæ; sed esse intellectiois non est formaliter esse illud diminutum creaturarum: Sed est esse earum terminatiuè pro quanto intellectus diuini est terminus relationis fundatæ in creaturis in secundo instanti, vt dictum est resol. præcedenti, vel principiatiuè, quatenus esse cognitum creaturarum est ab actu diuini intellectus.

DISTINCT. 37. QVÆST. VNICA.

Vtrum Deum esse præsentem vbiue secundum potentiam, inferat ipsum esse vbiue secundum essentiam?

Imprimis Deum vbiue esse satis superque ex sacris constat literis. Ait enim Psaltes regius, Si ascendero in cælum, tu illic es &c. *2. Esai. 66.* Elayas, Cælum mihi sedes est, Cælum & terram

ego

ego implebo. Accedunt & autoritates sanctorum patrù, quas vide apud Magistrù. Vnde & Alanus, De^o est sphaera intellectualis, cuius centrù vbiq; est (id est omnis creatura) & circūferentia nusquã. Est verò Deus vbiq; per essentiam, potentia, & præsentiam: Per essentia quidem est in qualibet creatura, propterea q̄ sit infinitus, & illimitatus. Deinde & quia omnis res vbiue fuerit, per eum habet esse, Ipse enim omnium est creator per virtutem suæ substantia. Vnde Psalmista, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Per potentiam autem, quia creaturam quam condidit conseruat in esse, & cum creatura vbiue operatur. Per præsentiam quoque vbiue esse dicitur idcirco, quòd omnia illi nuda, & aperta sunt, omnia enim eius notitia præsentia sunt. Vnde Psalmista, In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Quia verò in Deo est cum infinitate summa simplicitas, sic est in rebus omnibus quòd in qualibet earum est totus, perinde ac anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte, vt ait Augustinus. In sanctis tamen est modo quodã speciali & excellentiori, videlicet per gratiam

*Hierem. 23.**Cap. 1. illius**dist. proposit.**7. de maxi.**theologia.**Tom. 2. in ep̄**stol. ad Hie-**ronymu de o-**rigine anime**ep̄istol. 28.**1. Cor. 3. & 6**Toan. 14.**Apocal. 3.**Luc. 1.**Coloss. 2.*

M

Tom. 3. lib. 5. de genesi ad literam. c.

18.

tamen Deum esse vbiq̄ue per potentiam, non arguit, nec infert ipsum esse vbiq̄ue per essentiam. Nam & agentia naturalia agere possunt in ea quæ ab eis distant, nec sunt illis per suam essentiam præsentia, vt constat de pisce, qui rete detentus tremorem in manus inducit piscatoris. Deinde & sol in terræ visceribus mineralia, & metalla generat: Multo magis id posset Deus cum sit omnipotens, si per impossibile in determinato quodam esset loco. Obiicies Aristotelem dicentem, Omne agens est præsens passio. Respondetur, Id sanè verum esse de agentibus naturalibus, quæ per formas, & naturales qualitates agunt, quibus quidem nequeunt agere in remotius, nisi prius egerint in propinquius. Sol enim prius illuminat medium, & calefacit, quàm quidpiam in terræ visceribus generet: Sed ita non est sentiendum de omnipotentia diuina. Obiicies & Augustinum qui ait, Deus nõ est alicubi, quia in eo sunt omnia. Respondetur Deum nõ esse alicubi circumscriptiuè, quemadmodum corpora habentia dimensionem, aut definitiuè sicut angelici Spiritus, & humani, sed sua immensitate est vbiq̄ue.

DISTINCT. 38. QVÆST. VNICA.

An scientia Dei respectu factibilium sit practica?

Scientia practica quid requirit.

Quemadmodum ex quarta prologi questione constat, vt scientia aliqua dicatur practica, duo desiderantur, Primum

quod huiusmodi scientia nata sit electionem præcedere: Secundum, quod actus voluntatis, seu ipsa praxis conformis sit tali scientiæ, seu dictamini intellectus recto. Deinde non solum notitia conclusionis practica, quæ est propinquior praxi dicitur scientia practica, sed etiã notitia principiorum practicoꝝ (in quibus virtute continetur ipsa conclusio) ac notitia quidditatiua terminoꝝ (quæ virtualiter includit ipsa principia) est practica, licet non ita proprie sicut notitia conclusionis. Hæc autem sufficienter arguunt cognitionem contingentium, seu scientiam factibilium in intellectu diuino non esse practicam, quia talis cognitio voluntatis actum subsequitur. Quandoquidem omnis notitia diuina præcedens voluntatis actum est ei merè naturalis & necessaria. Quapropter si diuinus intellectus habuerit aliquam notitiam de praxi elicienda ante voluntatis actum, necessariò eam haberet, & cum eam obiicit voluntati, nequit voluntas non id velle, secus posset esse non recta, si non esset conformis dictamini recto, necessariò igitur id velle: Et ex consequenti opera trinitatis ad extra non essent libera, nec contingentia. Fatendum propterea quod ante voluntatis actum ab essentia diuina tantum offeruntur intellectui simplicia, & veritates necessariae, quæ in ipsis includuntur terminis, Quocirca voluntas diuina prius vult contingentia, quàm intellectus eam intelligat. Aduersus hanc assertionem obiicies illud Augustini, Verbum

Scientia contingentium in Deo non est practica.

est ars quædam omnipotentis, atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium, atqui ars est habitus practicus, ergo in Deo erit scientia practica. Respondetur, quod ars potest sumi bifariam, primò pro habitu apprehensiuo rectitudinis agendorum, licet non sit directius potentia operantis, hoc modo ars conceditur esse in Deo respectu factibilium. Nam post determinationem diuinæ voluntatis intellectus videt agendorum ordinem. Secundò accipitur pro habitu nedum cognitiuo rectitudinis agendorum, sed etiam directiuo potentia operantis, & sic est quidam habitus practicus, sed sic non est in Deo. Præterea obiicies quod Idea, secundum Augustinum, sunt rationes secundum quas formatur esse factibile, vnde consequitur in Deo esse notitiam practicam. Respondetur quod ideae sunt rationes factibilia repræsentantes, sed non continent virtualiter aliquam notionem practicam seu dictantem de agendo, vel non agendo: Notitia autem operabilium non est practica, nisi principia, aut cõclusionem practica includat.

Ars bifariam sumitur.

83. q. 7. 46.

*DISTINCT. 39. QVÆST. VNICA.
Potest ne cum determinata, & infallibili, & incommutabili certitudine diuina scientia stare rerum contingencia?*

Contingens esse est propositio per se nota.

Aliquod ens esse cõtogens est propositio primò vera seu immediata, & non demonstrabilis ppter quid, idcirco quod ens nõ habeat definitionem cõ sit extra gen^o per quã hæc

passio de illo in syllogismo demonstratiuo cõcludi possit, nec potest per aliam passionem priorem demonstrari, quia ordinem esse in ipsis entis passionibus non satis constat. Quamobrem Aristoteles arguens aduersus Stoicos, qui omnia necessariò euenire contendebant, non deducit ad aliquid impossibilius hypothesi, & positione eorum, sed ad aliquid impossibile nobis manifestius, vt puta quod non operet, nec consiliari, nec negotiari &c. Vnde concludit negantes huiusmodi manifesta, indigere pœna, vel sensu. Nam secundum Auicennam, negantes primum principium, sunt verberandi, vel igni exponendi, quousque concedant non esse idem comburi, & non comburi, aut vapulare, aut non vapulare. Prima autem radix contingentia est voluntas diuina. Nam cum sit prima, & perfectissima causa si ipsa necessariò ageret, nulla alia causa agere posset cõtogeniter, quandoquidem secunda causa operatur eo modo quo à prima mouetur. Insuper omnes effectus comproducentur à diuina voluntate, quare si ipsa necessariò agat, nullum erit contingens. Vt autem noueris quemadmodum in diuina voluntate sit ponenda contingencia, rationem desume ex nostra. Voluntas enim nostra, cum sit libera potest successiuè velle & nolle, id est diligere & odire, & hoc manifestissimum est. Deinde cum nostra voluntas sit prior prioritate naturæ suo actu, etiam cum est elicitus in illo instanti in quo actum elicit, est contingencia: quia voluntas, vt prior natu-

Lib. i. perihermin. c. vi.

Lib. i. metaph.

Contingentia causa.

raliter ipso actu, sic illum contingendo elicit, quod vt prior oppositum illius elicere posset. Libertatem igitur voluntatis nostræ concomitatur præsentia tam ad opposita successiuè, quã ad optata pro eodem instanti, hoc est quod alterutrum sine altero ponere valeat. Quapropter propositio hæc & similes, Voluntas diligens Platonem potest eum non diligere aut odire, distinguenda est, nam in sensu composito est falsa, significat enim quod retinens dilectionem Platonis possit simul & semel eum odire, aut non diligere, tunc enim contraria esset in eodem subiecto: Et duo contraria de eodem respectu eiusdem enunciarentur. In sensu autem diuiso est vera, quia denotat voluntatem successiuè posse illis actus oppositos elicere. Consimiliter de diuina dicendum est voluntate: Sicut enim nostra voluntas diuersis actibus in diuersa ferri valet obiecta, sic diuina voluntas vnico actu simplici, & illimitatò in quæcunque fertur obiecta, & in nullum necessariò fertur præterquam in suam essentiam, nam in omnia creata còtingenter fertur. Siquidem ipsa vt prior naturaliter suo actu, etiã cum ipsum elicit oppositũ elicere posset, non quidem quod possit in opposita obiecta simul coniunctim ferri, nam hoc implicat contradictionem, nec quod possit in ea successiuè, hoc enim mutabilitatem arguit, sed potest in opposita diuisim, id est in vnũ, vel in alterum. In eo enim instanti, in quo vult Antichristum esse, potest velle ipsum non esse. Reliquum est nosse quemadmodum cum

rerum contingentiã ster certitudo diuinæ sciẽtiæ, ad quod dicendum quod diuinus intellectus aut effert simplicia extrema, quorum vnio in re est contingens ipsi voluntati, aut si obiicit complexionem extremorum, obiicit eam veluti neutram, hoc est nec veram nec falsam, & voluntas vnã eligens partem, vt putã coniunctionem duorum extremorum efficit vt illud sit determinatiuè verum. Præsumptam autem determinationem diuinæ voluntatis, per quam contingens est determinatè verum, intellectus diuinus in diuina essentia illam cognoscit veritatem, & hoc quidem naturaliter, quantum est ex parte ipsius essentiæ, quia diuina essentia naturaliter repræsentat omnia vera, necessaria quidem in priori instanti, ante actum voluntatis: Contingentiã autem subinde post determinationem voluntatis: & sic essentia est ratio intellectui diuino omnia cognoscendi, quia eminentissimè, & perfectissimè omnia continet, & certitudo cognitionis diuinæ est ex determinatione diuinæ voluntatis, quam diuinus intellectus nouit immutabilem & nullatenus impedibile. Quocirca intellectus diuinus determinatè, certò, infallibiliter, ac immutabiliter omnia cognoscit etiam contingentiã. Omnia nuda &c. glos. id est, ex omni parte plenè visã. Nam quidquid est perfectionis in scientia, est attribuendum diuinæ scientiæ; sed certitudo, indeceptibilitas & cetera, dicunt perfectionem scientiæ, Quamobrem diuinæ scientiæ sunt ad-

Scientia diuina certitudo.

Hebra. 4.

Scientia contingens non est necessaria.

scribendæ, non tamen sit contingens necessarium, quia nec sunt vera necessaria, sed contingenter, & eo modo, quæ vera sunt, ab intellectu cognoscuntur. Cû prædicta autem certitudine diuinæ scientiæ stat rerum contingens: Nam sicut voluntas potest non velle aliquid contingens, sic intellectus illo modo potest non scire. Quia licet illud contingens per diuinam voluntatem sit determinatum ad esse, nihilominus quia illa determinatio (vt dictum est) libera est, & contingens, potest non esse tale contingens. Arguitur in futuris contingentibus assertore Aristotele, Nō est determinata veritas, ergo nec certa & infallibilis notitia: Antecedens autē astruit, propterea quod secus non oporteret negotiari, aut de aliquo consiliari, cū necessario illud eueniret. Respondetur quod in propositionibus de futuro non est similis veritas, sicut in illis de presenti, & præterito, quadoquidem in istis sic est determinata veritas, quod alterum extremum iam positum est in esse, & in quantum huiusmodi, nullo modo subest facultati ipsius causæ: In illis autem de contingenti non est talis determinatio. Nam tametsi intellectui diuino vna pars sit determinatè vera & etiam in se sit vera, non tamen ita quin sit in potestate causæ primæ pro illō instanti oppositum ponere, & ista indeterminatio sufficit ad negotiandum & consiliandum.

Lib. 1. perihermi. c. ult.

DIST. 40. QVÆST. VNICA.

Verum prædestinatus damnari possit?



Prædestinatio bifariam accipitur, Primò & propriè pro actu diuinæ voluntatis, quo rationalem creaturam ad æternam eligit vitam, seu decernit ac determinat se daturum illi in præfenti gratiam, & gloriam in futuro. Secundò accipitur fusiùs pro actu etiam intellectus diuini, pro præcognitione videlicet, quam habet Deus salutaris electorum, quæ quidem præcognitio concomitatur, & consequitur electionem. Quemadmodum autem dictum est resolutur præced. diuina voluntas circa ipsius creaturas liberè & contingenter sese habet, Quocirca contingenter saluandos prædestinat, & posset eisdem non prædestinare, non quidem ambo opposita simul, nec successiuè, sed vtrumque diuisum in instanti æternitatis efficere potest: Ex quo consequitur, quod is qui prædestinatus est damnari possit, quandoquidem ob prædestinationem non est eius voluntas in bonum confirmata, vt peccare nequeat, & conformiter in peccato perseverare, & tandem damnari, sed sicut potest damnari, ita potest non prædestinari. Hæc igitur propositio, prædestinatus potest damnari & similes, distinguenda est, secundum sensum compositum, & diuisum, In sensu enim composito falsa est, significans eum qui prædestinatus est, manente tali prædestinatione dam-

Prædestinatio quid sit.

Prædestinatus potest damnari.

nari, quòd vtique accidere nequit, In sensu autem diuiso vera est, & debet explicari per has duas categoricas, Is prædestinatus est, & is dånari valet, demonstrando in vtraque electum ad vitam æternam: vtraque inquam harum categoricarum vera est, non quidem, quòd duo opposita simul esse possint, aut sibi inuicem succedere, quia in æternitate est vtrumque: Sed dicuntur vera simul in quãtum actus diuinæ voluntatis consideratur, vt prior naturaliter, antequam transeat super tale obiectum (videlicet gloriam istius) In illo siquidem priori naturaliter non repugnat ei esse oppositi obiecti, imò posset esse æqualiter obiecti oppositi. Sed obiicies, esse præteritum est simpliciter necessariũ (Nam secundum Philosophũ, hoc solo priuatur Deus ingenerata facere quæ facta sunt) Atqui prædestinatio huius præterita est, cum ab æterno Deus eum prædestinaret, est igitur simpliciter necessarium hunc esse prædestinatum; & per consequens nequit Deus eum non prædestinare, nec ipse damnari. Respondetur, quòd hæc ratio cinationio falsum supponit, quia enim imaginamur actum diuinæ voluntatis velut præteritum, non concipimus libertatem eius ad actum huiusmodi. Actus autem diuinæ voluntatis non præterit, sed semper stat, quia instans æternitatis, in quo est talis actus semper præsens est: vnde a deo potest nunc Deus in instanti æternitatis aliquid velle, aut aliquem prædestinare, perinde ac si voluntas eius ad nihil esset determinata. Autoritas proinde Aristotelis accipienda est

Lib. 6. ethic.

de his quæ in præteritum transierunt, sicut est actus voluntatis humanæ: Prædestinatio autem huius non transit, quia in Deo idem prædestinasse, prædeitinare, & prædestinaturũ esse. Ista namque verba non con significant partes temporis mensurantis actum istum, sed con significant nunc æternitatis mensuras. Hunc actum quod nec est præteritum, nec futurum, sed coexistens omnibus istis. Iterum obiicies: Si prædestinatus damnari posset, hoc nõ eueniret, nisi per actum suum, posset igitur per actum voluntatis creatæ, diuinæ voluntatis actus impediri. Respondetur consequentiam nullam esse, quia non potest stare determinatio diuinæ voluntatis, cum opposito eius, quod determinauit: Nã sicut prædestinatus peccare potest, & damnari: Ita Deus potest eum nõ prædestinare, hæc enim se inuicem necessariò concomitantur: Tunc autem voluntas aliqua impeditur, quando stat in proposito, & non sequitur effectus.

DISTINC. 41. QVÆSTIO VNICA.

Est ne aliquod prædestinationis, aut reprobationis meritum?



DI VVS Augustinus asserit, quòd propter fidem, quam præsciuit Deus in Iacob, qua sibi esset crediturus, & infidelitatem in Esau, illum præelegit, & hunc non. & alibi ait, Cui inquit, vult meretur, & quem vult indurat: Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest, venit enim

In epistolam ad Rom.

Lib. 39. 3. quest. 68.

*Lib. 1. Retra
Esa. cap. 23.*

DISTINCT. 41. QVÆ VNICA
de occultissimis meritis. Sed hoc retractat, & aperte ostendit, quod si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio, & de fide ait illud non dixissem, si fidem inter dona Spūs sancti connumerare sciuissem. Vide Magistrum 2. cap. huius distinc. Henricus autem asseuerat bonum vsū liberi arbitrij à Deo preuisum, esse prædestinationis causam, & malum vsū eiusdem etiam à Deo præuisum, esse reprobationis rationem. Sed præter rationem id assertum videtur, cum Deus non præuideat aliquem bene vsurum libero arbitrio, nisi quia vult, & præordinat eum bene vsurum ipso libero arbitrio, Quandoquidem certa futurorum contingentium præuisio ex diuinæ determinatione voluntatis est, quapropter nõ prius illud intellectus præuidet, quam voluntas id ipsum determinauerit. Adde quod & hæc Henrici ratio non sit cõmunis, cum paruulis in pueritia discedentibus, quos non præuidet Deus bene aut malè libero arbitrio vsuros, competat. Fatendum est igitur veluti sacris literis magis consonum prædestinationis, & reprobationis (quatenus actus ipse est à Deo) nullam esse causam, aut rationem. Hoc patet, quia nihil temporale est ratio æterni, omne quod in prædestinato aut reprobato reperitur, temporale est, & ipsa prædestinatio & reprobatio æterna, id igitur quod in homine futurum, non est prædestinationis aut reprobationis causa. Huc accedit Apostolus, Elegit nos, inquit, ante mundi constitutionem. Et vo-

*Prædestina-
tionis, aut re-
probationis
nulla est cau-
sa.*

*ad Ephes. 1.
2. Timot. 1.*

cavit nos vocatione sancta nõ secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, & illud Ioannis, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Item ad Romanos, vbi argumentū hoc repetit altius, & fufius prosequitur sub exemplo Iacob, & Esau electorum simul, & reprobatorum conditionem sic tractat cum nondum nati essent &c. Fratres sunt Esau & Iacob iisdem geniti parentibus, eodem adhuc vtero conclusi: In illis omnia paria, diuersum tamen de illis Dei iudicium. Alterum enim asciuit, alterum verò reiecit: Sola erat primogenitura cuius iure alter alterum præcederet, atqui illa quoque præterita iuniori defertur, quod negatur maiori. Immo in aliis quoque destinato consilio primogenituram videtur semper contempsisse Deus, vt omnem gloriã di materiam carni præcinderet. Repudiato Ismaële animum ad Isaac adiicit, postposito Manasse Ephraï magis honorat: Causam si quæras hanc reddit Apostolus, Quia Moyfi dictum est, Miserebor, cuius miserebor &c. Verum ergo manet illud Augustini, gratiam Dei non inuenire eligendos, sed facere. Quauis autem prædestinationis non sit ratio aliqua, quatenus est à Deo, nec etiam ex parte prædestinati aliquo modo prior ista prædestinatione propter quam illa actio diuina magis terminetur ad hunc quã ad illum: tamen hoc modo est in reprobato aliqua reprobationis ratio. Primum satis assertum est, sed nihilominus hoc quoque medio satis asstrui potest. Omnis enim ordinatè volens

Ioan. 15.

*Homil. in
Ioan. 38.*

*Reprobationis
est aliqua ratio.*

finem, & media conducentia ad finem prius finire vult quàm media, quia nec media in quantum huiusmodi appetitur, nisi propter finem. Beatitudo autem est vltimus finis rationalis creaturæ, prius igitur vult illi Deus beatitudinem, quàm media ad eam perducentia, ex quo consequens est quòd nolit homini beatitudinè propter meritum aliquòd præuisum. Secundum autem vt puta, quòd sit aliqua causa reprobationis, ob quam videlicet ipsa reprobatio ad reprobum terminetur, vel hinc constat, quia damnatio non est bona, nisi quia iusta: Vnde Augustinus, Non prius est Deus vltor (actu intellige, vel præuisione) quàm aliquis sit peccator (actu vel præuisione) Est enim crudelitatis velle quempiam non præcedente culpa punire, Non vult igitur Deus aliquem damnare, nisi ob peccatum mortale præuisum, in quo vsque ad finem inclusiue præuideatur permanens. Quare nunquam Deus sine ratione ex parte reprobati, aliquem reprobatur. Et vt hoc apertius comprehendas, obserua quatuor instantia hac in re. In primo instanti vult Deus beatitudinem electis conferre, & tunc circa reprobos nullum habet actum. In secundo discernit se daturum electis gratiam, & ne adhuc quidpiam ordinat de reprobis, sed permanent illi in puris naturalibus. In tertio autem instanti vult permittere electos, simul & reprobos esse de massa perditionis. Et iste est primus actus diuinæ voluntatis circa reprobos: Ex quo sequitur reprobos futuros esse finaliter pecca-

*Lib. xi. super
genef. c. 24.*

*Prædestina-
tionis & re-
probationis in-
stantia qua-
tuor.*

tores præsuppositis negationibus prædictis, vt pote quòd in prioribus instantibus nõ decreuerit illis gratiam, & gloriam conferre. In quarto igitur instanti quando reprobi, vt finaliter peccatores diuinæ offeruntur voluntati, Deus vult eos damnare, & sic eos reprobatur: nec mirum si alius est ordo prædestinationis, alius reprobationis, quia omnia bona sunt à Deo, & ei attribuenda. Vnde illud, Omne datum optimum &c. mala autem nobis, Iuxta illud, Perditio tua ex te Israël &c. Quamobrem prædestinare aliquem sine causa congruit diuinæ bonitati, non autem aliquem reprobare in puris naturalibus, sed vt præuisum in mortali ex præfenti vita discessurum. Obiicies quòd si non sit alia prædestinationis ratio, præterquam diuina voluntas, hinc sequi ipsam non esse liberalissimam, optimam, propterea quòd non summè se communicaret, ex quo si vellet omnes saluarentur. Respondetur, Consequentiam nullam esse, quandoquidem decens est, vt aliquibus gratiam & gloriam communicet, & non aliis, vt sic ostendat se liberè, & non necessariò bona sua liberaliter communicare. Deinde obiicies non esse in Deo personarum acceptionem, quapropter non potius vnum, quàm alterum prædestinat, nisi præsupposita in eis quadam inæqualitate. Respondetur consequentiam quodammodo nullam esse, siquidem personæ vocabulo scriptura sacra nõ hominem significat, sed quæ in homine oculis conspicua, vel fauorem, gratiam, dignitatem conciliare, vel odium, con-

*Iaco. 1.
Oz. 13.*

*Personarum
acceptio quid
sit.*

DISTIN. 42. QVÆSTIO VNICA
 temptum dedecus conflare solent. Qualia sunt
 diuitiæ, opes, potētia, nobilitas, magistratus, pa-
 tria, formæ elegantia, & cætera huiusmodi: Itē
 paupertas, inopia, ignobilitas, sordes, contemp-
 tus, & similia. Sic Petrus, & Paulus personarum
 acceptorem nō esse dominum docēt, quia
 non discernit inter Iudæum, & Græcum, quo
 solius gentis ratione alterum respuat, ample-
 ctatur alterum. Sic Diuus Iacobus iisdem ver-
 bis vtitur. Secundo dum vult asserere Deum in
 suo iudicio diuitias nihil morari, non dicitur
 igitur personarum acceptio, nisi cū vna per-
 sona indebitē alteri præferatur, quandoquidem
 personarum acceptio non est in gratuitis, sed in
 debitis. Vnde Matthæus ait, An non licet mihi
 facere quod volo?

*Act. 10. &
 Rom. 2.*

Matth. 20.

DISTINCT. 42. QVÆ. VNICA.
*An Deum esse omnipotentem naturali ratio-
 ne possit probari?*



Omnipotens bifariam sumi potest. Primò iuxta morem Philosophorum pro virtute quæ mediatè, vel immediatè quæcunque possibilia produci possunt: Et hæc quidem omnipotentia naturali ratione astrui potest, perinde ac probatur vnam esse causam primam simpliciter infinitam: Sic enim probatur ex Aristotele, Deum esse infinitæ potentiæ: De quo vide resol. 2. dist. Altero modo accipitur iuxta morē theologo-

*Lib. 8. Phy.
 & 12. Metaphy.*

theologorum, pro virtute videlicet, quæ omnem effectum immediatè, seu sine concursu secundæ causæ producere valet. Et hæc omnipotentia Dei est purè credita in Deo: Nam ad eius notitiam nō peruenēre philosophi: Quocirca illa theologorū regula, Quidquid potest prima causa cum secunda, potest per se immediatè, nō est nota ex terminis neque ex naturali ratione, sed tantum credita. Quod si obiicias Richardum dicentem, ad omnia quæ fide tenemus, nō solum habemus rationes naturales sed necessarias, Ergo Deum esse omnipotentem omnipotentia Theologa (cū sit ex fide, & symbolo Apostolico, Credo in Deum patrem omnipotentem) naturaliter cognosci poterit. Respondetur, Rationes illas esse quidem necessarias, sed non sunt nobis euidenter notæ. Hoc etiam his mediis astruitur: Nā cū Philosophi Deum posse cōtingenter, & liberè agere naturali probare ratione nō potuerint, multò minus quòd omnem effectum immediatè producere possent. Deinde ipsi habuerunt veluti pro principio, vt patet ex Aristotele, quòd ex nihilo nihil fieret, saltem in ipsis generabilibus, & corruptibilibus, quare non cognouerunt Deum sic esse omnipotentem, vt absque concursu cuiuscunque causæ aliquem effectum efficere possent. Ideo asseuerant causam secundam concurrere necessariò cum prima causa ad omnem effectum, non quidem propter aliquam perfectionem effectui addendam, sed potius propter effectus imperfectionem, quatenus videlicet imperfectio,

*Omnipotētia
 Dei i theolo-
 ga est credita*

*Lib. 1. de tri-
 nit. cap. 3.*

Lib. 1. phy.

DISTIN. 43. QVÆSTIO VNICA
quæ in effectis reperitur, secundæ ascriberetur
causæ, & non primæ, à qua (cùm sit perfecta) ni-
hil imperfectum immediatè, vt ipsi constanter
asserant, produci potest.

DISTIN. 43. QVÆST. VNICA.
*An prima ratio impossibilitatis illi fiendæ sit
ex parte Dei, vel ex parte rei factibilis?*

*Impossibile
quid sit.*

RRARET dubio procul, qui imagi-
naretur impossibile esse vnum ens ali-
quod in rerum natura, perinde ac ne-
cessè esse, vnum est ens (Deus videli-
cet) Sed impossibile dicitur, quod repugnan-
tes includit partes, seu contradictoria, vt Chi-
mera, Hircocerus, & alia fictitia poëtica. Im-
possibilitas autem earum partium, est ex pro-
priis earum rationibus formalibus formaliter.
Ipsæ enim quidditates diuersarum naturarum
ex se formaliter repugnât, & sic propter repu-
gnantiam huiusmodi quidditatis sequitur im-
possibilitas totius figmenti. Quapropter pri-
ma impossibilitas rei fiendæ est ab ipsis quid-
ditatibus formaliter, & ab intellectu diuino
principiatuè, à quo habent suas rationes for-
males, Quandoquidem contradictio reducenda
est ad intellectum diuinum tanquam ad cau-
sam non contradictionis, sed partium possibi-
lium. Intellectus enim diuinus suam intelli-
gendi essentiam quidditates rerum intelligit,
& sic dat illis esse possibile. Esse enim cogni-
tum, quod est in actu secundum quid, conco-

*Possibilitas
verò unde sit.*

mitatur possibilitas ad esse simpliciter, Nulla
est igitur potentia respectu contradictionis, nõ
propter defectum diuinæ potentæ, sed pro-
pter repugnantiam rei. His consentit Ansel-
mus, Quia Deus, inquit, dedit perseuerantiam
bono angelo: Ideo bonus angelus habuit: Et
non quia Deus non dedit malo angelo, ideo
non habuit, sed quia malus non accepit.

*Lib. de casu
diaboli, ca. 3.*

DISTIN. 44. QVÆ. VNICA.
*Potestne Deus aliter rem facere, quam ab ipso or-
dinatum est fieri?*

PRimum omnium hoc obseruandum est,
quòd in agente per intellectum & volun-
tatem, quod quidem conformiter legi, re-
ctè agere potest, non tamen necessariò sic a-
git, sed posset aliter agere, oportet distin-
guere potentiam absolutam ab ordinata. Et
ordinata quidem dicitur quatenus agere po-
test iuxta ordinem à lege præfixum: Absoluta
verò in quantum potest agere præter illam le-
gem vel contra eam. Hæc igitur duplex po-
tentia non solum est in Deo, sed etiam in om-
ni rationali creatura. Quamobrem aiunt Iu-
ristæ, quòd quis potest quidpiam agere de fa-
cto, hoc est de potentia sua absoluta, vel de
iure, id est de potentia ordinata secundum iu-
ra. Agens autem in cuius potestate non est
rectitudo legis, quotiescumque agit potentia
absoluta contra legem, præfixam inordinatè
agit (sicut cùm homo agit contra legem diui-

*Potentia ab-
soluta, & or-
dinata.*

nam.) Quare potentia eius absoluta non potest excedere ordinatam, quod si excedat, male agit, Sed non agens illud in cuius potestate est lex & rectitudo legis, cuiusmodi est Deus: Eius enim potentia absoluta non est inordinata. Nam ideo aliqua lex est recta, quia est à Deo statuta, quia si statuerit alias leges, per voluntatem suam illæ leges rectæ erunt, & quod iuxta eas faceret leges, ordinatè haud dubiè fieret, licet non secundum ordinem prioris legis. Exemplum desume de principe, & eius subditis, ac lege ab eo condita, Principi enim legem hanc transgredi impunè (saltem quantum ad homines) licet, potentia sua absoluta, non autem subditis hoc licet. Item princeps legem, quam ipse statuit, reuocare potest, & aliam instituire, subditi verò id non possunt. Sic summus princeps Deus ipse leges aliquas vniuersales suo pte libero arbitrio instituit, vt verbi gratia, Quod omnis glorificandus prius haberet gratiam: Et cum agit secundum has leges, dicitur agere potentia ordinata. Cum autem non subsit legibus suis, potest aliter agere, quam ab eo fuerit ordinatum, & tunc agere dicitur potentia sua absoluta, vt si saluet Iudam, quantum ab eo decretum, quod qui in mortali ex humanis discederet, damnabitur, nec sic agendo, inordinate ipse ager, sed rectè, propterea quod lex & rectitudo legis, eius subest facultati: nulla namque lex est recta, nisi quatenus à diuina acceptatur voluntate.



MNIS potentia operatiua perfecta operari potest circa proprium sibi obiectum quodcunque, sicuti sensus visus integer quemcunque colorem intueri valet, & intellectus illesus omne intelligibile apprehendere potest. Cum igitur in Deo sit voluntas, & eadem summè perfecta, quia infinita, subsequitur quod ipsa omnem creaturam velle possit, non autem ex tempore id potest (sic quod prius non voluerat) cum sit immutabilis: Ab æterno idcirco omnia voluit, nec ipsa mutatio potest ascribi ipsi obiecto: quia obiectum, vt acceptatum à voluntate diuina, non habet esse, nisi quia est acceptatum ei, & quia habet esse in voluntate diuina, quocirca mutatio esset ipsius voluntatis diuinæ. Sed obiciet ex hoc consequi in voluntate diuina fuisse relationes reales ad creaturas ab æterno, quod factum ostendimus Resolu. distin. tertiæ. Respondetur hoc non consequi, quia voluntas diuina sub ratione merè absoluta, est terminus relationis rationis, quæ per ipsam diuinam voluntatem (cum & ipsa comparatiua sit potentia, perinde ac intellectus) producit, seu, vt dicunt, fundatur in creatura acceptata: Sicut & intellectus diuinus est terminus respectus rationis cognitorum ab

*Voluntas Dei
causa omnium.*

æterno, vt dictum est distinct. 35. de Ideis. Hæc itaque summè bona Dei voluntas causa est omnium quæ fiunt, vel facta seu futura sunt, quæ nulla præuenta est causa, quia æterna est: Ideoque causa ipsius quærenda non est. Qui enim causam eius quærit, aliquid minus ea quærit, cum nihil ea maius sit. Et hæc est ratio quam Diuus Augustinus adfert, illis qui quærit quare Deus voluerit mundum facere, & similia, dicens, quia voluit. Quod si pergant quære quare voluerit, non alia ratio, quam sola Dei voluntas adferri potest. Itaque non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hæc ergo sola est vnde ortum est quicquid est, & ipsa non est orta, sed æterna. Vide Magistrũ. Habeamus autem continuè ob oculos illud Apostoli, ô homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit, figmentum &c.

*Cap. 4. & 5.
huius distinc.
Rom. 9. cap.*

DISTINCT. 46. QVÆ. VNICA.

*Vtrum voluntas beneplaciti Dei semper impleatur?**Voluntas diuina duplex.*

Diuina voluntas bifariam accipi valet. Primò propriè, pro determinatione, seu dispositione, ac beneplacito diuinæ voluntatis, qua Deus decreuit efficaciter quidpiam fore: Et hæc vocatur voluntas beneplaciti, de qua Psalmista, omnia quæcunque voluit &c. Et alibi, dixit (id est voluit) & facta sunt, & illud Esayæ, Consilium meum stabit &c. Et illud Apostoli, Voluntati

*Psal. 113.
Voluntas beneplaciti quæ sit.
Esayæ. 46.
Rom. 9.*

eius quis resistit? Et illud, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona. tum illud, Num Dei possumus resistere voluntati? Hæc autem semper impletur, cum sit omnipotens, & immutabilis. Quod & hac ratione astruitur, Quando diuina voluntas, vltima determinatione decreuit aliquid fore, illud haud dubiè erit, cum diuina determinatione sit infallibilis, sed velle quidpiam voluntate beneplaciti, est postrema diuinæ voluntatis determinatio, quod igitur sic à Deo est decretum, eueniet; Præterea si causa vltimatè ad quidpiam producendum determinata non illud producit, hoc procedit aut ex impotentia, aut quia ab alio impeditur, aut quia mutabilis est, & mutatur, priusquam effectus producat, at nullum eorum in Deum cadere valet, adimpletur proinde perpetuò hoc Dei beneplacitum. Secundò accipitur Dei voluntas impropriè, secundum quandam dicendi figuram pro signis voluntatis diuinæ, quæ enumerantur suprâ, videlicet præceptum, prohibitio, consilium, promissio, & impletio, seu operatio: vnumquodque enim horum dicitur Dei voluntas, quia ista sunt signa, & indicia diuinæ voluntatis, quemadmodum & signa iræ dicuntur ira, & dilectionis signa, dilectio appellatur. Et dicitur iratus Deus, & tamen non est in eo ira aliqua, sed signa tantum quæ foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur, hæc idcirco vocatur voluntas signi, de qua Mattheus, Fiat voluntas tua &c. Et qui facit voluntatè patris mei qui in cælis est, ipse

*Voluntas beneplaciti semper impletur.**Voluntas signi quæ sit.**Math. 6.*

Pfal. 110.
Voluntas Dei
quare plurali
ter dicatur.

Pfal. 88.

Pfal. 13.

Voluntas Dei
signis nõ sem-
per impletur.

In lib. de spũ

& litera

cap. 33. in 10.

3.

Deuteronom. 5.

Matth. 23.

Gen. 22.

Matth. 8.

& Mar. 1.

frater meus &c. Et Psalmista, Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius; vbi voluntas Dei, licet sit vnica, & simplicissima, pluraliter tamen dicitur, propterea quod variis modis, ac pro diuersis accipitur, perinde ac propter varios effectus diuinę misericordię, & iustitię idem Psalmist. excellentissimus propheta ait, Misericordias Domini in æternum cantabo. & alibi, Iustitię Domini rectę &c. Porro hæc Dei voluntas non semper impletur; multa enim contra Dei præcepta, consilia &c. fiunt. Vnde Augustinus, Infideles (inquit) cõtra Dei voluntatem faciunt, cum eius euangelio non credunt. & illud Deuteronomij, Quis det eis talem habere mentē, &c. & illud Matthęi, Quoties volui congregare &c. Cum autem signum signato conforme esse debeat, obferua vnumquodque prædictorum signorum voluntati beneplaciti ipsius Dei fore conforme, secundum sensum, qui in eis signis à Deo præuidetur, tametsi non semper sit conforme, iuxta iudiciũ ipsius hominis, cui illa signa præsentantur: Sicut exempli gratia, Deus Abrahę præcepit, vt immolaret filium, nec tamen voluit, nec ideo præcepit, vt id faceret, sed vt Abrahę probaretur fides. Et per Esayam denunciavit Ezechię mortē, innuens secundum exigentiã secundarum causarum eum moriturũ esse, quanuis non esset moriturus, iuxta decretum præscientiæ Dei. Saluator quoque in Euangelio præcepit sanato nẽ cui diceret. Ille autẽ prædicauit vbique, intelligens Deũ non ideo pro-

hibuisse, quin vellet opus suum prædicari, sed vt daret formam homini humanam declinandi laudem. Magister hæc pertractat Distinct. 45. Prædictis repugnare videtur quod ait Apostolus de Deo, quod velit omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes consequuntur salutem æternam, quia multi sunt vocati, pauci verò electi, Igitur Dei voluntas non perpetuò impletur. Respondetur, Deum quidem, quantum est ex se, velle omnes salutem consequi, & voluntate sua antecedente, (vt loquitur Damascenus) pro quanto dat omnibus antecedẽtia ad salutem consequendam, vtpote naturam intellectualem, leges rectas, & adiutoria communia ad salutem sufficientia: Offert enim omnibus gratiam, ac bonis omnes præuenit inspirationibus, secundum illud Apostoli, Ego sto ad ostium, & pulso: non tamen vult omnes saluare voluntate consequenti, quia eos qui in mortali discedunt, non saluat. Exemplum desume de principe statuente optimas leges subditis, qui cupit omnes pacificè viuere iuxta illas leges, & nullius expetit mortem, quantum est ex se, tamen si quispiam leges transgrediatur vult illum puniri, & mori, si expediat. Deinde obiicies & illud Matthęi, Quoties volui congregare filios &c. Respondetur consimiliter. Diuus enim Damascenus diuidit voluntatem Dei beneplaciti, in antecedentem, seu conditionalem (qua vult, quantum in se est, omnium salutem) & absolutam siue consequentem, qua determinatè vult aliquid, quod nouit certò

1. Timoth. 2.

Apoc. 3.

Matth. 23.

Voluntas beneplaciti duplex.

DISTINCT. 47. QVÆ VNICA
euenturum. Alium sensum vtriusque loci vide
apud Magistrum initio huius distinct. 46.

DISTINC. 47. QVÆST. VNICA.
*Est ne diuinæ voluntatis actus diuina
permissio?*

*Permissio vā
riè accipitur.*

*Matth. 19.
cap.*

Psal. 4.

*Permissio nō
est actus po-
sitius vo-
luntatis.*

Permissio quidem bifariam accipitur:
Primò enim permittere idè est, quod
non punire, vt apud Matthæum, Ad
duritiam cordis vestri permittit vobis
Moses libellum repudij, quia videlicet non pu-
niebat. Secundò idem est, quod non prohi-
bere: Vnde glossa super illo, Irascimini, &
nolite peccare, ait, permittit quod necessitatis
est. Tertio permittere idem est, quod non co-
hibere, siue non impedire, & hoc modo per-
missio dicitur signum diuinæ voluntatis cohi-
bendi omnis effectus, qui sit contra præceptū
Dei, vt Iudæ proditio, & sic accipitur impræ-
sentiarum, & nihil aliud est quàm negatio a-
ctus diuini positiui, hoc est non velle prohibe-
re illud fieri, & per consequens non est actus
positiuus. Quòd si obiicias Deum volentem
sinere hoc fieri quod permittit: Respondetur
quòd non habet velle rectum circa illud, sed
actum reflexum, qui vult se negatiuè habere
hoc est non impedire: Offeritur enim volun-
tati diuinæ hunc peccaturum, vel peccare, &
ipsa voluntas primò non vult hoc, nec velle
potest. Secundò intellectus diuinus intelli-
git voluntatem non velle hunc peccare, & tunc

LIBER PRIMVS. 102

voluntas reflectitur supra se, seu supra actum
suum, & tunc vult se id non velle, & hoc est
voluntariè sinere hunc peccare. Permittere
enim hunc peccare est non velle hunc peccare,
cùm tamen posset prohibere, & sic prohibere
cùm possit est permittere. Ex hoc consequitur
Deum voluntariè velle aliquem peccare, non
tamen voluntariè primò, sed tantum volunta-
riè actu reflexo. Ad permissionem igitur, qua-
tenus est in Deo tria concurrunt, Primum quod
nouerit illud malè fieri: Nullus enim dicitur
permittere, quod ignorat. Secundum est non
velle malum fieri, & istud nihil aliud est quàm
negatio actus positiui in voluntate. Tertium
est velle reflexum, quo diuina voluntas vult se
non velle malum fieri, & ratione huius dicitur
Deus volens permittere formaliter, seu ip-
sa permissio significat illud non velle, alia verò
duo concomitanter se habent. Permittit au-
tem Deus, & quidem iustè, mala fieri multipli-
ci ratione. Primò quidem propter exigentiam
meritorum. Iustitia enim exigit, vt qui ab
no peccato non vult abstinere, in aliud ruere
permittatur. Secundò, vt homo ex considera-
tione suæ ruinae cautior & submissior resurgat,
vt patet de Dauide, Petro &c. Vnde Psalmi-
sta, Priusquam humiliarer ego deliqui. Ter-
tiò ad suæ iustitiæ manifestationem, quæ in
malorum punitione, proinde ac in malorum
remuneratione relucet. Psalmista, Vniuersæ
viæ Domini misericordia, & veritas. Quarto

*Ad permissio-
nem tria re-
quiruntur.*

*Quare Deus
mala permit-
tit.*

In enchirid. c. II. tom. 3.
 ad suæ sapientiæ, & potentiæ manifestationem in eo quòd bona de malis eliciat. Vnde Augustinus, Deus omnipotens cui rerum est summa potestas, cum summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens, & bonus, vt beneficeret etiam de malo. Item in eodem, Melius iudicauit Deus de nobis bona facere, quàm mala nulla permittere. Sunt enim mali in exercitium bonorum, & ex ipsorum malitia, & impugnatione elicit Deus victoriam martyrum, aliorumque iustorum coronam. Quintò, quia docet Deum gubernare creaturas, secundum conditiones quas eis indidit. Vnde Augustinus, Deus creaturas quas condidit sic administrat, vt eas proprios motus agere sinat: Sed homini liberum dedit arbitrium, Decet proinde vt eum permittat delinquere, ipse homo si velit. De his vide latius Magistrum distinct. 46. cap. 4. & sequ. vnà cum scholiis. Obiicies illud Apostoli, Digni sunt morte &c. In quem locum glossa, Consentire est permittere, quando quis impedire potest: Sed Deus potest impedire malum, Ergo si permittit, consentit & malè agit. Responderetur, quòd quando quis sic permittit malum, quòd non cohibet, vel impedit, nec transgressorem arguit nec punit, cum tamen possit, is consentit & male agit: Deus autem licet non cohibeat malum fieri, peccatores tamen arguit & punit.

Lib. 7. de ciuit. Dei.

Rom. 1.

Vtrum voluntas creata diuinæ se conformans voluntati semper bene moraliter agat?



Voluntas creata quauis diuinæ voluntati sit conformis in voluto (vt loquuntur) hoc est in actu & obiecto duntaxat, nõ propterea bene agit, velut si malus filius velit mori patrem, velit etiam hoc Deus, vt cum Iudæi vellent Christi mortem ex inuidia: Quandoquidem, vt ait Diuus Dionysius, Bonum est ex integra causa, malum verò ex singularibus defectibus. Et Aristoteles asserit actum non esse bonum moraliter, nisi concurrentibus omnibus debitis circumstantiis. Sed quæcunque voluntas creata diuinæ voluntati conformis est, nedum in voluto (vt aiunt) seu in obiecto & actu, sed etiam in ratione volendi, sic videlicet, quòd vult illud quod diuina voluntas vult eam velle, & eo modo quo vult eam velle, tunc est bona & recta. Veluti cum pij fideles Christum mori volebant, propter hominis liberationem & martyrum passiones, vt fides Christi confirmaretur, & eis præmia accrescerent: Nihilominus etsi voluntas creata absoluta teneatur velle absolute voluntate deliberatiua pœnas à Deo infligtas, & cuncta quæ scimus Deum velle, quia secus repugnaret diuinæ voluntati, quod nunquam licet: voluntate tamen conditionali siue quantum in nobis est, potest oppositum velle,

Voluntas creata diuinæ se conformans bene semper agat.

Lib. de diuinitis nom. c. 4.

Li. 2. Ethic. cap. 5. & li. 3. ethic. cap. 3.

vt puta si Deo placeret, quia etiam diuina quãrum in se est voluntate antecedenti vellet huiusmodi pœnas non infligere. Obiicies autem quòd quotienscunque intellectus creatus diuino est conformis intellectui in obiecto cognito, tunc est in eo veritas, Ergo etiam in voluntate creata, quancuncque diuinæ conformatur voluntati in obiecto, & actu, seu (vt loquitur) in volito est bonitas. Responderur, non esse simile, quia veritas intellectus creati ab obiecto duntaxat dependet, sic quòd obiectum ita est, sicut intelligibile ibi est veritas: Ab eo enim quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa, secundum Aristotelem. Bonitas autem voluntatis non præcisè dependet ab obiecto præsentato acceptato, sed etiam à circumstantiis, & præcipuè à fine: Quandoquidem omnis nostra actio potissimè ordinata est ad finem vltimum, qui est α & ω , principium & finis: Cui sit honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

*Lib. 1. peri.
herm.*

Amen, Deo gratias.



RESOLUTIONES SECVN-
DI SENTENTIARVM THEOLO-
gorum principis Scoti.

LIBER SECVNDVS.

DISTINCT. I. QVÆST. I.

*Est ne creaturarum productio à tribus necessa-
riò personis?*



Primum omnium hinc obseruandum est, diuini intellectus pariter & voluntatis duplex esse obiectum, primum videlicet, seu principale, quod est ipsa diuina essentia, & secundarium, nempe creatura, quæ quidè ex sese non est ipsius Dei obiectum, sed producitur in esse obiecti (quod aiunt) seu fit obiectum per diuinum intellectum & voluntatem. Deinde iuxta illud duplex obiectum assignanda quoque sunt duo naturæ instantia (quæ nonnulli signa, alij ordines nuncupant) sed perinde est. Cum enim constat de re, assertore Augustino, non est facienda vis in sermone. Primum instans est, cum diuinus intellectus, & voluntas feruntur circa primum obiectum nedum actu operatiuo (qui refert actum immanentem creaturæ, ob id vel maximè, quod nihil eo producitur) sed etiã actu productiuo, quo di-

*Obiectum in-
tellectus, &
voluntatis di-
uine duplex.*

*Instantia duo
naturæ in di-
uinitis.*

tuine producitur personæ. Alterum instans est, cum diuinæ illæ potētiae, intellectus & voluntas circa creaturas feruntur. Hinc consequitur productionem diuinarum personarum completam esse prius natura, quàm creaturæ ipsæ cognoscantur, & producatur. Quocirca verbum diuinum non producitur de notitia creaturarum, nec Spiritus sanctus de earum amore, sed solius essentiæ, & naturæ diuinæ. Diuinus igitur intellectus, ac voluntas communicata sunt à patre aliis personis, priusquam producantur creaturæ. Quamobrem earum productio à tribus est necessariò personis, nedum quantum ad earum verum esse & reale, sed etiam quantum ad esse cognitum, & amatum (ita enim loquitur) Hoc autem astruitur ex illo Ioānis, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. & subsequitur, Quæcunque ille facit, & filius similiter facit. & ex eodem Ioanne, Omnia per ipsum facta sunt. & in Genesi pater alloquitur filium & Spiritum sanctum, Faciamus hominem &c. Huc accedit Diuus Augustinus dicens, Sicut pater & filius ad Spiritum sanctum sunt vnum principium, sic omnes tres sunt vnum principium creaturæ ad ipsam producendam. Ratio adnecti potest: personæ enim diuinæ plus conueniunt, quàm substantia, & virtus in creatura: Atqui hæc in operatione separari nequeunt, ergo nec diuinæ personæ. Præterea principium duarum productionum necessarium, videlicet & contingentis necessariò, est prius principium necessariè, quàm cōtingentis, In diuinis autem quod-

Creatura à tribus necessariò producitur personis.

Ioan. 5.

*Ioan. 1.
Genes. 1.*

Lib. 5. de trin. cap. 14.

quodpiam est principium productionis intrinsicæ (quæ est contingens) Necessariò igitur prius est in diuinis principium productionis ad intra & necessariæ, quàm ad extra, & contingentis. Porro ratio, ob quam creaturæ à tribus necessariò producantur personis, non est propterea quòd Filius, & Spiritus sanctus (vt nonnulli perperam asseuerant) sint rationes formales proximæ creandi, hoc est, instrumenta, seu media, quibus creaturæ producantur, aut quòd sint auxilio ipsi Patri, quasi solus id non posset: Sed idcirco quòd diuina natura prius naturaliter communicatur tribus suppositis diuinis, quàm creatura produci possit. Quapropter in secundo instanti naturæ, in quo creatura est producibilis vis, id est, voluntas diuina productiua illius est in tribus personis eadem, & vnica, ac simplicissima, perinde ac dictum est. 12. distinctione primi, Spiritum sanctum necessariò à Patre, & Filio procedere, non ob id quòd vis spiratiua sit in vna persona imperfectior, quàm in duobus, sed quia fecunditas illa prius filio conceditur, quàm Spiritus S. spiretur. Quare cum Spiritus sanctus spiratur (cum vna, & eadem in vtroque sit virtus spiratiua) à duobus producitur. Quauis autem creaturæ à tribus necessariò creentur personis, nihilominus si vnica esset in diuinis persona, posset illa omnes producere creaturas, quia ipsa omnipotens esset, & infinitæ virtutis: na. siquidem pater nihil à filio, & Spiritu sancto recipit, sed à seipso habet, quidquid est. His consentit Richardus, Si tantum (inquit) esset vna per-

Creare se. vnica perso-

na. Lib. 3. de Tri. cap. 16.

sona, adhuc esset in ea plenitudo potentia, & sapientia. Obiiciet fortasse, Omne essenziale in diuinis prius est personali, atque creaturarum productio actiua est quid essenziale (cum sit communis tribus) praecedit igitur personarum emanationem, cum earum productio sit actus alterius tantum, aut duarum personarum. Respondetur, licet quodcumque essenziale ad se, & absolute sumptum notionale praecedat, non tamen ut habet habitudinem ad creaturas producendas, seu quatenus producit creata: Sic enim diuinarum productionem personarum praesupponit. Quando enim est aliquod efficiens actiuum ordinatorium (ut ostensum est 12. distinct. quaest. 1. primi) non prius producit actum remotum, quam prior actus productus fuerit, ut constat de anima, quae non prius aliquid amore prosequitur, quam illud ipsum intellexerit, & nouerit. Nihil enim est amatum, nisi praecognitum. Constat enim de sole, qui prius illuminat partem orientalem, quam meridionalem, & occidentalem. Consimiliter dicendum est de productione personarum, & creaturarum.

DISTINCT. I. QV. 2.

Potestne Deus quidpiam creare?

Creatio rerum
latuit Philosophis.

Genes 1.

Non absre profecto haec mouetur quaestio, cum eius veritas Philosophos soli naturali innitentes rationi, olim latuerit. Nunc autem cuilibet est manifestata fideli ex sacris literis, maxime ex Genesi, ubi habetur: In principio Deum creasse caelum, & terram. & ex Ioane, Omnia per ipsum

sum &c. Quod quidem ut manifestius appareat: *Ioan. 1.* obserua imprimis quod creare est aliquid de nihilo producere, id est, nullo praesupposito (ut interpretatur Anselmus) creationi enim non praesupponitur aliud efficiens ab ipso Deo, nec aliqua materia. Quocirca praepositio (de) in praedicta definitione denotat habitudinem ordinis tantum, non autem habitudinem causae efficientis, aut materialis (sic enim loquitur Anselm^{us}) hoc est, quod non esse creaturae, praecedat esse. Hoc autem bifariam intelligi potest: Primum quod non esse praecedat esse ordine naturae tantum, & hoc modo etiam Philosophi admittunt Deum creare posse, & orbem vniuersum creatum fuisse, licet ipsum esse eternum asseueret, ut patet per Auicennam. Altero modo accipi potest, quatenus denotat ordinem durationis, seu temporis, sic videlicet quod non esse praecesserit in aliquo tempore ipsum esse, & hoc pacto Theologi concedunt mundum fuisse creatum de nihilo, nec esse eternum. Philosophi autem diffidentur creationem hoc modo acceptam, quandoquidem asserunt Deum necessarium producere, quidquid immediate producit & nullo praeracto. Quod autem mediate producit aliquo praesupposito illud operatur, quia medio causarum secundarum, quare secundum ipsos Deus nihil contingenter creat. Sed hac in re pessime aberrarunt Philosophi. Obserua nihilominus quod aliquid de nihilo produci dupliciter accipi potest: Primum ut intelligatur de nihilo omnimode, ut puta tam in esse simpliciter, quam in esse secundum quid, & sic nihil creatur de nihilo in rerum natura, quia praesuit in esse cognito amato, & possibile in intellectu, & voluntate ipsius Dei. In illo

Creare quid sit.

In monologio, cap. 8.

6. meta. c. 2.

tamen esse cognito, & amato fuere quidem de nihilo producta, sed huiusmodi productio non est creatio, cum non sit productio ipsius rei simpliciter, sed secundum quid. Secundò accipi potest, ut intelligatur quidpiam fieri de nihilo simpliciter, quod nihilominus est aliquid secundum quid, hoc est, inesse cognito, & hoc modo accipitur ratio creationis, ut puta quòd sit productio de nihilo, & soli Deo competit, ut patet ex Augustino dicente. Neque boni Angeli neque mali creatores esse possunt alicuius rei, & multo minus hoc possunt aliæ creaturæ. Huc accedit quòd nullum agens potest quidpiam creare, nisi cuius voluntas est sua potentia. Cū enim creatio sit alicuius de nihilo productio, quòd creatur solo voluntatis imperio fit, nullius autem agentis (preterquam ipsius Dei) voluntas est sua potentia, quare nec creare poterit. Vide latius Resolut. distinctione 1. quæst. 1. quarti libri senten. &c. Arguitur, Si quidpiam recenter producitur, hoc ideo fit, quia aliquid aliter se habet nunc quam prius, hæc autem mutatio nequit adscribi ipsi passo, quia nihil illius ex definitione creationis præfuit, nec ipsi Deo, cū sit immutabilis, Apud quē nō est trāsmutatio, &c. Nihil igitur creari potest. Respondetur, agens voluntarium (cuiusmodi est Deus) antiqua volūrate, id est, qua semper habuit nouum, absque sui mutatione affectum producere valet, facta tamen immutatione ex parte creaturæ, quæ acquirit esse, post non esse. Deus itaque unitate, qua ab æterno voluit creata definito consistere tempore, ipsa iuxta cō-

Lib 3 de Tri.

Iacobi 1.

filium voluntatis suæ æternum temporaliter produxit. Iuxta illud Apostoli, Qui operatur omnia, secundum consilium voluntatis suæ. Arguitur secundò de generatione, idem manens idem, semper natum est facere idem, ut ignis naturalis calefacit, non erit igitur in effectu variatio, nisi prius fuerit in natura. Respondetur, Philosophum loqui de agente naturali, non autem de agente libero, cuiusmodi est Deus ipse. Ephes. i.

DISTINC. I. QV. 3.

Potuitne mundus, aut creatura aliqua ab æterno à Deo produci?

Variè dubio procul hac in re Theologi, & Scot⁹ problematicè hæc pertractat quæstionē, rationes vtriusque diluens, & cum parui, aut nullius sint momenti, id latius per scrutari dubij, certitudini illius scientiæ relinquimus ei, cuius est imperscrutabilis consilij celsitudo, liberè profitentes non esse impossibile apud Deum omne verbum. Luc. 1.

DISTINCT. I. QV. 4. Q. 3.

Vtrum Angeli creatio eadem sit ipsi Angelo.

Variè quoque de relationib⁹ fenserūt doctores, non de fuerunt enim imprimis, qui ne-

Relatio an sit eadem fuit damento.

garent relationem omnem esse quid in re, sed tantum in actu intellectus, sed hi maxime aberrarunt, Nam hinc consequitur ipsum vniuersum non esse quid vnum, quandoquidem eius vnitas (quæ est quædam relatio) secundum Philosophum consistit in ordine partium ad inuicem & ad primum ens. Quocirca illis obiici potest illud Philosophi, quod inconnexam faciunt orbis substantiâ: Ad hæc destruunt omnem compositionem realem, hæc enim partium vnionem requirit, quæ si solum esset in intellectu, nullum esset profus compositum reale. Deinde suere qui admiserint quidem, quasdam esse relationes reales, sed negarunt aliquam esse: quæ à suo reipsa distingueretur fundamento, & illi quoque in secundo errarunt membro: Quodoquidem realiter ea distinguntur, quæ sic se habent quod vnum absque alio esse potest, atqui nullæ sunt relationes sine quibus nullatenus repugnat fundamento earum esse, cuiusmodi sunt paternitas, similitudo, &cætera. Non omnis igitur relatio est eadem suo fundamento. Quapropter media hæc via incedendum, vt concedamus plerasque esse relationes reales, & reipsa à suis distinctas fundamentis, & nonnullas esse huiusmodi, quæ eadem sunt realiter suis fundamentis, nec deesse, quæ sint relationes rationis. Relatio tamen communis omni creaturæ (cuius terminus est ipse Deus) eadem est realiter ipsi creaturæ, quæ eius est fundamentum, distincta nihilominus forma-

12. Meth.

12. Meth.

liter. Hoc astruitur, Nam quod sic alicui competit, vt sine eo ipsum esse nequeat est vna, & eadem res cum illo: Atque huiusmodi relatio sic creaturæ inest, vt sine ea creatura esse nequeat, est proinde illi eadem reipsa. Prima tamen huius ratiocinationis propositio intelligitur, dum modò inter ea non sit essentialis dependentia, quæ manifestam efflagitat distinctionem, vt patet in reatiuis, in quibus est mutua dependentia, quæ profectò realiter distinguntur, quamuis vnum absque altero esse non possit. Quod autem prædictæ relationes à creatura formaliter distinguntur, patet, quia respectus, assertore Aristotele non est re ratione absoluti, nec è contrario cum autem creatura permanere nequeat, nisi à Deo ipso in esse conseruetur iuxta illud, Portans omnia verbo virtutis suæ &cætera. Eadem erit relatio creaturæ ad Deum creantem. Creatio igitur passiuæ Angeli ad Deum ipsum terminata, eadem est reipsa ipsi Angelo.

4. Meth.

He. 1.

DISTINC. I. QV. 6.

Differunt ne specie Angelus, & anima?

Angeli quidè, & animæ specie differre omnibus sanè est in confesso, quandoquidem formæ, quæ sūt eiusdem rationis specificæ, id est, eiusdè speciei, eandè perficièdi materiam,

& non perficiendi rationem habent. Anima autem suapte natura corporis est perfectiua, id est, vnibilis corpori per informationem, non ita Angelus. Differunt proinde specie, non veluti duæ species, cum anima non sit species subiicibilis licet prædicabilis, sed pars speciei, nempe hominis. Et sic ratio distinctionis specificæ, inter Angelum & hominem, cuius est pars. Ratio autem, distinctionis specificæ inter Angelum & hominem, non est vnibilitas ad materiam, & non vnibilitas, vt suspiratus est sanctus Bonauentura. Quandoquidem vnibilitas denotat aptitudinem, quæ præsupponit naturaliter essentiam rei. Quocirca nequit esse præcipua ratio distinctionis specificæ, licet nobis à posteriori illam manifestet: proinde ac propriæ passionis ignotas nobis differentias ostendunt, & multoties eas circumloquimur, nec deinceps diuersus intelligendi modus maior in Angelo, & minor in anima potest esse huius distinctionis causa, quemadmodum asseruit Alexander de Halis dicens, quod isti gradus, seu modi intelligendi diuersi sunt, intelligere sine discursu in Angelo, & cum discursu in anima. Hoc, inquam, non ponit discrimen inter Angelum, & animam. Nam tametsi anima per discursum notitiam conclusionum adsequatur, præmissas tamen sine discursu apprehendit. Anima item beata Deum sine discursu (vt Angeli) intelligit, nec est certum Angelum sine discursu simul intelligere præmissas, & conclusionem, in principiis inclusam, quamuis citius operari possit, & intelligere, quam ipsa a-

nima. Dicendum est igitur cum Scoto, quod Angelus, & anima specie differunt, propterea quod habeant essentias, & naturas alias, atque alias: Quarum quidem naturarum diuersarum differentia formales & essentielles sunt vt innominata, ita, & incognita. Obiicies fortasse Augustinum qui ait, Angelus, & anima sunt natura pares, sed officio impares. Respondetur, Augustinum loqui non de paritate naturæ secundum rationem specificam, sed de paritate quietationis in bono infinito. Quemadmodum enim Angelus talis est naturæ, vt nisi in bono infinito quietari non possit, ita & anima ipsa intellectualis: Vnde Augustinus: Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te, satiabor cum apparuerit, &c.

Lib. 3. de lib. arbitrio.

Psalmista.

DISTINCT. 2. QV. 12. 3. ET 4.

An Angeli existentia aëo commensuretur?

P Affirmà Theologis tres enumerantur *Mensura rerum durationis tres.* mensuræ durationis rerum, videlicet æternitas, æuum, & tempus, quæ sic differunt. Æternitas est rei omnino indefectibilis mēsurā, qualis est Deus. Æuum enim est mensura rei permanentis quidem, seu quandiu durat non deficiētis, defectibile tamen, cuiusmodi est Angelus. Tempus autem est mensura rei formaliter successiuæ, continuæ deficientis, vt est motus, & existentia rerum corruptibilium, & generabilium. Porrò mēsurare est ignota *Mensurare quid sit.* quantitatē per notiores demonstrare: Hoc autē multifariam fieri potest: Primum per

*Mensurare
quidpiã con-
tingit multi-
pliciter.*

10. Metaph.

*Angelorum
mensura. q. 1.
& 1.*

quantitatem existentem in imaginatione tantum, quomodo artifex perfectus domum, & quodcunque quantum sibi obuium solet mensurare imaginatione. Deinceps mēsuratur quidpiam per quantitatem existentem in re, & hoc trifariam. Primò per quantitatem excedentem: Et tunc intellectus certior redditur quantitatis minoris per accessum eius, vel recessum à quantitate maiori, quomodo rerum quidditates mensurantur, de qua quidem mensura dicitur ab Aristotele, quod in vnoquoque genere est vnū, hoc est mensura omnium aliorum, & sic albedo est mensura omnium colorum, propterea quod alios excedit colores in quantitate perfectionis. Et Deus est omnium quæ sunt in quocunque genere mensura. Secundò per quantitatem excessam, quando videlicet minor quantitas est notior, & per eius reduplicationem mensuratur, quo pacto minor motus maioris motus potest esse mēsurā ex natura rei, vt motus qui fit in hora mensurare potest motum vnus diei, & motus diei morum mensis, &c. Tertio mēsuratur quantitas aliqua per aliam quantitatem æqualem notio-riorem tamen ex natura rei, vel quantum ad nos, & hoc fit per applicationē, siue suppositionem, & hoc modo tempus si ponatur alia quantitas à motu, & notior eo potest esse mensura motus ex natura rei. Et illud quod ex natura rei non est mensura si fuerit alicui intellectui notius mensurato, poterit esse illius mēsurā, quo pacto vna potest esse panni mensura. In Angelorum autem existente, cum non sit ponenda pluralitas, sine

necessitate non est necesse ponere aliud quidpiam ab actuali eius existentia, quod sit illius mensura, hoc est, non oportet assignare aliquā mensuram intrinsicam aliam à natura rei mensuratæ, quia nihil est in ipso Angelo notius sua natura nec absolutum, nec respectiuum. Nam non expedit in eo ponere aliam relationem ab illa, quæ est ad causam efficientem, & conseruantem, veluti ad terminum. Illa autem non distinguitur à fundamento. Sed existentia Angeli, & cuiuslibet euiterni mensuratur existentia creata simplicissima, & perfectissima, quæ ex ratione sua formali, & in se est certissima, & primo nota naturæ certio-rem intellectum efficere de aliis: Et hoc modo est vnicum æuum omnium euiternorum, nempe existentia supermi Angeli. Porro ipso æuo nedum Angeli, sed & substantiæ generabiles, & corruptibiles per se mensuratur licet per accidens (vt puta per quantitatem eas consequentem) tempore mensurantur. Tempore siquidem non solum mensuratur motus & quies, verum etiam forma accidentalis secundum quam potest esse fluxus, hoc est, partis post partem acquisitio, vtpote quantitas, vel qualitas, quandoquidem eius existentia variabilis est, tamen actu non varietur. Obserua nihilominus quod quemadmodum tempus sæpissimè dicitur intrinseca successi-ve rei duratio, & sic quolibet in motu suum est tempus: nonnunquam verò dicitur duratio mensuratiua rei successione, & iuxta hanc acceptionem est vnum duntaxat tempus, quod est in

*Substantia
omnis creata
æuo mensura-
tur.*

*Tempus bi-
feriam acci-
pitur.
Quest. 3.*

*Æuum dup-
pliciter capi-
tur.*

primo motu supremi videlicet mobilis. Ita enim bifariam quoque dici potest, prius existentia, seu duratio intrinseca euiterni, & hoc pacto tot sunt æta quod euiterna, cum quodlibet euiternum suam propriam durationem habeat, & existentiam. Deinde enim dicitur duratio mensuratiua euiternorum, quæ bifariâ intelligi valet, vel duratio simplicissima, & notior simpliciter in genere euiternorum; & hoc modo tantum est vnum æuum mensuratiuum euiternorum, nempe existentia, seu duratio supremi Angeli. Intellige autem vnum secundum speciem, quandoquidem & mensuræ ratio expédi debet secundum rationem specificam, veluti albedo secundum rationem specificam est cæterorum colorum mēsurā. Vel æuum secundo modo acceptum potest esse quæcunque duratio simplicior, & notior respectu inferioris, & minus notæ, & hoc modo plura sunt æua mensuratiua. Nam quælibet existentia euiterni superioris dici potest æuum mensuratiuum respectu inferioris. Operationes quoque Angelorum mēsurantur æuo, quales sunt eorum intellectiones, & actus voluntatis: Et in summa quæcūque existentia actualis innarrabilis, id est, cui repugnat, vt secundum ipsam sit variatio, siue fluxus, vel acquisitio partis, post partem mensuratur æuo, quod hinc constat, quia quæ vniformem manendi modum habent, dum manent eiusdem rationis mensuram immorandi habent, licet vnum diutiùs, quàm aliud permaneat. Atqui Angeli operatio dum manet, vniformem manendi modum cum Angeli existentia habet,

Quest. 4.

*Angelorum
operationes
æuo mensu-
rantur.*

licet tantam durationem non habeat: Quapropter eadem mensura, nempe æuo, mensuratur.

DISTINCT. 2. QV. 6. 7. 8.

9. 10. 11. & 12.

Sunt ne Angeli in loco?



Rifariam quidpiam potest esse in loco: Primò præsentialiter (vt loquuntur) duntaxat & hoc modo Deus dicitur esse in loco. Secundò præsentialiter, & definitiuè, sic videlicet quod vni sit præfens loco, quod non alteri, & hoc pacto esse in loco Angelis competit. Tertio præsentialiter definitiuè, & circumscriptiuè, siue dimensionaliter, & occupatiuè, & hoc pacto res corporeæ sunt in loco, nõ autem Angeli, cum non sint quanti, & extensũ. Non potest autem Angelus esse in loco quantumuis magno etiam diffinitiuè, quandoquidem hoc infinitam arguit virtutem, & soli Deo conuenit: dabilis est enim locus quo maiorem propria habere virtute Angelus nequit. An autem possit esse in loco quantumuis paruo etiam in puncto variant doctores. Licet autem Angelus diuina virtute in pluribus esse locis possit sibi adæquatis, non tamen propria, & naturali virtute. Vnde & Damascenus asserit quod cum sunt in caelo, non sunt in terra, nec è contrario. Consimiliter dicendũ est duos, aut plures Angelos diuina potentia posse esse simul in eodem loco proprio. An autem propria virtute id possint dubium est. Scotus tamen ma-

*In loco esse
contingit tri-
fariam.*

*Angelus ne-
quit esse in lo-
lo quantum-
uis magno
aut paruo.*

Quest. 6.

*Angelus pro-
pria virtute
esse in pluri-
bus locis ne-
quit.*

Quest. 7.

Angeli plures suapte virtute eodē in loco esse valent.

Mar. 5.

Luc. 8.

Quest. 8.

Angelus de loco ad locum mouetur.

Quest. 9.

Angelus propria virtute seipsum mouet.

Quest. 10.

Angelus non mouetur in instanti.

Lib. 8. Physic. c. 2. de gener.

Quest. 11.

Angelus nō mouetur ab extremo i extremum immediatē.

Quest. 12.

Indiuisibilem motus.

6. Physic.

gis fauere dignoscitur parti affirmatiuæ, pro qua & adduci potest is locus Euangelij, vbi malignus spiritus obsidens corpus cuiusdam, interrogatus à Christo quod illi nomen esset: Respondit, Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Angelum præterea de loco ad locum moueri satis superque ex scripturis sacris vtriusque instrumenti constat, vbi refertur missos fuisse Angelos ad Patriarchas, Prophetas, virginem Mariam, Iosephum, & Apostolos. Mouet autem seipsum Angelus propria virtute, non quidem in instanti, sed sed in tempore, nisi cum acquirit vltimum, vbi & peruenit ad terminum motus. Nam quod terminus motus nō statim inducatur ex virtutis ipsius moueris imperfectione prouenit, quæ sanè imperfectio Angelo nequaquam est ad scribenda nisi aliqua appareret necessitas: Quando quidem assertore Aristotele dignificanda est natura, quantum apparentia permittunt. Nequit tamen continuè moueri de extremo in extremum immediatum, nisi transeundo per medium. Nam ordo præfixus à superiori agente necessarius est cuiusque agētī inferiori, quando circa huiusmodi sic ordinata agit. Instantanè tamen de extremo in extremum immediatum non transeundo per medium moueri potest. Quinimò hoc necessarium est, quandoquidem si transiret per medium non instantanè, sed continuè moueretur. Prædictis obiicies Philosophum asserentem indiuisibile moueri non posse. Respondetur, Philosophum loqui de indiuisibili prædicamenti quantitatis punctis, quod non mouetur motu lo-

cali proprie dicto, per quem videlicet acquirit, vbi circumscriptiuè, non autem intelligit de indiuisibili generis substantiæ. Obiicies deinde & illud Aristotelis, Quod si vacuum esset nō fieret in eo motus localis, propterea quod nulla esset resistentia medij, atqui Angelo nullum corporeum resistere potest, non igitur continuè, & successiuè mouetur. Respondetur, quod successio, seu continuitas contingit in motu nedum ex mediæ resistentia, sed etiam ex parte subiecti, & mobilis quod non est natum statim habere terminum ad quem, & etiam ex parte ipsius termini ad quem, qui non est natus simul omnino acquiri. Ratiocinaberis præterea indiuisibile non posse esse subiectum accidentis diuisibilis. Angelus autem est indiuisibilis, & motus diuisibilis, nequit igitur motus esse subiectum motus seu moueri. Respondetur maiorem illius ratiocinationis veram quidem esse de accidente diuisibili permanente, id est, habente omnes suas partes simul, cuiusmodi est albedo & nigredo, non autem de successiuo, quod habet esse in fieri, vt motus. Obiicies tandem & Augustinum asserentem de Deo, quod moueat creaturam corpoream per locum & tempus, spiritualement per tempus tantum, ergo negat à spiritali motionem per locū, & ex consequenti diffitetur esse in loco. Respondetur, hūc locum & omnes authoritates quæ negant angelum esse in loco debere accipi, quod non sit in loco circumscriptiuè, seu occupatiuè, & quod non acquirant locum commensuratum ipsis.

4. Physic.

Mob^o à quo habet successione.

August. su^o per Genesi.

DISTINCT. 3. Q. 1.2.3.45. ET 6.
 Quidnam sit individuationis principium?

Individua-
 tionis princi-
 pium.



Arij admodum hac in re fuerè docto-
 res Otram enim, & cæteri nominales
 liberè profitentur quòd quælibet natu-
 ra ex se est singularis, & individua, sic
 quòd non oporteat aliam individuationis quæ-
 rere causam, quàm naturam cuiuslibet rei. Nico-
 colaus Bonetus asserit quòd per actualè existen-
 tiam ipsius rei, res quælibet sit individua. Gofre-
 dus per quantitatem, Diuus Thomas per mate-
 riam. Hæricus autem asserit vnamquamque rem
 esse individua. Scotus autem quòd per nega-
 tionem duplicem res quælibet individua, & sin-
 gularis constituatur asseuerat, seu per singularem
 aliquam entitatem positiuam determinantem
 per se naturam ad singularitatem, quæ quidem
 entitas differentia individualis seu eccitas (vt
 loquuntur) nuncupatur. Hæc assertio sic compro-
 batur. Nam omnis differentia, differentium re-
 ducitur ad aliqua primò diuersa (alioqui non es-
 set status in differentibus) seu individua eiusdem
 alicuius speciei differunt propriè, in aliquo enim
 conueniunt, in aliquo autem distinguuntur habet
 igitur in se aliqua primò diuersa quibus distin-
 guuntur. Illa autem primò diuersa non sunt natu-
 ra huius, & natura illius, nam in natura conue-
 niunt. Ergo præter eorum naturas sunt in illis
 aliqua quibus abinucem distinguuntur, & illa ne-
 queunt esse materia, & forma. Nam quæ sunt de
 quidditate speciei constituunt rem in esse indi-
 uidui,

Differentia
 individualis
 efficit natu-
 ram singula-
 rem.

Individua-
 tionis causa
 non sunt ac-
 cidentia.

uidui, alioqui species ipsa esset indiuiduum. Huc
 accedit quòd in accidentibus nulla sit materia,
 inter quæ tamè est materia indiuidualis. Quan-
 titas quoque, aut cætera accidentia nequeunt esse
 causa individuationis, quandoquidem substan-
 tia est prior omni accidente, ergo substantia est
 prior hæc & individua, quàm aliquo determi-
 netur accidente. Obiicies fortasse Boëtium, qui
 in libro de Trinitate asserit quòd differentiam
 in numero accidentium varietas facit maxime
 in locò. Respondetur, quòd varietas acciden-
 tium indicat quidem distinctionem numeri
 numeralem, propterea quòd eam concomitetur, non ta-
 men illius est causa. Obiicies deinde & Aristo-
 telelem dicentem, quòd illa sunt vnum numero,
 quorum materia est vna, vnde consequitur ma-
 teriam esse causam individuationis. Responde-
 tur, quòd quemamodum forma bifariam acci-
 pitur: Primò pro forma partis, quomodo dici-
 mus animam esse formam corporis. Altero mo-
 do pro forma totius, quæ est ipsa quidditas, quo-
 modo accipitur ab Aristotele quinto & septimo
 Metaphysic. sæpissimè, quo pacto humanitas
 est forma, non alterius partis compositi, sed to-
 tius. Non ab informando, sed à denominando
 dicitur forma totius. A simili & materia cum
 opponitur relatiuè ipsi formæ ex Aristotele. Et
 quot modis dicitur vnum oppositorum, tot mo-
 dis dicatur & reliquum. Bifariam quoque di-
 citur, Primò enim accipitur pro materia, quæ
 opponitur formæ partis, & hæc est materia
 prima constituens cum forma vnum ens per se.

Lib. 7. Meta-
 phys.

5. Metaph.
 Individua-
 tionis causa
 non est matè-
 ria.
 Forma bifa-
 riâ accipitur

2. Physic.
 1. Topic.

Materia du-
 pliciter capi-
 tur.

*Differentia
indiuidualis
est materia ip-
si Aristoteli.*

Secundò accipitur pro materia, quæ opponitur formæ totius & ipsi quidditati, & hæc materia est differentia seu proprietas indiuidualis, & hoc secundo modo accipitur illic materia ab Aristoteli, pro ipsa videlicet differentia indiuiduali, quæ congruè vocatur materia, quatenus constituitur in ultimo esse subiicibili, & materiali. Et obserua quòd quemadmodù genus est in potentia ad differentiam specificam, per quam contrahitur ad certam speciem, sic & species ipsa est in potentia ad differentiam indiuidualem, quæ singularis, & indiuidua efficitur. Quòd si inquiras quænam res sit indiuidualis, an videlicet sit materia, vel forma, aut compositum. Responderur, quòd nullum est istorum, sed vltima (vbi aiunt) realitas entis, quòd sanè est materia, id est, ens vel forma, vel compositum.

DISTINCT. 3. QV. 7.

Possuntne plures Angeli eiusdem esse speciei?

*Angeli plu-
res sunt in ea
specie
Cap. 2.*



Cap. 28.

Veritas huius quæstionis ex Damasceno in elementario patet asserente secundum vnamquamque speciem Deum fecisse Angelos: Deinde & ex Augustino in Enchiridio dicente: Placuit itaque vniuersitatis creatori, atque moderatori Deo, vt quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat, illa quæ perierat in perditione perpetua remaneret, quæ autè cum Deo perstiterat de sua

certissime cognita semper futura scelicitate gauderet. Alia verò creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque suppliciis & originalibus, & proptiis tota perierat ex eius parte reparata, quòd Angelicæ societati diabolica illa ruina minuerat suppleretur. Ita autem totalitas, & partialitas in Angelis, non videtur esse rationabilis, nisi ponatur quòd multa species Angelica quantum ad omnia indiuidua totaliter perierit: Et ita aliqui de quacunque specie corruerunt, & aliqui perstiterunt: Sunt igitur plures in eadem specie Angeli. Quòd & ratione non inconcinna astrui valet. Omnis siquidem quidditas quantum est de se, communicabilis est, quia nec ex perfectione sibi repugnat, vt de diuina patet essentia, nec ex imperfectione. Nam & communicari generabilibus, & corruptibilibus conuenit. Nulla autem natura in numerali identitate communicabilis præter infinitam; & diuinam: Quælibet igitur alia communicabilis est cum distinctione numerali, seu pluribus indiuiduis; ergo quidditati Angelicæ id non repugnat. Præterea animæ intellectiua, licet sint puræ formæ, distinguntur tamen numero in eadem specie: non igitur repugnat formis ipsis pluribus communicari indiuiduis, nam si repugnarèt Angelis, ob id quòd sint puræ formæ, eadem ratione, & animabus repugnarèt. Obiicies fortasse Philosophum asserentem quòd multitudo indiuiduorum non est nisi propter saluandam, seu interuertendam

2. de Anima.

DISTIN. 3. QV. OCTAVA

speciem atqui in incorruptibilibus natura in vno sufficienter saluatur indiuiduo: non igitur ponendi sunt plures Angeli in eadem specie. Responderetur, quod ea ratio Philosophi non est precisa seu totalis, sed precipua causa multiplicationis indiuiduorum eiusdem speciei est, quia omnis natura quidditatiua (excepta natura infinita) est plurificabilis in plura indiuidua. Quod si ratioeineris à simili ex primo Cœli & mundi, quod in corporibus supercœlestibus non est nisi vnum indiuiduum vnus speciei, sicut vnus Sol, & vna Luna, igitur nec in ipsis Angelis. Responderetur, Philosophum ided asseruisse in cœlestibus corporibus esse vnum duntaxat indiuiduum in vna specie, propterea quod illud ex tota suæ speciei materia actuali, id est, existenti & potenciali (id est que possit esse) consistaret. Verum Theologi in hac ratione non subscribunt Philosopho, nec ex consequenti in conclusione, si eam intelligat tam de facto, quam de possibili, vt p̄ta quod natura solis de se in plura indiuidua non sit plurificabilis, quamuis actu tantum sit in vno indiuiduo.

DISTINCT. 3. QV. OCTAVA.

Potestne Angelus per suam essentiam seipsum cognoscere?



Vernadmodū asserit Diuus Augustinus, A cognoscete, & cognito paritur notitia: intellectus enim & obiectum sibi debite obiectū bi. præsens noticiam comproducent. Obiectum

LIBER SECVNDVS.

115

autē bifariā potētia potest esse præsens: Primum in se, seu per propriā existētia: Deinde in sua specie representatiua, quæ in veritate obiecti intellectui mouet. Quare obiectum in se præsens fortius est motiuū, quam sua species, vnde consequitur quod Angelus seipsum per suam essentiam, ^{Angelus per suā essentiam} cognoscat. Nā vbicunq; sunt duo agentia, vnū seipsum ^{seipsum co-} perfectum, & aliud diminutum respectu eiusdē ^{scilicet.} actus, si diminutum actum producere potest, & perfectum idem poterit. Essentia autem Angeli est agens & mouens perfectius ipsa specie, ergo cum species Angeli possit esse ratio Angelum cognoscendi à fortiori & eius essentia. Obiicies ex hoc subsequi, quod anima nostra intelligeret seipsam contra Aristotelem, dicentem quod anima non est intelligibilis antè intelligere alterius. Responderetur, quod anima esset sibi ipsi ratio cognoscendi seipsam si non esset impedita pro statu isto ex connexionē intellectus cum phantasia. propter quod cognitio nostra à sensibilibus incipit. Hæc autem connexio non est in ipsis Angelis. Quocirca seipsos immediatè cognoscere possunt.

Libr. 3. de anima.

Anima immediate seipsam cognoscere nequit.

DISTIN. 3. QV. 9. ET 10.

Habent Angelus diuinitatem essentia diuinæ naturalem cognitionem?



Primum omnium hoc obseruādū est, noticiam (quantū attinet impresentiarum) esse duplicem, videlicet Intuitiuam, quæ ^{Notitia duplex intuitiua, & abstractiua.}

est quidditatis rei, secundum eius existentiam actualé, seu quæ est rei præsentis, quatenus actu existit, Abstractiuam, quæ est de quidditate, vt abstrahit ab actuali existentia, & præsentia, & hæc fit per speciem obiecti representatiuam. Licet igitur Angelus ex puris naturalibus non possit habere intuitiuam Dei cognitionem, vt patet Resol. 49. q. 2. quarti Sententiarum, nihilominus cognitionem abstractiuam naturalem illius habere potest, quod hinc manifestissimum euadit. Potest enim habere speciem distinctè diuinam essentiam representantem, licet non representet eam, vt in se, præsentialiter existentem: Et hæc speciem habuit Angelus sibi inditâ à principio suæ creationis. Si quidem nulla apparet in hoc repugnantia. Rationi enim consonum intellectui Angelico omnem adscribere perfectionem, quæ creato conuenit intellectui, modo non sit repugnantia. Hoc deinde astruitur. Nam vidés diuinam essentiam in raptu cessante visione obiecti visi, memoriam habere potest, vt patet de Paulo dicente, Scio hominem in Christo ante annos 14. &c. Hanc autem memoriam habere nequit, nisi per aliquam speciem talis obiecti representatiuam, & nedum ipsius diuinæ essentia, habet speciem concretam, sed etiam species omnium creatorum distinctas, quæ ab aliquibus dicuntur habitus, propterea quod tales species habeant rationem formæ permanentis, quod probatur quia Angelus cognoscit res ipsas per aliquid per quod eas cognosceret, etiam si non existerent. Nam hoc est perfectionis intellectui

Angelus
qualem no-
titiâ Dei
ex se ha-
bere possit.

Angelus
habet cõcrea-
tas sibi spe-
cies rerum.

2. Cor. 12.

nostro, quod habeat naturalem cognitionem nõ existentium in se. Ergo multo magis Angelico conuenit intellectui. Porro huiusmodi cognitio haberi nequit, nisi per speciem rem ipsam representantem: Sunt igitur illi tales species concretae,

DISTINC 3. Q. VLTIMA.
*Vtrum Angeli proficere possint in scientia acci-
piendo aliquam à rebus cognitionem?*

Angelorum cognitio duplex passim as-
signatur. Vespertina videlicet quæ est
rerum in proprio genere cognitarum:
Quæ idcirco vespertina nuncupatur
quod sit obscurior sicut vespera: Et Matutina,
quæ est cognitio rerum in verbo, quæ ratione
claritatis, & euidentiæ sic nuncupatur. Hæc au-
tem cognitio duplex secundum Augustinum in-
telligitur per vespere, & manè in Genesi. Ait
enim, Cur dies illi sex, de quib⁹ ibi loquitur scri-
ptura non intelliguntur in successione temporis,
sed in Angelica cognitione rerum naturalem
ordinem habentium: Ita quod Angelus primò
nouit creaturas in verbo: Secundò in genere
proprio, & non ibi sistendo rediit ad verbum
laudans ipsum ex opere suo, ita quod cum Deus
dixit: Fiat lux, nouit se Angelus in verbo eterno,
cum facta est lux: Et cum factum est vespere vi-
dit se in genere proprio, & cum factum est vespere
& manè dies vnus, ex se exurrexit in laudè Dei,
in quo vidit secundam creaturam, & ista notitia
sequētis creature fuit cõsumatio diei præcedētis.

Angelorum
cognitio du-
plex: vespere-
tina, & ma-
tutina.

Cognitio ve-
spertina.
Cognitio ma-
tutina.

Super Gene-
sim.

Gen. 1.

DISTIN. 3. QV. VLTIMA.

Et sic consequenter distinguit Augustinus singulos dies vsque ad septimum. Porro notitia matutina est duplex, videlicet naturalis quæ per speciem sibi à principio inditam in verbo habuerunt Angeli, & beatifica, quam habent in verbo intuitiue cognito. Posterior tamen hæc notitia propter claritatis, & ardoris excellentiam meridiana sæpius nuncupatur. His præiactis manifestum euadit Angelum non proficere in notitia matutina, quidpiã à rebus accipiendo, sed à Deo, à quo solo est hæc notitia, de qua Dionysius inquit, quod Angeli diuinas illuminationes non accipiunt à rebus, sed à solo Deo. In notitia autem vespertina proficiunt haud dubiè Angeli, accipiendo à rebus ipsis notitias quasdam, Nam tametsi Angelis sint concreatæ species omnium quidditarum, non tamen omnium singularium, cum sint infinita. Quocirca potest Angelus species singularium, per intellectum agentem in se acquirere, & in intellectu potenciali recipere. Deinde potest acquirere cognitionem ipsorum singularium, & actualis eorundè existentie, ac accidentium, quæ existentiam consequuntur. Per quidditates enim vniuersales non potest cognosci conclusio contingens, qualis est actualis creaturæ existentia. Proficiunt quoque quantum ad cognitionem Intuitiuam, quæ requirit obiectum in actuali existentia præsens. Quandoquidè hæc notitia in verbo haberi nequit, Nã Angelus non habet naturaliter intuitiuam verbi notitiam, sed abstractiuam duntaxat Aduersus prædicta ratiocinaberis quod oporteat receptum denu-

Notitia matutina est duplex.

Libr. de Angel. Hierarchia.

Angelis notitia matutina nõ accrescit ab ipsis rebus.

Angeli quorundam notitiam acquirere possunt.

LIBER SECONDVVS.

117

datum esse à toto genere receptibilis ex Philosopho, atqui Angelus non denudatur à speciebus, quinimò plenus est illis, vt habetur in lib. de causis, propositione Contra: vbi dicitur, quod omnis intelligentia est plena formis. Respondetur, Angelum quidem plenum esse formis, seu speciebus vniuersalibus, non autem singularibus, seu speciebus repræsentatibus ipsa singularia distinctè. Deinde obiicies Augustinum, qui inquit, agens esse præstantius patiente, sed corpus spiritu non est præstantius, vt asserit idem, igitur in spiritum agere nequit: Et ex consequenti à rebus Angelus accipere cognitionem nequit. Respondetur, asseritionem quidem Augustini verissimam esse, de agente totali, & principali, cuiusmodi non est corpus respectu speciei intelligibilis in intellectu Angelico producendæ, immò principalior causa est ipsius Angeli intellectus. Præterea adferes Dionysium asserentem quod Angeli non congregant diuinas illuminationes, vel notitiam diuinam ex rebus sensibilibus. Concedo quidem, quod huiusmodi illuminationes diuinam notitiam ex sensibilibus non acquirunt, quia illam à solo Deo habent. Aliam nihilo secius notitiã ex sensibilibus habere possunt. Postremò argumentaberis, Angelus est medium inter Deum & hominem, vel animam, atqui Deus nõ intelligit per aliquas species, anima autem intelligit per species receptas à rebus sensibilibus, & intelligentibus, igitur Angelus medio modo intelligit, vt puta per species non acceptas ab aliis rebus, sed sibi concreatas. Is autem modus ar-

12. super gen. ad litteram

7. cap. Ange. Hierar.

Lib. 1. de ge-
ner. & cor-
rupt.
Lib. 1. de Tri

DIST. 4. ET 5. Q. V. VNICA.
guendi patet per Philosophum, & Richardum,
Respondetur, quod Angelus habet haud dubie co-
gnitionem aliquam, nempe vniuersalium, quam
à rebus non recipit, in qua & ab anima differt, &
aliquam in qua cum anima conuenit, vt eam quã
à rebus ipsis mendicat.

DISTINCT. 4. Q. V. VNICA.
*Inter bonorum creaturam in Angelorum, & eorundem
beatitudinem an aliqua mora
fuerit morae*

Mora inter
Angelorum
creatione, &
beatitudinē.

Variant proculdubio Theologi hac
in parte, atqui cũ sic verifimile pri-
mum totam moram, seu spatium
in quo fuerunt viatores, fuit se eis a-
equalem quemadmodum & ipsis homi-
nibus. Deinde quod in eodem instanti, & boni
meruerint, & mali demeruerint. Postremo quod
omnes fuerint creati vniiformes, nempe omnes
in puris naturalibus, vel in gratis, consequens est
assignare saltem tres moras, in quarum prima om-
nes fuerunt in gratia, in secunda boni meruerunt,
& mali peccauerunt, in tertia omnes in termino,
vt puta boni beati, & mali miseri. Aut si volueris
dicere quod fuerint conditi in puris naturalibus,
operapretium erit quatuor assignare moras, in
quarum prima omnes existerent in puris naturali-
bus, in secunda omnes in gratia, & in eadem bo-
ni meruerunt, & mali peccauerunt, in tertia boni
perseuerauerunt in bono, & mali in malo: in quar-
ta omnes fuerint in termino: vt sunt tamen spiritus an-

LIBER SECVNDVS 118
cana Dei, ne decipiaris. Quales verò fuerint istae
morae, vt puta instantaneae, vel temporariae, veri-
similius est eas asserere fuisse temporarias. Nam
mali peccauerunt pluribus peccatis diuersae spe-
ciei, videlicet inuidia, odio, superbia &c. vt ait
Augustinus Hos autem actus nequieverunt om-
nes simul habere. In super praelium illud bono-
rum aduersus malos, cuius meminit Ioannes,
factum est praelium magnum &c. (Quod quidem
praelium nihil aliud fuit, quam quod malorum
peccatum fuit incentiuum tentationis in bonis,
qui tentationem vicerunt) nõ potuit, nisi in tem-
pore fieri: Oportuit, siquidẽ prius malos peccare,
quã eorum peccatã bonos allexerit ad cõsensum.

Tom 3. de ge-
nes. ad literã
c. 14. & 15.
Apocal. 12.3

DISTINCT. 5. Q. V. I.
*Utrum boni Angeli prius beatitudinem meruerint
quã eam acceperint.*



Tamen si Magister sententiarum a seue-
ret Angelos prius donatos beatitu-
dine, quã eandem meruerint, &
quod postmodum per obsequia ho-
minibus impensa eam mereantur,
veluti eam perseuerant orationes nostras coram do-
mino: Item cũ liberarunt Petrum à vinculis:
Dum praeliabatur olim pro populo Dei &c. Ni-
hilominus Theologi liberẽ profitentur Angelos
prius meruisse beatitudinem, quã eam habue-
runt: Ait enim Augustinus, Angeli sancti qui per-
sisterunt, meruerunt illius vitæ mercedem reci-
pere, atqui non meruerunt illud recipere, po-
stequam receperunt, igitur prius meruerunt.

Angeli beati-
tudinem me-
ruerunt.
Tobie 12.
Actu. 11.
de correct. &
gratia.

Adde quoddam dispositio debeat præcedere illud ad quoddam disponit (perinde ac via terminum ipsum præcedit) At meritum est dispositio, & via ad beatitudinem (vt patet de laborantibus in vinea, qui post laborem diurnum vespere mercedem receperunt) idcirco meritum præcedit præmiū. Quoddam si dixeris plerisque Angelorum donatos fuisse maiori beatitudine, quā multi mortalium, quā non potuerunt in tam breui tempore mereri, homo enim est viator longo tempore, & exercet multa bona opera, & difficilia. Respondetur, quoddam maximum meritum fuit Angelorum in actu interiori, quando placuit eis diuinum consilium super incarnatione verbi diuini, & sese submiserunt liberè Christo homini illis præostenso, sese omnino conuertendo ad Deum ipsum, quādo mali ab eo auersi sunt per superbiam. In super placuit eis decretum, & ordinatio diuina super eorum conditione facta, nempe quoddam ministrarent hominibus iuxta illud Apostoli: Nonne omnes sunt &c. Et exhibuerunt se naturæ humanæ, naturæ, seu hominibus ipsis pro voluntate diuina obsecuturos. Vt autem quispiam plurimum mereri possit non requiritur multitudo meritum, sed multo magis desideratur vnū meritum intentum, quā decem millia remissa. Vnde illud: Dimissa sunt &c. Et hoc patet ex Euangelio in videri dante duo minuta. Porro Angelus conuertunt se ad Deum actu intensiori, quā homo naturaliter possit, propterea quoddam naturalia intellectus, & voluntatis eorum, sunt nostris perfectiora: secundum illud Psalmistæ: Minuisti eum

Matth. 10.

Hebræi.

In merito
quid præstet.

Luca 7.

Matth. 12.

Luca 21.

paulominus &c. Quantum verò attinet ad operis difficultatem, hæc sæpius accidit ex inclinatione voluntatis ad oppositum, vt in nobis, iuxta illud Pauli: Inuenio aliam legem &c. & illud eiusdem: Caro concupiscit, &c. Item corpus quod corrumpitur &c. hoc modo non fuit in Angelis. Nunquam verò contingit difficultas huiusmodi in opere, propterea quoddam obiectum in quod fertur ipsa creatura rationalis excedit ipsius naturā. Et hoc modo beatitudinis consequatio & difficilis & laudabilis fuit in Angelis, quia obiectum ipsius, nempe Deus eorum naturam haud dubie excedit.

Rom. 7.
Galat. 5.

DISTINC. 5. QV. 2.

Vtrum Angeli boni fuerint in primo instanti creationis sue beati, & Angeli mali miseri?



Oni Angeli in primo instanti suæ creationis potuerunt beati esse. Nam cum felicitas ipsa à Deo donetur, potuit illam eis, cum voluit, conferre. Omnia enim quæcumque voluit fecit in cælo, & in terra. Mali quoque similiter miseri esse potuerunt miseria pœne, propter eandem rationem. Vnde Augustinus: Si Deus ab initio fecisset hominem in pœna, non esset propter hoc vituperandus Deus, nec iniustus, quia potest facere, & aliud in contumeliam. Quantum attinet ad miseriam culpæ, negat Beatus Thomas, Angelos in primo suæ creationis instanti peccare

Angeli quæ
do fuerint
beati, vel mi-
seri.Lib. 3. de
lib. arbit.
Rom. 8.

potuisse, quia tale peccatum, inquit, impuratum
fuisse creatori Deo, cuius ipse nequit esse author
Nihilominus hæc ratio non id astruit, quia de-
fectus secundæ causæ, non ascribitur primæ causæ
Deo. Doctor oppositum tutatur, propterea quod
non sit necesse, causam præcedere effectum tem-
pore, sufficit siquidem quod præcedat natura, ut
patet de sole, & eius claritate. Huc accedit Au-
gustinus dicens, qui dicunt Angelos à principio
fuisse malos, non sentiunt cum Manichæis, qui
ponebant vnum Deum malum esse causam mali,
& alterum causam boni, vnde subsequitur,
quod licet fuissent à principio mali, eorum malitia
non redundasset in Deum, idcirco potue-
runt in primo instanti peccare, quia habebant
voluntatem perfectam, & non determinabantur
ad bene agendum, quare poterant tunc peccare.
De facto autem dicitur primum, quod mali nun-
quã fuerunt beati. Deinde quod ipsi non fuerunt
miseri in primo instanti suæ creationis, nec boni
probeati, sed fuit aliquod interstitium.

Lib. ii. de ci-
uit. cap. 13.

DISTINC. 6. Q. V. I.

An potuerit, malus Angelus Dei aquali-
tatem appetere.

Lucifer appe-
tuit Dei aqua-
litate.

Lib. 1. de
summo bono
cap. 25.

Anta facultatē donata est creaturæ
rationalis libertas, ut potuerit Luci-
fer Dei æqualitatē (& si beatus Tho-
mas aduersetur) appetere: is enim af-
ferre Isidoro postquam creatus est
eminentiam naturæ, & profunditatem scientiæ
suæ perpendens, in suum creatorem superbiuit,

in tantum, quod etiam Deo se æquare voluit, ut
in Esaya dicitur: Ascendam in cælum &c. Simi-
lis quidem Deo esse voluit, non per imitationem,
sed per æqualitatē potētiae & licet hoc esset An-
gelo impossibile, nihilominus poterat id velle, cū
voluntas sit impossibile (intellige per adu col-
latiuum) Sicut & intellectus actu cōparatio po-
test impossibile intelligere, ut hominē esse asinū,
& voluntas cōsimiliter id velle secundū Philoso-
phū, & Damascenum. Ad hæc volūtas potest uti
fruedis, & frui vtēdis secundū Augustinū. Igitur
potest frui se, & ex consequenti sibi appetere tan-
tū bonū, quantum summo bono, hoc autē est æqua-
litas diuina, ergo eam malus Angelus desiderare
sibi ipsi potuit. Et quāuis intellectus nequiuerit
præostendere volūtate id esse appetendū, quia er-
raser, & ita pœna, nempe talis error, fuisset ante
peccatum, Potuit nihilominus volūtas præostēsis
extremis simpliciter, eadē ad inuicem componere
intellectu non componente.

Esaya. 14. 6.

Lib. 3. Ethico
r. m

In lib. orihod.
fidei

83. quest.
quest. 30

DISTINC. 6. Q. V. 2.

Fuitne primum Angelus mali peccatum superbia?

Hoc in re veniunt obseruanda. Pri-
mum quia nã fuit in Angelo peccante
malitia. Deinde cuius generis pecca-
torum, seu speciei esset hæc malitia.
Et quidem quantum ad primum. Pri-
mus actus inordinat⁹ mali Angeli fuit act⁹ amicitie
quo seipsū dilexit, ad eū neglexerit Dei consiliū,
& præceptū. Hoc autē astruitur per beatū Augu-

Angeli mali
primū pecca-
tū.

Lib. 4. de
Tri. cap. 128.

flinum dicentem, quod duo amores fecerunt duas ciuitates: ciuitatem Dei, amor Dei, vsque ad contemptum sui: & ciuitatem diaboli, amor sui vsque ad contemptum Dei. Secundus actus deordinatus fuit actus concupiscentiæ, quo quidem concupiuit primò ipsam beatitudinem affectione commodi. immoderatè, tanquam summum delectabile sibi conueniens, & hoc ipsum trifariam contingere potuit, primò expetendo eam intensius, & maiori eum conatu quàm par esset & sibi conueniret, vt puta magis appetendo sibi beatitudinem, quatenus erat sibi bona, & commoda, quàm amando illud bonum in se, in quantum videlicet est tale bonum in se perfectum, aut plus desiderando tale bonum sibi ipsi quàm Deo, & in summa hoc est summa voluntatis perversitas quæ est vt fruendis, & frui vtendis, secundum Augustinum. Deinde potuit peccare volēs beatitudinem statim, & citius, quàm sibi conueniret, quia non decreuerat Deus eam concedere ante moram viæ. Hoc modo deliquerūt beatus Petrus in transfiguratione, & filij Zebedei. Postremò fieri potuit, vt appetierit beatitudinem ex naturalibus non gratiose & ex meritis, sicut decretum erat à Deo illā cōferre: Et sic appetit eam aliter quàm sibi congrueret. Aliquo igitur horum trium modorum verisimile est Luciferum deliquisse, & complices illius, quia voluntas sua libertate, vel iustitia infusa quæ est gratia (si habent) vel iustitia acquisita, debebat moderari affectionem commodi, quantum ad istas circumstantias, vt minus desiderasset sibi beatitudinem, quàm Deo & tem-

83 quest.
quest. 30.

Matth. 17.
Matth. 20.

& tēpore à Deo ordinato, ac ex meritis, ob quæ Deus eam dare statuerit. Quantum attinet ad secundum, nempe cuius generis peccatorum fuerit hæc angelorum malitia, profectò primū illorum peccatum (quo se dilexerunt immoderatè amore amicitia) fuit luxuria. Nam quemadmodum amor inordinatus, quo quispiam alium diligit, reducitur ad luxuriam, Sic & immoderatus sui ipsius amor. Deinde & actus inordinatus, quo concupierunt sibi beatitudinem, propriè quoque luxuria dicitur. Nam tametsi propriè luxuria sit in actibus carnis, tamen omne delectabile, immoderatè appetitū, in quantum delectabile, potest dici luxuria, nisi fuerit excellentia appetita, qualis non erat ista beatitudinis appetitio. Deinceps quoque peccauit superbia volens aliis præesse. Primū quoque illius peccatum dici potest superbia, laxato vocabulo (sed non propriè) Iuxta illud Augustini, Malæ voluntatis initium quid potuit esse, nisi superbia? & probat per illud Salomonis, Initium omnis peccati superbia. Eodem quoque capite elationis vicium maximè in diabolo damnari sacris literis edocetur. Postremò cum noluit beatitudinem sibi minus, quàm ipsi Deo, aut noluit expectare eam vsque ad terminum viæ, vel cum noluit eam ex meritis habere sed ex se, hic contemptus ad iram vel inuidiam pertinet.

Lib. 14. de
ciuit. cap. 13.
Ecclesiast.
cap. 10.

Q

DISTIN. 7. QVAESTIO VNICA
 DISTIN. 7. QVAESTIO VNICA.
 Vtrum malus angelus velit neceſſario
 male?

Vo plenius ſtatum angeli mali explicemus, obſeruandū eſt, præter bonitatem naturalem (quam dicunt entitatiuam actus ipſius voluntatis) quæ competit ipſi actui, & cuiſlibet enti poſitiuo, quatenus eſt ens, & ſecūdam gradum ſuæ entitatis, ſeu perfectionis naturalis magis & minus, eſſe triplicem bonitatem in ipſis actibus humanis. Prima bonitas eſt ex genere, ſiue obiecto, cum videlicet obiectum eſt actui conueniens ſecundū dictamē rationis, vt dare eleemoſynā. Secunda bonitas eſt circumſtantia (quam moralem vocant) cum videlicet voluntas elicit actū vnā cū debitis circumſtantiis, de qua & Dionyſius, Bonū eſt ex integra cauſa, vt dare eleemoſynam indigēti ex proprio propter Deū &c. Tertia bonitas meritoria, cum videlicet actus veſtitus duplici prædicta bonitate elicitur ex gratia, quæ reddit hominē, & eius opera Deo grata, Iuxta illud, Reſpexit Dominus ad Abel &c. vt cū iuſtus dat eleemoſinā ieiunat &c. Huic autem bonitati triplex eſt diametro reſponder malitia eiſdem nominibus nuncupata, & per oppoſitū directa. Vt exēplo id cōmonſtremus, in odio Dei eſt malitia ex genere, cū quis dat eleemoſynā ob vanam gloriā, malitia ex circumſtantia, cū occidit, furatur &c. malitia demeritoria. Porrō inter bonitatem, & malitiā primo modo acceptā non eſt actus neuter, ſeu indifferens, ſed bene in

Bonitas actuum quotuplex.

Lib. 4. de diu. nomin.

Genes. 4.

Malitia actuum quotuplex.

aliis, dare enim eleemoſynam ſimpliciter, nec bonum, aut malū moraliter. Itē exiſtens in mortali, & venerās parentes, nec meretur proprie aut demeretur. Cū igitur dicitur angelū malum non poſſe bonū elicere actū, de hac triplici bonitate accipi valet dictū, bonum primo modo (nēpe ex genere) habere nihil vetat, vt cū diligit ſe, aut pœnā odit. Mereri autē (vbi eſt bonitas tertio modo) nequit. Nā tametſi liberū habeat arbitriū, quod eſt vna cauſa act⁹ meritorij, tamen priuatur altera cauſa, quæ eſt præcipua, nēpe gratia, quā ex ſeipſo, cū gratiā & gloriā donet Deus, adſequi nequit. Exēplum deſumē ab eo qui eſſet in tenebris, hic enim licet acutioris ſit viſus, defectu tamē luminis videre nequireret, nec impedimentum remouere. Eodē modo ſeſe habet malus angelus, qui in potentia propinqua mereri nequit, licet in potentia remota poſſit. Hæc verò impoſſibilitas, nō eſt ex repugnancia intrinſeca extremorū, qualis eſt in hac cōplexione, Homo eſt irrationalis, ſed eſt ab aliquo extrinſeco, vt puta ab ipſo Deo, qui ordinata ſua potentia illi gratiam conferre nequit, quāuis absoluta poſſit. Sic enim ipſe ſtatuit, vbi cumq; ceciderit lignū &c. & apud Eſayā, Ignis eorū non extinguetur, & apud Matthæū, Ibant ij in ſupplicium &c. His conſentit Auḡuſtinus. Inſuper tametſi naturalia cacodæmonis perfectiora ſint naturalibus hominis, nihilominus ad gratiā obtinendā ſeſe quadātenuſ diſponere nequit, quod tamen homo dum eſt in via poteſt. In cauſa eſt, quia Deus nō concurrat cū illo, cō-

Angelus malus an bene velit.

Ecclesi. 11.

Eſayæ ult. c.

Matth. 25.

lib. 21. de ciuit. ca. 23.

24.

Dæmones nequeunt ad gratiam ſe diſponere.

Ioan. 15.

DISTIN. 8. QVÆSTIO VNICA
currit autem cū isto : Ex quo facile est colligere
causam malitiæ & obstinationis eorum, esse
malam ipsorum voluntatem, qua cōtinuè ma-
lè volunt, Iuxta illud, Superbia eorum, qui te
oderunt ascendit semper. Deinde & Dei dere-
lictionem, qui disposuit eis gratiam non con-
ferre quāntum ad actum bonum moraliter, li-
cet habita ratione naturalium ipsorum, videat-
ur eos sic posse bene agere, tamen verisimilius
est oppositum ob vehementem eorum malitiā,
quam potius insequitur quā naturam ipsam:
Actum tamen ex genere bonum, & nullis vi-
ciatū malis circumstantiis habere est probabile.

DIST. 8. QVÆST. VNICA.
*Potestne angelus corpus, in quo vita opera exer-
ceat assumere?*



Angelum quidem corpus assumere
nō est eidem per informationem
aut hypostaticè vniri, sed dunta-
xat esse intrinsecum talis corporis
motorem, & eodem veluti instru-
mento, aut organo ad explendas quasdam ope-
rationes vti, vtpote ad seipsum manifestandos,
& ipsos latificandos, siue confortandos. Assu-
mit autem non cœleste corpus, aut elementare
(quia in illis non posset videri) cū non habeat
quatuor primas qualitates quæ præexiguntur
aliis accidentibus, sed assumit corpus mixtum
prius à natura, quale est cadauer hominis, aut la-
pis. Quòd si formet recēter corpus aliquod,
sicuti fecit Raphael, illud format ex aëre vapo-

*Angelus quo
modo, et qua-
le corpus as-
sumat.*

rabili, & non est tunc huiusmodi perfectè mix-
tum. Non enim posset Angelus statim formam
talem in materiā inducere, quinimo nec formā
inducere valet, sed solūm elementa actiua &
passiua debite approximare cœlestibus corpo-
rib⁹, vt inducatur forma particularis, qualis na-
ta est induci à talibus agentibus, id quæ virtute
cœli ipsorūque inuisibilem. Propterea quòd
tale corpus non sit perfectè mixtum. hinc appa-
ret, quia cū disparet, nihil eius (in quo reso-
lutum fuerit) remanet, Ideo assimilatur impres-
sioni imperfectè mixtæ. Quid porro possit an-
gelus in tali corpore operari, perscrutandū ve-
nit. Primū enim potest tale corpus mouere
secūdum locū membra quæque, vt manus, pal-
pebras &c. agitare, & omnia agere, quæ anima,
vt nutrix in corpore suo operatur, non autem
ea quæ operatur tanquam forma, seu perfectio
corporis, quare nequit operationes proprias
ipsorū sensuum exercere, quales sunt audire, &
videre, &c. Licet enim ipsa obiecta intellectu
apprehendat, non tamen sensibus: Ipsa tamen
apprehensa formando verba exprimere potest.
Deinde quantū ad actus vegetatiuæ, perfectò
non cōpetunt illi secūdū propriam rationem,
fieri siquidē nequit, vt ibi sit nutritio, augmen-
tatio, aut generatio ppriè dicta, quia hæc ani-
mato corpori, & plenè mixto solūm cōpetunt.
Comedere quidē, seu cibum secare (quod præ-
cedit nutritionē) valet, & in ventrem traicere,
qui cibus postea in humores, vel elemēta exha-
lari potest, & resolui. Insuper potest incubus,

*Angelus as-
sumpto corpo-
re quid agere
potest.*

DISTIN. 9. QVÆSTIO I.
& succubus esse, quomodo fertur Merlinum
fuisse propagatum.

DISTIN. 9. QVÆSTIO I.
An Angelum possit alloqui Angelus?

*Angelus quo-
modo angelū
alloquitur.*

Angelus angelum alloquitur, cum in
eius intellectu producit immediatè
speciè intelligibilem, aut cōceptum
obiecti, cuius eum certiore reddere
vult, Aut utrāq; speciem videlicet, & notitiam,
seu actum intelligendi: Et tunc angelus hæc in
se recipiēs audire dicitur, quia in hoc actu se ha-
bet merè passiuè, & nullo modo actiuè. Cum
videt quidpiā in verbo, aut in genere proprio,
aut per speciem concretam vel acquisitā, nō di-
citur tunc audire. Sed quā fieri potest, vt vni lo-
quatur, non autē alteri? hoc utiq; pacto, Siqui-
dem quēadmodum subest voluntatis facultati
ipsius Angeli, vt conuertat proprium intellectu
ad considerandum vnā speciem obiecti, quam
habet in memoria, vel aliam: & si haberet plu-
res intellectus posset vni imperare, vt se ad illā
conuerteret, & non alteri: sic potest respectu a-
liorum angelorum intellectui videlicet vnus
imprimere suum conceptum, & non intellectui
alterius: Sed quot possint simul loqui, Deus
nouit.

DISTIN. 9. QVÆSTIO 2.
*Potest ne inferiorem Angelum superior
illuminare?*

IN confesso est omnibus theologis superio-
res angelos inferiores illuminare, Dionysio
& Damasceno contestantibus. Id autem fit
cum superior reuelati sibi arcani diuini concep-
tum in inferiore causat. Regulariter enim
Deus secreta sua superioribus indicat Angelis,
& ipsi inferioribus. Potentia tamen absoluta
reuelare posset inferioribus, & illi postea su-
periores possent illuminare; Sed non est verifi-
cabile ita fieri. Nam Deus ordinatè suas distri-
buit illuminationes (sicut distribuit angelos in
suis ordinibus) primò illuminando superiores,
deinde inferiores.

*Angelus qua-
liter Angelū
illuminat.*

DISTIN. 10. QVÆST. VNICA.

Mittuntur ne omnes cælestes Spiritus?

Variant proculdubio in hac re theolo-
gi, quibusdā colligentibus ex illo Da-
nielis, Millia milliū, &c. Et Dionysij,
Superiora illa agmina ab intimis nū-
quam recedunt, quoniam ea quæ præminent
vsus exterioris officij nunquam habent, spiri-
tus superiores nunquā mitti: Aliis cōtrā omnes
mitti asseuerātibus, quod & vero similius & sa-
cris literis magis est consonū. Atq; enim Esaias,
Et volauit ad me vnus de Seraphin: Et Aposto-
lus, omnes sūt administratorij spūs, &c. Insuper
Christi incarnationē ignorarunt multi angelo-
rum, priusquam Christus reparationē humani
generis absoluisset: vnde dicebat apud Esaiam,
Quis est &c. Et apud Psalmistam, Quis est iste

*Dan. 7.
Lib. de Hier.
rar.*

*Esa. 6. cap.
Hebra. 1.*

*Esa. 63.
Psal. 23.*

Q iij

Rex gloriæ? Quinimo Apostolus liberè profferetur hanc Dei dispositionem illis per Apostolorum prædicationem plenius innotuisse, ac plerosque eiusdem effectus: Cuiusmodi fuit gentium vocatio. Ait enim, vt innotescat principibus &c. In quem locum Hieronymus Angelicas potestates, vel dignitates præfatum dicit mysterium incarnationis ad plenum nescisse, donec completa esset passio Christi, & Apostolorum prædicatio fuisset gētibus diuulgata. Quod tamen vsque tunc non latuit maiores, secundum Augustinum ibidem dicentem, Constat autem quod Angelum missum ad beatam virginem ad hoc nuntiandum non latuit. Quare ille cui hoc patuit erat de superioribus, & nõ de infimis, quos latuit illud sacrū mysteriū. Ad illud igitur Danielis & Dionysij, dicendum superiores spiritus in scriptura diuina Deo assistere, & ab intimis nunquam discedere, non quin aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt, & nisi causa extra communem dispensationem oborta, ob videlicet mysterij explendi dignitatem, cuiusmodi fuit verbi incarnatio. Neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei potentia, & cōtemplationi semper assistunt, quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur: Vnde apud Tobiam, Ego enim sum Raphael vnus de septem, qui astamus ante Deum Dominum. Et apud Matthæum, Angeli eorum semper vident &c. Inferiores verò dicuntur mitti, propterea quod sepius & quasi ex officio iniuncto mittantur: Vnde & no-

Dani. 7.
In Hierar-
ehia.

Tobia 12.

Matth. 18

menclaturam angeli, hoc est missi ab Angelo, meritò sortiti sunt. Adde quòd & bifariam cælestes illi spiritus mitti dicuntur, nempe intra, & extra (sic enim loquuntur) Prima missio absque motu fit, cum Angelus angelum illuminat, Altera verò cum motu, vt puta cum ad nos mittuntur. Deus enim, vt in pluribus arcana sua superioribus reuelat, illi verò inferioribus, qui deinde ad ea hominibus explicanda demittuntur. Quocirca licet missione exteriori passim non omnes mittantur, mittuntur tamen interiori, & nobis omnes ministrant ex consilio diuino, & maximè Dei erga hominem charitate. Hoc igitur pacto facile scripturæ conciliabis locos pugnantia prætendentes.

DISTINCT. II. QVÆST. VNICA.

Angelus hominem custodiens potest ne aliquid in eiusdem intellectu producere?



NGELOS bonos deputari ad hominum custodiam, satis superque innuit Christus dicens, Angeli eorum &c. In quem locum Hieronymus, Magna dignitas animarū est, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Eiusdem quoque sententiæ est Diuus Gregorius. Ait quoque Psalmita, Angelis suis &c. Quid autem possit in intellectu hominis efficere, diligentius est perscrutandum. Nequit planè speciem intelligibilem,

Angelus quid in intellectu hominis efficit.

Matth. 18.

Psal. 99.

aut rei notitiam imprimere, propterea quòd homo pro statu hoc naturæ lapsæ hæc ab angelo immediatè recipere nequeat, propter ordinè potentiarum ob quem necessarium est intelligentem phantasmata speculari. Sicut enim sensus moueri nequit nisi à sensibili, sic nec intellectus, nisi à phantasmate primò mouetur nunc. Quocirca ad considerationem obiecti purè intellectuales, quale est Deus, rapi nequit homo ipse, nisi à Deo, quo modo Paulus fuit raptus. Vnde diabolus nequit hominem rapere, nisi ad fortem imaginationem obiecti materialis. Et homo per assuetudinè rapi potest ad visionem imaginariã, & intellectiõnè concomitantem illam imaginariã: potest tamè disponere orationibus, & cõtemplationibus, sicut Diuus Petrus & B. Franciscus, & B. Bernardus &c. ac illo raptu imaginario quo quietatur homo ab omnibus extrinsecis, & actibus sensitiuis, vt Deus animũ sic tranquillum ad intellectualem rapiat visionem. Quid igitur Angelus in hominis intellectu potest efficere? Cũ astruat Diuus Dionysius reuelationes fieri hominibus per angelos, idq; proprium sit, cũ ex veteri, tum ex nouo instrumẽto manifestum euadit Angelũ hominem instruere posse, sicut alius homo id faceret, & adhuc perfectius. Sed quonã pacto primum in corpore humano assumpto exprimẽdo conceptus per voces, & terminos, sicut Gabriel virginẽ instruxit, Raphael Tobia: Aut seruãdo vocem in aere, aut in alio corpore, non humano, vt Angelus qui dabat legẽ Moyfi, & qui ap-

2. Cor. 12.

Act. 10.

Lib 4. celestis Hierar.

paruit Balaam. Deinceps potest res naturales sensibus obiicere, ex quibus cognoscet homo quidnã sit futurũ, & hoc modo sapius instruebantur prophete olim, vt Hieremias videns virgam vigilantem, ollã succensam, & Daniel videns quatuor bestias &c. Ezechias videns rotas &c. Sed quid potest in phantasia? Profectò phantasma nouum absque naturali causã (hoc est obiecto) producere nequit, nec ipse phantasmata ex sensũ cõmuni vnus hominis in alterius sensum transferre potest. Circa verò phantasiã eiusdem hominis id potest, videlicet amouere impedimentum, vt puta si perturbatio humorũ aut spirituum vitalium impediãt apprehensionem phantasmatum, illam sedare potest, qua sedata occurrerent ordinatè. Præter hæc prædicta Angelus, vt causã partialis, potest notitiam in hominis intellectu comproducere coagendo, videlicet hominis intellectui. Et sic illi duo intellectus efficacius operari poterũt circa phantasmata, quàm solus ipsius hominis, & speciem intelligibilem perfectiorè producere, quæ exactius obiectum repræsenter. Adde quòd & Angeli à Dæmonum impugnationibus nos protegant, vt habet Hieronymus.

cap. 1.

In 18. cap. Matth.

DISTINCT. I 2. QVÆST. I. ET 2.

An in rebus naturalibus sit materia à forma distincta, & illa sine ista esse valeat?

Cum materia à Deo creetur, & sit alterũ principium rerũ naturalium, seu pars cõpositi consequens est ipsã verũ esse ens actu existens, extra suã

Hic agit de natura elementari.

DISTING. 13. QVÆ. I. ET 14. Q. I.
 causam etiã si cõsideretur ab omni forma denu-
 data. Quocirca cùm Aristoteles asserit eã verius
 esse potentia quàm actu, intelligit de potentia
 subiectiua, & negat eam esse actu, in quantum
 actus dicitur de forma, sed non in quantum a-
 ctus, & potentia diuidunt ens. Siquidem hoc
 modo est verum ens actu existens. Quæ insu-
 per cùm sit alterius rationis quàm forma, ab ip-
 sa vtique re ipsa secernitur, quocirca per poten-
 tiam diuinam absque forma esse valet, & tunc
 esset in loco definitiuè, veluti angelus, & partes
 substantiales haberet, nom autem quantas.

DISTIN. 13. QVÆSTIO VNICA.

*Gignit ne lumen lux ipsa, veluti suam spe-
 ciem sensibilem?*

Lib. 2. de
 anima.

LUX cùm sit suapte natura sensibilis,
 assertore Aristotele, non est substan-
 tia, sed qualitas quædam consequens
 substantialem formam cœlestis cor-
 poris, cuius species sensibilis est lumē, nisi enim
 lumen esset species sensibilis, cùm supra sensum
 poneretur, sensationem impediret. Siquidem
 authore Philosopho sensibile positum supra
 sensum nō sentitur: Ipsum idcirco lumen à lu-
 ce ipsa gignitur, & per medium diffunditur.

Lib. 2. de an.

DISTINCT. 14. QVÆSTIO I.

Est ne cœlum ipsum simplex essentia?

Lib. 9. met.
 Cœli neque
 materiam ha-
 bet nec ani-
 mam.

ARISTOTELES quidem existimauit in cœlo
 nullam esse materiam, quia ipsa (vt ait) est
 potentia cõtradictionis, id est causa quare

res possit corrumpi, cœlum autem secundum
 ipsum est sempiternum, & necessarium, ac in-
 corruptibile per naturam: Quocirca neque a-
 nimam eidem attribuit, quæ sit ipsius substan-
 tialis forma, sed duntaxat intelligentiam mo-
 tricem: Et hac in re dissentit ab Auicenna asse-
 rente orbes esse animatos, & eosdem habere
 duplicem motorem, vnum extrinsecum, ipsam
 scilicet intelligentiam, alterum intrinsecum, vi-
 delicet animam ipsius orbis: Sed Theologi as-
 serunt in cœlo esse materiam eiusdem rationis
 cum materia horum inferiorum. Nam illud
 chaos (ex quo producta fuere omnia) pertin-
 gebat vsque ad cœlum empyrium: Qua de re
 concedunt cœlum suapte natura esse corrupti-
 bile; non tamen corrupendum propterea,
 quod nullum sit naturale agens maioris virtu-
 tis, quàm sit forma ipsius cœli, quæ tamen ne-
 quit elementa, aut mixta in se conuertere, quia
 nequit ea alterare & disponere, vt recipiant
 qualitates cœlestes, quas vocant influentias.
 Quantum ad animationem, non discedunt ab
 Aristotele, potissimū Hieronymus, dicēs quod
 loquitur ad inanimata, & Damascenus. Cùm
 igitur reperitur aliquando apud Augustinum
 hoc esse dubium, dicendum Augustinum lo-
 qui iuxta sensa Manichæorum, qui id in dubiū
 vertebant, non autem ipse Augustinus.

Cœlum cor-
 ruptibile est.

In 1. caput.
 Esaye. & 32
 Deuteron.
 in illud Audi
 te cœli. &c.
 & in illud.
 Benedicite
 aqua.
 Lib. 2. c. 6.

DISTINCT. 14 QVÆST. 2.

Est ne aliud mobile à cœlo stellato?

Cum nullum sydus proprium habeat motum localem, sed motu sui moueatur orbis, consequens est sydera, quæ non semper ex æquo distant, in diuersis esse orbibus, cum hæc varia esse distantia nequeat, nisi à diuersis cœlorum motibus: Atqui septem planetæ difformiter mouentur, & non semper æquè distant à se inuicem, vt patet in sole & luna & à stellis fixis, id est que semper æqualiter inuicem distant, & eundem situm & figuram seruant. Colligimus inde præter cœlum stellatum septem orbis esse planetarū, vnde & Aristoteles hac motus ratione posuit octo cœlos. Deinde astrologi ex vario motu octauum cœli, conclusērunt nonum mobile superius. Nam vnus corporis cœlestis est tantum vnus motus proprius. Motus autē diurnus nō est octauum cœli proprius, cum illud cœlū alio moueatur motu, quemadmodū ipsi aduerterūt suis cōsiderationibus. Igitur motus diurnus est noni cœli, & in hoc fere cōueniunt astrologi. Sed hæsitāt an cuiuslibet planetæ vnus sufficiat orbis, ppter ea quòd ipsi planetæ aliquando distent in latitudine (quæ cōsideratur à polo in polū) sepius in lōgitudine (quæ est ab oriēte in occidēs) nōnunquā eleuātur, id est magis à nobis distāt, aliàs deprimūtur, id est nobis sunt propinquiores, sicut pbat Ptolomæus in Almagesto. Quocirca operæ pretiū est admittere cōcentricos, & excentricos, ac epicyclos, vt omnium prædictorū (quæ contingunt planetis) ratio dari possit: Ex quo colligitur cœlos mobiles, circūdantes terram (præter epicyclos) esse 25. vt puta 23. plane-

Cœli quot
sunt.

tarum, cœlum octauum, & nonum.

DISTINCT. 14. QVÆSTIO 3.

Vtrum elementa agant in hæc inferiora?

In Genesi dicitur stellas positas esse in firmamento, vt sint in signa, & tempora &c. Aristoteles dicit, quòd homo, & sol hominem generant, Atq; idem dicit quòd motus solis in circulo obliquo id est Zodiaco est causa in istis inferioribus perpetuæ generationis, & corruptionis: ex quibus constat sidera agere in hæc inferiora. Agunt igitur primò in elementa, ea alterando pariter & mouendo secundum locum, quandoquidē luna est causa fluxus & refluxus maris. Deinde eleuant exhalationes, & vapores. Tertio generant mineralia metallorū in concauitatibus terræ. Postremò agunt & in corpora animata ea alterando, vt puta producēdo in eis aliquas qualitates cōuenientes, aut disconuenientes animæ informanti tale corpus. In sensitiuis quoq; nā organa possunt sensum alterare, & immutare: Et ita posset organū corrumpi, & lædi. Ex consequenti quoque agunt in intellectu, quia deordinato sensu in actibus suis deordinatur & intellectus, vt patet in phreneticis, & lunaticis, in quibus est confusa imaginatio. Ex quo etiam consequitur deordinatio in voluntate. Nam possunt sidera sensitiuum alterare appetitum, vt potius propensus sit ad vnum persequendum, quàm aliud. Et quia in viatore voluntas allicitur ab appetitu sensitiuo, fit plerumque quòd voluntas insequatur illud

Gen. cap. 1.
2. Physic.

Lib. 2. de generatione.

Stelle agunt
in hæc inferiora.

Eccles. 1.

DISTINCT. 15. QVÆ VNICA
 quod appetitus sensitivus, quia sensus, & cogitatio &c. Et perversi difficile corriguntur. Et ita planetæ, & corpora cœlestia dicuntur inclinare voluntatem, non autem necessario impellere aut cogere, quia per liberum arbitrium potest homo adiutus Dei favore illis obistere. Hæc idcirco pronitas voluntatis ad insequendum appetitum sensitivum contra dictamen rationis in causa est, quare Astrologi prognosticant de moribus hominum, quod sint alicui dediti sceleri aut virtuti, quia considerantur constellationes natiuitatis ipsorum. Sapiens autem dominabitur astris: Vnde Hieremias, A signis cœli nolite timere: Et apud Apostolum, Nulla creatura potest nos separare. Item in genesi, Sub te erit appetitus tuus &c. Et sic nullus planeta dominabitur voluntati, licet possit eam allicere ad illicita. Quocirca (ait Sapiens) post tuas concupiscentias non eas. & Iacobus, Vnusquisque tentatur à propria cōcupiscentia.

Gen. 4.

DISTINCT. 15. QVÆ VNICA.

Vtrum in mixto maneant elementa?

Avicenna existimat vnâ cum Auerroë elementa in mixto manere secundum eorum substantiam, & qualitates: Sed ille putat qualitates elementorum in mixtis esse remissas, non autem ipsorum substantiam: hic autem vtrumque remitti asserit. Neutrius tamen assertio doctore arridet, qui assererat elementa non esse in mixto formaliter, id est secundum ipsorum substantiam, aut qualitates, sed solum

sed solum vt omnia animalia in homine figura triangularis in quadrangulari, Anima sensitiva, & vegetatiua in intellectiua. Nam hæc corpori vnita sensitiuè & vegetatiuè exercet, Ita mixtæ operationes elementorum operationibus similes saltè in genere exercent: Manent igitur elementa in mixto, quemadmodum extremi colores (vt albedo & nigredo) dicuntur in mediis (vt rubeo & viridi) manere propter maiorem conuenientiam mediõrum cum extremis, quam extremõrum inter sese. Ita maior est conuenientia naturalis formæ elementorum cum mixtis, quam sit ipsõrum elementõrum adinuicem, propter quam conuenientiam elementa in mixtis dicuntur ab Aristotele remanere.

Elementa in mixto.

DISTINCT. 16. QVÆ VNICA.

Trinitatis imago an consistat in tribus animæ potentiis, & eadem re ipsa distingantur?



Vm diuersi actus ab vna & simplici animæ essentia, sine reali potentiõrum distinctione esse possint, admittendum est ipsas potentias non distingui re ipsa, sed solum formaliter ab ipsa animæ essentia, & inter se: Siquidem illud est ponendum in natura creata, quod melius est modo esse posse ex Aristotele (natura enim semper desiderat quod melius est) Atqui paucitas sine multitudine est melior, igitur ponenda. Porro trinitatis imago perfecta, & completa nõ consistit in tribus animæ potètiis simpliciter, & absolutè cõsideratis, sed

Potentia animæ quomodo distinguntur.

Ex lib. 1. de generat. Hic agit de hominis consideratione.

quatenus sunt sub actibus suis ipsæ potentia cum unitate essentia. Anima enim in quantum est vna essentia habet intellectum, & voluntatem representat diuinam essentiam, non sic autem representat tres personas, quia essentia (intellectus & voluntas) sunt in qualibet persona, sed representat eas, quando potentia eliciunt suos actus, nempe memorandi, intelligendi, & volendi. Siquidem vnus actus est ab alio per modum originis, seu præsuppositiue, sicut persone inter se originatur. Quæ admodum enim verbum à patre producit, & ab utroque Spiritus sanctus: Sic quodammodo à memoria actus intellectus, seu notitia, & velle ab utroque originatur.

DISTINCT. 17. QVÆSTIO I.

Adæ anima an fuerit in corpore creata?

*Anima nõ est
de substantia
Dei.
Tomo 6. lib.
de duabus ar-
nimabus.
Gene. 2.*

IN eo errore fuit Manichæus, vt probauerit animam rationalem fuisse de substantia Dei productam: Qua de re vide Augustinum: Et innitebatur ei quod scribitur in Genesi, Inspirauit in facie eius spiraculum vitæ. Flatus enim (inquit) est de substantia flantis, Quocirca cum anima sit Dei flatus, sequitur quod sit de eius substantia: Sed ignorabat expers ipse troporum sacra scripturæ, tropica locutione dictum fuisse sufflauit, vel flauit, id est flatum hominis, nepe animam fecit: quomodo & accipitur apud Esayam: cum dicitur ex persona Dei, omnem flatum ego feci. Adde quod & dictio Hebræa æquiouoca est ad flatum, & spiritum hominis, seu animam. Is autem

Esaya 57.

error multifariam refelli potest. Si enim hoc esset, nullo modo homo decipi posset, nec ad malum allici, aut quidpiam ignorare, seu quouis modo mutari ab ignorantia ad scientiam, à vitiis ad virtutes, & è contrario: Immò consequens esset hominem esse Deum. Quia si anima eius esset de substantia Dei, esset tota Dei substantia, quia Deus est indiuisibilis, ergo esset Deus. Huic errori accedunt Libertini asserentes vnicum esse spiritum per omnia diffusum. Omissio igitur hoc errore fatendum est animam à Deo creatam creari, & in ipso corpore, in quo etiam condita fuit anima ipsius. Adde & prius natura creatur anima, & per se existit quam vniatur corpori: Et in secundo instanti naturæ vniatur ipsi corpori, & in tertio sequitur compositum (hoc tamen Aristoteles non concessisset, is enim putabat prædicta fieri in eodem instanti naturæ) posset præterea Deus sua omnipotentia animam extra corpus & creare, & conseruare: Sed hoc sola fide apprehendimus. Non enim potest naturali apprehendi ratione, & à priori, sicut nec eius immortalitas, vt dictum est 43. distinct. 4. quæst. 2. Postremò colligitur cum Augustino animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut fingit Origenes. Hieronymus quoque confutat opiniones omnium philosophorum hac autoritate, Anima mea in manibus meis semper.

*Anima à
Deo creatur,
& in ipso
corpore.*

*Lib. de eccle.
dignit. ca. 13.
vsque ad 20.
in libro de
arca Noë.*

DISTINC. 17. QVÆSTIO 2.
 DISTINC. 17. QVÆSTIO 2.
*An Paradisus sit conueniens hominum
 habitationi locus?*

STatui naturæ rectæ conueniens erat locus ipse Paradisus, vt videre est in primis parentibus: Deinde & lapsæ naturæ, quod constat per Enoch, ac per Heliam. Huc accedunt Hieronymus, Augustinus, & Ambrosius. Quântum autem ad situm, existimauit Alexander Alenfis, & Albertus Magnus, quod attingeret ad globum lunarem. Deinceps quod esset ad orientalem plagam, quântum ad longitudinem, quântum ad latitudinem sub æquinoctiali: Sed eorum rationes diluit doctor, ostendens non esse necesse ipsum tantum à terra eleuari, & quod sit ad orientem cõcedit, quod tamen sit in regione temperata vbicunque fuerit. Ego verò cum Hebræis puto hunc voluptatis paradisum fuisse in confinibus Arabiæ Orientalis, & Mesopotamiæ, quæ irrigua est, & fluminibus abundans, quæ in vnum coniuncta efficiebant vnum flumen, quod postquã abluerat Paradisum, separabatur in quatuor flumina, quorum meminit scriptura.

DISTIN. 18. QVÆ. VNICA.
Est ne in materia ratio seminalis ad formam naturaliter de ipsa educendam?

Gen. 2. & 5.
 & Ecclesiastici 4. 4.
 Lib. 4. Reg. 2. cap.
 To. 2. ad Pãmachium. & aduersus errores. Ioann. Hierosolymitani.
 Super Genes. lib. 8. c. 1
 Libro de paradiso.

Genes. 2.

IN productione æquiuoca (qualis est cum sol ranam, vel vermem producit) aut vniuoca immediata (quæ contingit cum ignis igne generat) nõ requiritur ratio seminalis; Sed in generatione solium, quæ fit mediãte propagatione. Est autẽ ratio seminalis forma substantialis feminis, vel qualitas necessariò consequens ipsam formã, sicut forma tritici, & qualitas consequens formã eius. Semen verò corpus est cuius forma substantialis non est intenta propter se, sed propter aliud ex ipso producendum. Porro neque semẽ neque ratio seminalis sunt coæua materiẽ, quia semen fit ex superfluo nutrimenti ad substantiã aliti, quare neque semen, neque ratio seminalis sunt causæ effectrices generatiõis, seu vltimẽ formẽ, quæ est anima viuens, sed virtus diuina, concurrente influenza cõlestiũ corporũ, veluti instrumento diuinæ voluntatis: Vnde & Galenus virtutes seminũ vocat diuinas. In aliis quoq; ab animalibus sunt rationes seminales, hoc est qualitates quæ sunt viæ ad vltiores formas, siue illa fuerint mixta siue elemẽta. Possunt enim, vt ait August. sic misceri & cõtẽperari adinuicẽ, & ex eis cõditur qualitas, quæ erit via ad vltiorẽ formã. Et hoc pacto asserit August. Magos Pharaonis fecisse ranas. Nã malus Angelus nouit illam qualitatẽ, & proportionẽ elemẽtorũ, & huiusmodi res naturales obediũt ei, absq; resistẽtia quantum ad motũ localẽ. Quare potuit ea cõtẽperare, & sic cõtẽperata apponere directẽ cœ-

Semen et ratio seminalis.

Lib. 13. de Trin. cap. 2.

d. c. 8. lib. 3. de trin. & c. 5.

lestibus corporibus habentibus influere secundum huiusmodi cōtemperamētum & sic ranas generare. Vnde & in exodo dicitur de Magis, Et fecerunt & ipsi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam similiter. Quantū verò attinet ad costā Adæ, ex qua formata fuit Eua, proculdubio nō erat in ea ratio feminalis, qua posset ex ea corpus Eux (quod fuit perfecta quantitate formatum) formari per quācunque transmutationem, sed omnipotentia, & voluntate diuina ita factum fuit, præter naturalē creaturæ cursum. Omnis enim creatura cursus habet naturales. Super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud, quā eorum naturalis ratio habet, vt scilicet virga arida repente floreat, & sterilis pariat &c. Vide Magistrum sententiarum.

*Exodi cap. 7.**Eue formatio.**Numeri 17.*

DISTINC. 19. QVÆST. VNICA.

Vtrum in statu innocentie habuissimus immortalia corpora?

Homo stante innocentia mortalis fuisse.



HOMO in statu innocentie potuisset quidem mori, quia cum per peccatū nō fuerit facta in natura mutatio, sed duntaxat quantum ad gratuita, sicut modò homo naturaliter est mortalis, sic & tūc. Insuper ea quæ post lapsum sunt causa mortis, fuissent & in statu innocentie, saltē illud quod ab intrinseco mortem infert homini, vt mutua actio caloris naturalis, & humidum radicale. Ille enim hoc corrumpit, & reparatur ab eo.

Siquidem Philosopho agens in agendo reparatur, nec id quod corruptum fuisset ipsius, huiusmodi potuisset (vt quidam volunt) per fructum ligni vitæ in integrum restaurare, quia & is fructus paulatim naturalem imminuisset calorem, & caro recens genita non fuisset aliter perfecta sicut præcedens. Quare tandē debilitata fuisset, perinde ac vini virtus (quæ primū modicū aquæ in se conuertit) sæpius posita aqua prorsus extinguitur. Veruntamē si perseuerassent primi parentes in innocentia vnā cum cæteris, non accidisset hominibus mors. Siquidem prius fuissent in cælum empyreum translati, quā eorum natura fuisset improporcionabiliter alterata, & corruptioni propinqua. Fuissent autem translati non omnes simul, sed successiuè, perinde ac modò vnus post aliū ad aliā euolat vitam. Porrò aliis modis non extitissent morti obnoxij si perstitissent in innocentia, vt puta per subtractionem alimenti necessarij, ac actionē ignis, aquæ, aut aliorum elementorum, quia nō se periculis exposuissent, nec vnus alteri nocuisset, secus fuissent nocētes. Præterea nulum animal eis nocuisset, quinimò omnia animalia extitisset homini mitia & amabilia, saltē nō inimica. Nec etiā mali angeli hominib⁹ nocuissent, quia Deus eos conseruasset. Potuissent quidē homines, quātūm ex seipsis à malis lædi, & pati angelis. Siquidē Iob assertore, nō est potestas quæ ei valeat comparari, atqui Deus innocentem conseruasset. Cum igitur Apostolus dicit, per vnum hominem intrauit mors in

*Iob. 41.**Rom. 5.*

Rom. 8.

orbem &c. In omnes, & corpus propter peccatum mortuum est, sic accipiendum est, ut intelligamus peccatum fuisse causam quare hæc potentia fuerit ad actum reducta, sed nihilominus mortalis fuisset.

DISTINCT. 20. QVAEST. I.

An filij in statu innocentia procreati, mox in iustitia confirmati fuissent?

Confirmatio in bono duplex.

Bifariam potest dici quispiam in gratia confirmatus. Primo quia non potest peccare, non quidem ex natura sua, sed per assistentiam Dei, Et hoc modo beati in bono confirmati sunt. Secundo quia non peccat, vel non peccabit, quomodo fuerunt aliqui confirmati, in utero matrum sanctificati, ut Hieremias, Ioannes Baptista, qui tamē forte venialiter peccauerunt, Nā si dixerimus &c. excepta virgine, de qua August. Cū de peccato agitur nullā mentionem facere volo de virgine Maria. Et quidē primo modo viator nequit esse confirmatus, hoc enim implicat contradictionē, cū sit in statu merendi, & demerēdi, sed solis competit cōprehensoribus. Insuper voluntatis viatoris capacitas nō est ad plenū satiata, Igitur nec perfectē cōfirmata: vnde Satiabor cū apparuerit &c. Augustinus, Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Secūdo verō modo potest viator esse cōfirmatus, & sic in statu innocentia fuissent filij in iustitia cōfirmati, posteaquā primam tentationē vicissent, similiter

Lib. cōfessi.

& primi parentes, si primę tētationi restitissent. Quæ quidē tētatio in omnibus fuisset à dæmone, quia prima tentatio ex carne nequibat esse. Hanc autem iustitiam non transfudisset Adam in filios, quia cū esset supernaturale donū ex mera Dei liberalitate, proli donata fuisset, sicut parētibus, nec eam parētes filijs meruissent. Sed fuissent ne filij prognati in ea confirmati, proculdubio nequaquā, non enim perfectiori modo eam filius recepisset, quam pater, quare eam sicut pater amittere potuisset. Insuper ipsa iustitia originalis non cogebat eos ad bene operandum, sed erant liberi arbitrij. Quocirca cū Anselmus dicit, Si primi parentes sic vixissent, ut primō tentati non peccassent, confirmati ita fuissent cum omni progenie sua, ut ultra peccare non possent, sic accipiendū est: Quod si parentes perstitissent, filij mirum in modum adiuti fuissent, nec peccassent, tum propter iustitiā originalem, tum propter diligentem curam, & doctrinam parentum.

Lib. I. cur Deus homo. cap. 18.

DISTINCT. 20. QVAESTIO 2.

An in statu innocentia soli electi fuissent geniti?

HAVD dubiè si perstitisset humanum genus in eo statu, in quo à Deo primum fuerat editum, illi duntaxat qui nunc electi sunt, geniti fuissent. Quocirca electi, qui generati fuerunt, aut generabuntur à reprobis parentib⁹ (ut Barbara à Dioscoro)

fuiſſent ab aliis generati parentibus, vt puta ab electis: Et nihilominus fuiſſent numero iidem, nedum quantum ad animam, ſed & quantum ad corpus organicum. Hoc autem ſic oſtendo. Homo enim generatur vel ex ſolo menſtruo matris, vt ait Philoſophus, vel ex ſemine viri ſimul, & ſemine mulieris. Semen autē ex ſuperfluuo alimenti eſt tertiæ digeſtionis, id eſt ex eo cibi quod ſupereſt nutrito, & augmentato indiuiduo. Atqui materia ex qua aliquis electus generatur nunc, quæ eſt ſub forma panis, aut alterius cibi, potuit eadē numero in ſtatu innocentiæ eſſe ſub pomi forma, aut alterius fructū, Ergo & eadē materia potuit tunc conuerti ab electo, qui nunc editur à reprobo, & idem ſemē numero conſequenter generari in ambobus, & ex cōſequenti idē potuit eſſe filius reprobi, & electi, & idem potuit eſſe filius Adæ, & Abrahæ. Nam vnitas numeralis in effectu pendet à cauſis intrinſeciſ (nempe materia & forma) non à cauſa efficiente, & eadē forma numero poteſt induci à diuerſis agentibus, vt ex aliquo ligno idem ignis numero à diuerſis ignibus generari poteſt. Altera ratione ſic aſtruo, Omnis ordinatē volens (poſt amorē finis) immediatē vult id quod eſt immediatius ſeu propinquius (non quidem ex ſua natura, ſed ex diuino beneplacito) ipſi fini. Deus eſt ordinatē volens, igitur primò vult ſeipſum tanquā finem. Deinde vult ſuam bonitatem creature rationali cōmunicare id eſt conferre illi beatitudinem. Tertiò vult illi gratiam, quæ ordinatur ad felicitatem confe-

*Lib. 2. de
gener. anim.
Originali iu-
ſtitia ſtante
ſoli electi na-
ti.*

quendam: Et quartò vult iſtum ſic electum naſci ab his parentibus. Idcirco cū prius boni prædeſtinētur ſeu deputentur ad vitam æternā, quàm quod eorum parentes determinētur, per quoſcunque parentes naſcantur, iidem erūt numero, & diuerſitas parentū non variabit Dei electionem, ſiue illos, qui determinati ſunt ad perennem gloriā, quia parentes habent rationē poſterioris, conſtat autem poſterius nō variare id quod prius eſt. Mutatio enim ſeu corruptio accidentium ſubſtantiam non variat.

DISTINCT. 20. QVÆSTIO 3.

*Creuiſſent ne corpore & ſcientia filij ſtante
originali iuſtitia?*

Variant quidem doctores hac in re: Veruntamen veriſimilior eſt eorum aſſertio, qui putant primorum parentum liberos naſciturōs paruos, propter materni vteri neceſſitatem, ac deinde per temporum interualla eadē lege qua & nunc ſtaturæ incrementum ac membrorum uſum recepturos, vt in illis expectaretur ætas ad ambulandū, & loquendum, ſicut modo in nobis. Quod vtique non eſſet vitio imputandum, ſed conditioni naturæ, ſicut à cibo abſtinere penitus non valebant, nec tamen illud erat ex vitio, ſed ex naturæ conditione. Quòd ſi dixeris Deum præſtitiffe multis animalium pullis, vt mox nati currant, matrem ſequantur &c. Ergo & homini

*Originali
ſtante iuſti-
tia filij cre-
uiſſent corpo-
re, & ſcientia.*

DISTINCT. 21. QVÆSTIO I.

idem præstitisset non sequitur. Siquidem proles humana habet membrorum teneritudinē, propter complexionis bonitatem & congruentiā naturæ, quæ à debiliorū cōplexione ad fortiora procedit, etiam quæadmodum in statura corporis, & membrorum vsu per temporis accessum profecissent, sic in exordio natiuitatis sensu imperfecti extitissent, & per temporis interuallum in sensu, & cognitione profecissent. Vnde primò fuissent incij, & rerum ignari: Tamen hæc ignorantia (si ignorantia dici debeat) non fuisset in eis culpabilis, aut peccati pœna, Imo nec ignorantia propriè dicenda fuisset. Siquidem ignorantia nō dicitur nisi cū id quod sciri, & nō ignorari debet, nescitur. Dicit enī priuationem scientiæ, quæ est apta inesse pro illo tempore: Et hæc sola est peccati pœna, & culpabilis.

DISTINCT. 21. QVÆSTIO I.

Potuit ne homo primum venialiter delinquere?

Adam potuit primum venialiter delinquere.

CVm originalis iustitia ultimo fini, qui est Deus ipse, hominem non perfectius coniungeret, quàm gratia gratum faciens nūc viatorem coniungat, & contingit eum qui est in gratia quantumuis perfectus fuerit, venialiter delinquere, præter amissionem gratiæ, vt patet ex illo, Si quis superædificauerit &c. & ex illo, Si dixerimus &c. & illo, In multis offendimus omnes &c. Cōsequens est etiā habetē iustitiā originālē offendere posse venialiter, licet eam nō amittat. Secus veniale nō minus iu-

*1. Cor. 3.
1. Ioan. 1.
Iacobi 3.*

LIBER SECVNDVS. 135

stitiæ repugnaret, quàm mortale, si vtrumq; eā corrumpere. Adde quòd aliquis actus ex genere esse potest veniale, quale verbū otiosum, hoc autē potuit Adā proferre, Igitur, & venialiter peccare. Nam actus ex se venialis non fit mortalis, nisi intercedat præceptū illud prohibens ex necessitate salutis. Quod sanè nō interuenisset, quia Deus ipse cuius præcepta graua non sunt, & iugū suaue, ac onus leue, non obligasset ipsum hominē semper ad faciendū quod fuisset melius, vel ad vitandum quodcunque retardatiuū à meliori bono. Hoc quippe admodum difficile homini fuisset. In beatis autē nequit esse veniale peccatum, nisi dimitteretur sibi ipsis, & tunc etiā talis actus in ipsis esset mortalis, propterea quòd præceptum sit eis intermissè Deo frui, & semper optima operari. Illi siquidem habent perfectè adimplere præceptū illud, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c.

*1. Ioan. 5.
Matth. 11.*

Beati non possunt venialiter offendere.

DISTINCTIO. 21. QVÆST. 2.

Fuit ne grauißimum Adæ peccatum?

QVò exactius peccati Adæ grauitas expédatur, operæpretium fuerit imprimis talis peccati qualitatem rimari, quam vt adsequamur obseruandum est in genere esse duos voluntatis actus, videlicet velle, & nolle, seu amare, & odire: Et peccatum nequit esse primū in nolle, sed in velle. Est autem velle, seu amor duplex, nēpe amicitia, & cōcupiscentiæ, seu cō-

*Lib. 12. super
per gen. c. vi.*

modi, ille est propter amatum, hic propter aliud. Primū autē Adæ peccatum nō fuit ex immoderato amore sui, sicut primū angeli peccatū sed immoderato amore amicitiaē vxoris. Siquidem, vt ait Augustinus, noluit eam contristari, quā credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienatā omnino interire, non quidē carnali victū cōcupiscentia, quā nondū sēserat, sed amicabilem quadā beneuolentia, qua plerūq; fit, vt offendatur Deus, ne offendatur amicus. Nō igitur fuit amor cōcupiscentiaē, vel libidinis, quia is nondū erat. Ex illo autem inordinato amore grauius sequebatur peccatū, nempe velle explere quod nō licuit, id est violare præceptū Dei esu pomi. Ex hoc possumus elicere grauitatem huius peccati. Grauitas enim alicuius peccati deprehēditur vel ex eo quod opponitur maiori bonitati, sicuti odiū Dei eius dilectioni, vel ex eo quod pluribus præceptis prohibitur, vt occidere hominē grauius est quā nō obseruare ieiuniū ab ecclesia indictū: Quia illud iure naturæ & diuino prohibitur, istud verò iure positiuo. Neutro autem modo fuit peccatum Adæ maximū, quia non fuit directè contra maximū, & primū præceptū, Diliges dominū Deū tuum &c. Nec contra huic proximū, quod est de dilectione proximi. Excedere enim in primi dilectione sicut excessit Adam, minus aduersatur tali præcepto, & præcepto de dilectione Dei, quā proximum odire. Nec fuit prohibitio illa esus illius fructus de lege naturæ, seu prohibitus quia malus, sicut decē præcepta de-

calogi. Esus enim illius fructus in se non fuit malus, sed fuit solū malum, quia prohibitū ad experiendum eorum obedientiam. Si enim nō fuisset prohibitum, ita licuisset eo vesci sicut alio: Ex quo concluditur peccatum primi hominis simpliciter, & secundum suam naturam minimè fuisse grauius. Quinimo plerique nunc grauius delinquant, vt Atheista, Libertini, hæretici, blasphemii &c. qui (nisi resipiscant) grauius punientur, quā puniretur Adam damnatus pro tali scelere. Si autem conferamus Adæ peccatum peccato, Euæ istud dubio procul peccatum grauius multò fuit, quippe quæ vīsupare voluit diuinitatis æqualitatem, & nimia præsumptione elata credidit ita esse futurum. Hæc autem non irrepsērunt in animum Adæ, pro quo vide Magistrum. Adde quod ait Apostolus, Adam non fuit seductus. Inde etiam colligitur, quod mulier plus peccauit, quia grauius punita est, cui dictum fuit, In dolore paries filios: Item fuit peccati viri causa, ergo grauius. Obserua nihilominus (vt planè interpreteris dicta patrum, qui videntur nonnunquam aggrauare magis Adæ peccatum, quā Euæ) peccatum posse aggruari ex circumstantia accidentali propter excellentiā, & dignitatē personæ, quæ propterea cauere peccatū magis debet: Insuper propter fortitudinē, & facilitatē resistendi. Quia propter quia Adā exteriori pulsatus tētatione cecidit, tanto grauius plectēdus erat, quāto leuiore impulsu erat pstratus. Tētatio enim carnis difficilius vin-

*Dist. 22. c.
Ex quo ma-
nifestè.*

1. ad Tim. 2.

Genesis 3.

cirur, quia de nostro cōtra nos roboratur. Quia igitur Adam fuit circumspectior & nobilior, & fortior ad resistendū, ideo per accidens, licet non per se, suum peccatum fuit maius. Tradita enim fuit Adæ iustitia originalis, tanquam digniori, & circumspectiori, ac fortiori, vt ait Augustinus, Ita quod si eam perderet, pro se, & tota pōsteritate perderet. Non sic autē tradita fuit mulieri, Ideo peccatū Adæ accidentaliter fuit grauius peccato Eux, formaliter tamen per se merè, & præcisè in se peccatū Eux fuit grauius, Prædictis tamen videtur aduersari Augustinus, dicens quod Adam, & Eua voluerunt rapere diuinitatem, & perdiderunt felicitatem. Sed dicendum est quod Adam non appetebat Dei æqualitatem directè & formaliter, seu efficaciter, sed tātum interpretatiuè, quia diuinū contempsit imperium, & voluntatem suam diuinæ prætulit voluntati & iussioni, & se sibi tanquā Deo subiecit, & ex hoc Deo æquari voluit, & sic omnis peccans, vt ait Anselmus, vult rapere Dei æqualitatem, imò vult esse Deo maior, cū propriam voluntatem diuinæ præfert, non obediendo ipsi Deo. Eua autem formaliter, & efficaciter eam appetiit. Insuper si dixeris ob peccatum Adæ maiorem fuisse inflictam pœnā, quia mors ipsius, & totius humani generis, modò pœna infligitur iuxta grauitatem culpæ, Quantum se glorificauit, &c. & secūdum qualitatem delicti: Ergo peccatū illius fuit grauius. Respōdetur quod licet mors sit generalior, quā quęcunq; alia pœna p peccato homini inflicta, non tamen

*Tomo 7. de
meritis, &
peccat. redēp.
cap. 16.*

*In eum locū
Psalms 68.
Quæ nō rap-
pō tunc ex-
oluebam.*

*Lib. de casu
diaboli.*

*Apoca. 18.
Deutero. 25.*

non tamen maior est pœna, quā illa quæ debetur, & correspondet formaliter peccato mortali in inferno. Peccato autem Adæ non debebatur pœna talis maxima, quinimò si pro hoc peccato solo fuisset damnatus, leuiorem sustinisset pœnam, quā multi alij.

DISTINCT. 22. QV. VNICA.

Peccauitne primus parens ex ignorantia?



Missis variis ignorantie acceptio-
nibus, primus parens non deliquit
ignorantia erronea, quia error non
precessit peccatum ipsius, sic quod
crederet factum illud esse bonum,
aut bonum ex eo sequi. Nam vt ait Augustinus
approbare vera pro falsis est naturæ lapsæ, non
institute. Deinde non erat in eo ignorantia facti,
sciebat enim vesce fructu illo esse contra Dei præ-
ceptum. Sed fuit in eo ignorantia circumstantia-
rum consequentium, quantum ad grauitatem
culpæ, & pœnæ, putabat enim veniale, quod erat
mortiferum. Existimabat siquidem se consequi
facile sui peccati remissionem, nec existimabat
Deum adedò grauius vlturum tale delictum in
seipso, & in posteris.

*Adam non
deliquit igno-
rantia.*

*Lib. 3. de lib.
arbitr. c. 18.*

DISTINC. 23. QV. VNICA.

*Potestne Deus voluntatem creare, quæ per naturam
impeccabilis existat?*

S

DOno sanè supernaturali fieri potest, vt sit creatura quælibet rationalis impeccabilis, quale donum virgini fuit concessum, & bonis Angelis, ac beatis nunc collatum est: At per naturam id nulli competere creaturæ potest. Quòd sanè magis sacrorum doctorum auctoritatibus, quàm rationibus fulcitur. Ait enim Anselmus respondens discipulo quærenti ab eo, cur non potuit Deus facere creaturam rationalem impeccabilem per naturam, quia non potuit (inquit) ipsa facere Deum, quare nulla creatura potest esse impeccabilis nisi sit assumpta à supposito diuino. Itè Augustinus ait Angeli peccauerunt, & demones facti sunt, & cuiuscumque creaturæ rationali præstatur, vt peccare nõ possit, nõ est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Insuper Hieronymus: Solus Deus est (inquit) in quem nõ potest cadere peccatum. Hæc quoque ratio adferri potest. Omnis voluntas, quæ non est suaregula, nec necessariò est conformis regulæ suæ, potest deficere in rectitudine: sed omnis voluntas creata derelictæ naturæ suæ est huiusmodi, ergo potest deficere, & per consequens nõ esse impeccabilis suapte natura.

DISTINCT. 24. QV. VNICA.

Distinguiturne superior portio ab inferiore?

STat vtique animæ portiones, non sunt sic accipiendæ, quasi sint duæ animæ potentiæ abinuicem distinctæ, superior vna, inferior altera: Quinimo vtraque triplex est iuxta potentiarum animæ numerum, videlicet intele-

Homo, & Angelus nequit esse impeccabilis per naturam.

Cur Deus homo. Lib. 1. c. 10. in fine.

Contra Maximinum. Lib. 3. c. 12.

In tractatu de filio prodigo.

Portio Superior, & Inferior.

ctus, voluntatis, & memoriæ, qualibet etenim harum trium superior portio dicitur pariter, & inferior. Cùm enim ad Deum ipsum, & æterna apprehendenda sese conuertunt (quod contingit, cùm homo Dei memoratur, eiusdem perfectiones contempletur, ac ipsum diligit) portio superior qualibet nuncupatur. At cùm ad terrena sese deiiciunt etiam referendo eadem ad cœlestia, inferiores vocantur portiones. Vnde & Augustinus: Rationis autem pars superior æternis rationibus conspiciendis, vel consulendis adhe-
Lib. 11. de Trinit. c. 8.
Eodem. Lib. 12. de Trinit. cap. 4.
Hæc dist. cap. 6. de sensuualitate.
Imago Trinitatis in portione superiori.

rescit. Portio inferior ad temporalia gubernanda defleuitur. Ex his igitur manifestum euadit superiorem portionem ab inferiori, non re ipsa, sed consideratione duntaxat separari, seu ratione actuum, quod & Augustinus asseuerat dicens: Cùm verò de serimus de natura mentis humanæ, de vna quadam re differimus, nec eam in hæc duo, quæ commemorauimus, nisi per officia geminamus. Vide amplius Magistrum. Quòd si dixeris Augustinum ibidem constituere trinitatis imaginem in superiori portione, & eam negare inferiori, hoc vtique ait Augustinus, propterea quòd in superiori portione sit expressius, quàm in inferiori. Quando quidem cùm animæ potentiæ feruntur circa æterna habent quandam specialè similitudinem, cum personis diuinis æternis, quæ non habent, vt conuertuntur ad temporalia. Veruntamen in eis etiam cùm afficiantur temporalibus imago consistit, sed non ad eòdè plenè.

DISTINCT. 25. QV. VNICA.

An sola voluntas sit effectiua sui actus?

Voluntas so-
la suum ef-
ficat actum.

Lib. 11. de ci-
uitate. cap. 6.

Nea fuerunt heresi Gotfredus, & Henricus, vt putauerint quidpiam aliud à voluntate, esse effectiuam causã volitionis & nolitionis, ille phantasma, iste obiectum cognitum. Sed proculdubio sola voluntas ipsa est totalis causa suorum actuum, vt ostendit Augustinus hoc pacto, Quod si duo (inquit) sint æqualiter affecti animo, & corpore, & postea tententur eadem pulchritudine vel obiecto, vnde est quod vnus cadit (culpabiliter) & alius non cadit? Et dicit quod hoc solum est à voluntate. Idem dicit Anselmus. Item Augustinus, quod nisi ea quæ sunt voluntaria, nobis essent posita in potestate, nostra voluntas neque esset laudanda, neque vituperanda, neque mouenda. Et qui dicit, vel sentit voluntatem non esse mouendam, talis est exterminandus ab hominum numero. Præterea Anselmus, voluntas instrumentum seipsum mouens, & alibi: voluntas mouet nos tanquam sua instrumenta. Augustinus: Nihil tam est in potestate nostra, quam ipsa voluntas. Insuper Aristoteles liberè proficitur, quod potestas rationalis est ad opposita, & subdit: Hoc autem dico appetitum, & proheresin, id est, electionem. Igitur appetitus est effectiuus suæ volitionis. Adde quod aliqua eueniunt contingenter, & euitabiliter, secus non oportet consiliari, atque negotiari, vt dicit Aristoteles. Sed quæ contingenter eueniunt non fiunt à causa determinata, seu naturali, quia tunc necessariò euenirent: quare oportet illa esse à cau-

De conceptu
vigi. cap. 8.
Lib. 2. de lib.
arbitrio.

Lib. de conce-
ptu vigi. c. 4

Lib. i. retr.
cap. 23.

Lib. 9. Me-
taphy. cap. 8.

Lib. 1. Peri-
hermin. cap.
11.

sa indeterminata.

DISTINCT. 26. QV. VNICA.
Vtrum gratia sit in anima essentia vel
in potentia?



Anselmus liberè profitetur gratiam esse in ipsa voluntate, dicens, omnis iustitia, & iniustitia (actualis scilicet, & habitualis) est formaliter in voluntate, Siquidem gratia est quædam iustitia, & rexitudo. Insuper opposita sunt circa idem, atqui gratia, & peccatum opponuntur, & peccatum aassertore Anselmo ibidem, in voluntate existit, ergo & gratia. Præterea gratia est forma aliqua in anima, vt patet ex illo, Charitas Dei diffusa est, atqui non est passio aut potentia, ergo habitus: per locum à sufficienti diuisione data ab Aristotele, omnis autè habitus est in potentia, quia opus bonum habentis talem habitum reddit, igitur & gratia in voluntate est. Postremò gratia cooperans est in voluntate, ergo & operans, cum sint idem.

Lib. Decem
cep. vigi. c. 3

Gratia est in
potentia.

Rom. 5.
Lib. 2. Ethicor.

DISTIN. 27. QV. VNICA.
An gratia sit virtus?



Gx præcedenti distinctione liquet gratiam esse habitum, atqui non vitium, igitur virtus, & eadem re ipsa cum charitate, quando quidem quæcumque ex-

Gratia est
virtus.

August.
Lib. 15 de ci-
uitate. cap. 18

*Gratia &
charitas di-
stinguntur.*

cellentia gratia attribuantur, & charitati & cō-
trā: vtraque enim diuidit inter filios regni, & per
ditionis, vtraque insuper coniungit vltimo fini
perfecta coniunctione, qualis potest esse in via.
Distinguntur nihilominus ab inuicem formaliter,
seu consideratione, siquidem charitas dicitur
virtus, quia eam habens dicitur Deum habere
charum, & in quantum concurrat cum voluntate
ad diligendum Deum, & bene operandū. Gratia
verò est qua Deus aliquem habet gratum, & re-
putat eum beatitudine dignum. Hanc verò di-
stinctionem innuit Apostolus, Gratia domini
nostri Iesu Christi &c.

i. Cor 13.

DISTINCT. 28. Q. V. VNICA.

*Liberum hominis arbitrium an sine gratia omne
cauere mortale valeat?*

Pecatum bifariam accipitur (saltem
cōmissionis) Primò quidem pro a-
ctu ipso deformati, deinde pro macula
seu reatu permanente, quoad usque
pœnitentia scelus ipsum deletū fue-
rit. Et quidem peccatum (iuxta secundam hanc
acceptiōem) omne mortale liberum arbitrium
ex se pro hoc statu cauere nequit. Siquidē anima
carens gratia aliquo infecta est peccato originali
vel actuali, à quo nisi per gratiam eripi nequit,
vnde illud: Si filius vos liberauerit &c. cetera. Hoc
autem non prouenit propter immediatam culpa
& gratie oppositionem: Nam hæc in statu in-
nocentiæ non fuissent opposita, cum tunc po-

Ioan. 8.

tuisset esse aliquis in puris naturalibus. Nec pro-
uenit ex impotentia ipsius Dei, quasi Deus
non posset offensam absque gratia dimittere.
Nam qualem potuit Deus voluntatem condere,
talem & reparare valet, posteaquam deliquit. Sed
huius causa est lexilla vniuersalis, qua à Deo sta-
tutum, non remittitur peccatum, nisi infundat
& gratiam. Causa igitur ob quam sine gratia
liberum arbitrium non possit mortale omne vi-
tare, non est impotentia seu infirmitas liberi
arbitrij absolutè, sed quatenus cooperatur ad
Deum gratiam liberè offerentem, libero tamen
arbitrio quadantenus disposito. Istud quoque a-
strui potest ex eo quod homo tenetur aliquando
elicere actū illius præcepti: Diliges Deum tuum
ex toto corde tuo: Non enim citra mortalem of-
fensam posset illud semper omittere. Cùm igitur
voluntas (licet careat gratia) adimplebit
istud præceptum, & ita de congruo sese ad gra-
tiam disponet, offeretur ei à Deo gratia, cui vel
resistet & mortaliter offendet, vel consentiet &
iustificabitur ex pacto diuino.

DISTINCT. 29. Q. V. VNICA.

*Erātne originalis iustitia, supernaturale
donum?*



Originalis iustitia duo in homine *Originalis*
prostatu innocentia efficiebat: Pri- *iustitia quid*
mum perfectam in animo tranquil- *prestabat ho-*
liratē & harmoniam, quantum ad *mini.*
omnes potentias, sic vt aut ap-
petitus sensitivus contra iudicium rationis in

nihil ferretur, aut si ex se ipso inordinate moueretur, moderabatur profecto, & ordinabatur citra difficultatem à ratione, & absque retinentia, & dolore partis sensitivæ. Id autem non habebat potentia facta in puris naturalibus. Quamobrem operæpretium fuerit asserere iustitiam originalem (quæ id præstabat) donum fuisse supernaturale. Deinde quemadmodum intellectus sensui coniunctus natus est sensibilia intelligere, sic voluntas sensitivo appetitui cõnexa, nata est eidem condelectari. Quocirca nequit sensitivum appetitum à suo delectabili, aut etiam seipsam à condelectando eidem retrahere absque difficultate. Quapropter, ut delectabiliter id operareretur, oportet ipsam in aliud ferri sibi delectabile (ut puta in Deum ipsum quàm sit illud delectabile potentia inferioris, hoc autem seipsa non potest. Necesse est igitur eam habere donum supernaturale (nempe originalem iustitiam) quæ Deum illi reddat delectabiliorem delectabilibus sensitivi appetitus. Si quidem (ut ait Hieronymus) Nudi & expediti domini consortio fruebatur. Si igitur vires inferiores delectabiliter obsequantur rationi, opus est in ipsis ponere supernaturale aliquod donum, quo ferrentur magis in delectabile voluntatis, quàm in proprium delectabile: vel oportet ponere specialem voluntatis diuinæ assistentiam, aut aliquid æquivalens. Inter illa tamen dona potissimum fuit iustitiæ originalis, quæ erat in voluntate per quàm ipsa voluntas carnisset, ne illicitæ delectationes insurrexissent in appetitu sensitivo, qualis est fornicatio, & cetera.

Lib. 1. aduersus Iovinianum

Licitas autem imperasset, ut cognoscere suam, & bene eis vsa fuisset eas in debitum, & vltimum referendo finem, & eis vtendo pro loco, & tempore. Secundum quod homini præstare asseritur iustitia originalis est immortalitas, hoc est, potentia non moriendi, sed hanc non conseruabat sola originalis iustitia, sed pleraque alia, vt esus fructus arboris vitæ, diuina protectio, Angelorum custodia, parentum doctrina, bonum regimen intrinsecum. Quod si dixeris hominem ex puris naturalibus habuisse immortalitatem, & tranquillitatem potentiarum, cum horum opposita sint pœnæ pro peccato illatæ, & proinde iustitiam originalem hæc non contulisset. Respondetur assumptum falsum esse: Quinimò homo in puris naturalibus sensisset carnis rebellionem, & fuisset morti obnoxius, nec istæ fuisset illi pœnæ, sed conditiones natura: pœnæ, inquam, proprie dictæ, id est, pro peccato inflictæ, sicut non est boni pœna mori, sed naturalis conditio. Deinde si exquiras an iustitia originalis præstet gratiam, an contrà. Respondetur, quod se habet ad gratiam, sicut excedens, & excessum. Excedens quidem, quia fini vltimo coniunxit firmiter voluntatem, quàm gratia: Ita enim coniunxit secundum aliquos, nempe Alexandrum, Bonauenturam, Thomam, quod non patiebatur secum aliquod peccatum veniale. Caritas autem compatitur, vel secundum prædicta saltem ita coniunxit, quod facilius, & delectabilius erat pati aliqua tristitia inferiori, quàm alicui delectationi inferiori acquiescere, recedendo à delectatione finis. Istam

facilitatem non facit gratia, cum qua fiat ista pronitas ad malum, & difficultas ad bonum: Sed excedit gratia in hoc, quòd ipsa coniungit de condigno fini, videlicet Deo, vt bono supernaturali, & supernaturaliter per meritum atringendo tale bonum: Non sic autem originalis iustitia, sed tantum coniungebat illi bono, vt conuenienti, & delectabili. Si dicas, quòd in aliquibus sanctis (vt in B. Francisco, Bonauentura, & aliis) gratia faciebat hanc facilitatem vt delectabiliter resisterent passionibus. Respondetur, hoc non esse secundum legem communem, nec ex gratia inhærente, sed ex speciali dono.

DISTINCT. 30. QV. I. ET 2.

An peccatum originis sit priuatio originalis iustitiae, & omnes secundum legem propagati ab Adam illud contrahant?



Anselmus per peccatum, quod originale dico aliud intelligere (inquit) nequeo in ipsis infantibus, nisi factam per inobedientiam Adæ debitæ iustitiæ nuditatē, per quam omnes sunt filij iræ, & in iniquitatibus concepti. Hoc astruitur, nam peccatum formaliter, seu propriè est iniustitia, ergo peccatum originale est iniustitia originalis: Iniustitia autem secundum eundem, est priuatio iustitiæ debitæ. Ex his colligitur plena huius peccati definitio, quòd sit carentia iustitiæ originalis debitæ, quia accepta in primo parente, & in ipso amissæ. Quòd si obijcias Apostolum & plerisque sanctorum asseren-

*Prout. 2. 9.
Lib. 1. de concepit. virgin.
c. 27.
Originale peccati quid.*

*Ephes. 2.
Psalm. 50.*

Lib. de casti diaboli cap. 5. & 16.

tes concupiscentiam esse peccatū originale: Obseruandum est concupiscentiam bifariam accipi posse: Primùm vt est actus, aut habitus, vel pronitas in appetitu sensitiuo, & nullum horum formaliter est peccatum, quia est communis nobis, & brutis. Præterea in parte sensitiuo, secundum Anselmum, non est peccatum. Secundò accipitur, vt est pronitas in appetitu rationali, id est, in ipsa voluntate, ad concupiscendum delectabilia immoderatè, quæ nata est condelectari appetitui sensitiuo, cui coniungitur: Et hoc modo concupiscentia est materiale peccati originalis, quia per priuationem iustitiæ originalis (quæ erat veluti frænnum ipsam cohibens ab immoderata delectatione) ipsa nõ positiuè, sed per priuationem, fit prona ad concupiscendū delectabilia, quemadmodum dat analogiam Anselmus de nauis, fracto gubernaculo, quæ impellitur quocunque ventus flauerit, & de equo fracto fræno & sibi dimisso, quocunque fert appetitus sensitiuus mouetur. Moderaretur autè, & cohiberetur illa per gubernaculum, hic vero per frænū. Eodè modo se habet voluntas ad iustitiam originalem, & illi exemplo alludit Anselmus. Si autem equus, & c. Quilibet autè secundum communè legem (præter Christum) aut non specialiter præseruatus (præter virginem) ab Adam propagatione hoc contrahit peccatum, vt patet ex illis, per vnum hominem, & c. Sicut per inobedientiam, & c. In Adam omnes moriuntur, & eram nati filij iræ: In iniquitatibus conceptus sum, & c. & ex illo Augustini: Firmè tene, & c. Ratione verò

Obcupiscentia dupliciter accipitur.

D. lib. de casti diaboli. c. 3. & 4.

Lib. de casto gubernaculo, quæ impellitur quocunque ventus flauerit, & de equo fracto fræno & sibi dimisso, quocunque fert appetitus sensitiuus mouetur.

Iacobi. 3. c. Pro prima q. Originale peccatum in omnes transmittit.

Rom. 5. D. c. 5. Ro. 1. Cor. 15.

Ephes. 2. Psalm. 50.

Tom. 3. de fide ad Petrum cap. 6.

Resol. 19.

Originale
peccati qua-
re sit in par-
uulis.

sic astringitur, quilibet sic propagatus caret origi-
nali iustitia (vt patet ex eius effectis, quia rebel-
lionem in se sentit, nec potest non mori.) Et de-
bet eam habere, propterea quod in primo pa-
rente eam accepit, & per eius peccatum ipsam
amisit, igitur habet peccatum originale. Ratio-
cinatio constat per locum à definitione, antece-
dens est ipsius Anselmi. Ex his colligitur pro-
pterea paruulos constringi, & contaminari de-
bito iustitiæ originalis, seu peccato originali,
quia Adam pro se, & pro tota natura (quæ in ipso
causaliter, seu virtualiter erat) iustitiam accepit:
Idèd iustè Deus eam à tota exigit natura, vnde
Anselmus. Adam peccato personali nudauit na-
turam iustitia debita, & nudata natura à tali iu-
stitia in quocunque facit, naturam nudam facit,
& talem debitoricè. Astringitur præterea, nam om-
ne donum, quod datur ab ipso Deo anteceden-
ter, seu voluntate antecedente, id est, quantum
est ex parte Dei, sine speciali gratia & debito est
debitum, licet non detur consequenter seu de fa-
cto. Atqui Deus dans originale iustitiam de fa-
cto ipsi Adæ, eam dedit filiis antecedenter, id est,
quantum erat ex parte Dei, quia sine speciali me-
rito, aut dono eam illis dedisset vniuersaliter, &
quasi naturaliter: non quod eam pater transfu-
disset, cum esset donum supernaturale, sed quia
Deus cooperatus fuisset regularitet, dando iusti-
tiam propagato, sicut nunc corpore perfectè or-
ganisato animam intellectuam creat, & infun-
dit. Quocirca ex tali collatione facta, patri filius
est debitor iustitiæ sic datæ. Quod autè donum

antecedenter datum sit debitum patet. Nam is
cui voluntatem, & gratiam Deus cõfert, debitor
est bonorum operum, quæ antecedenter illi in
his donis dantur, & virtualiter in gratia conti-
nentur, ita quod amittens gratiam, & frequenter
peccans nedum pro amissione gratiæ punitur.
(Nam hoc pacto tantum puniretur, qui semel
mortaliter deliquit, quantum qui pluries) sed
quia non bene vsus est gratia. Vnde apud Lu-
cam: *Negotiamini donec venio.* Itè apud Mar-
thæum arguitur ille qui talentum domini sui in
terram absconderat. Bifariam igitur iustitia di-
citur debita, Primò, quia in se accepta, & à seipso
amissa. Secundò, quia ab alio accepta, & opere,
seu delicto alterius perdita: Primo modo incur-
ritur actuale peccatum: Secundo modo originale.
Si quis igitur cum Iuliano Apostata, & cæteris
hereticis querat dicens, non peccat qui nascitur,
non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui
condidit, per quas igitur rimas inter tot præsidia
innocentiæ peccatum singis ingressum? Respon-
detur, ingreditur peccatum per has duas causas
positiuas, voluntatem Dei dantis iustitiam ori-
ginalem quantum est ex seipso, & patrem pro-
pagantem, per cuius actionem iste est filius ma-
lus Adæ. Hoc astringitur per Apostolum, per vnum
hominem, &c. Carentia autem iustitiæ origina-
lis nulla est causa positiuæ, sicut & cuiuscunque
peccati, assertore Augustino de ciuitate Dei, mali
causa si requiratur non inuenitur, non enim ha-
bet causam, sed deficientiam. Deficiens igitur
causa huius iustitiæ est Deus non dans iustitiam

Luc. 22.
Matth. 25.

Rom. 5.

DISTINCT. 31. Q. VNICA
originalem. Causa deinde quare non det, est ipse
Adam, qui suo peccato personali demeruit ne iu-
stitia daretur originalis posteris suis.

DISTINCT. 31. Q. VNICA.
*Contrahitur anima à carne infecta origi-
nale peccatum?*



Non defuerunt, qui putarint primo-
rum parentum corpora suo pecca-
to, aut serpētis veneno intoxicata,
& maculata fuisse. Et proinde ge-
nerasse filios cōsimiliter maculatos.
Deinceps animam ipsam in instanti suæ crea-
tionis, & infusionis à carne infecta infici exi-
stimauerunt, perinde ac pulchrum primum de-
turpatur, si lutoſis contingatur manibus: Et vn-
guentum, & liquor optimus si infundatur in cor-
ruptum vas. Veruntamen longè proprius sentit
Scotus, cum Anselmo, afferens animam à carne
infici, non propter morbidā, aut vitiosam quan-
dam qualitatem corpori inhærentem: Sed quia
caro ipsa concupiscibiliter, & cum libidinis fer-
uore seminarur: Et ex ipsa organicum formatur
corpus, cui infunditur anima constituens perso-
nam, quæ est filia naturalis Adæ. Hæc autē per-
sona, cum sit naturalis filia Adæ, originalis est
debitrix iustitiæ, propterea quòd antecederet
illi data fuerit à Deo resolutione præcedenti, &
carer ea: ex quo fit, vt sit obnoxia peccato origi-
nali, quod nihil aliud est propriè quàm carentia
iustitiæ originalis, cum debito habendi eam. Et

sic accipiendæ sunt autoritates scriptorum, &
sanctorum, quæ sonant animam à carne infici, vt
pura in quantum anima est forma substantialis
carnis. Et ex his duobus constituitur naturalis fi-
lius Adæ debitor iustitiæ originalis, cuius san-
cti filiationis caro est in causa, quia secundum illam
ab Adamo descendimus, non secundum animam,
quæ non est ex traduce, id est, de parentibus, sed
à solo Deo creatur, & infunditur.

DISTINCT. 32. Q. VNICA.
Dimittiturne originale peccatum in baptisate?



Riginale peccatum in baptisate di-
mittitur, non propterea quòd iustitia
originalis debita, & in primo parēte
amissa restituatur (quia nullus vnquā
præter primos parentes eam habuit) sed quia in
eo gratia confertur virtualiter continens iusti-
tiam originalem: Gratia enim licet non ita per-
fectè, & delectabiliter hominem vltimo con-
iungat fini, quantum ad aliquam accidentalem
conditionem (nempe delectabilitatem) sicut ori-
ginalis iustitia, perfectius tamen simpliciter con-
iungit & eminētius gratia fini sub ratione finis,
hoc est, quātum ad rationem gratitudinis & me-
riti, quia reddit hominem Deo ad beatitudinem
æternam acceptum, & opera eius meritoria Re-
sol. 29. Et quantum ad illud secundum quod ori-
ginale peccatum ab ipso sine vltimo disiungit,
& separat. Originale enim peccatum reddit ho-
minem incapacē æternæ vitæ, gratia verò dignū, Rom. 6.

vnde illud: Gratia Dei vita aeterna. Licet igitur baptisatus careat originali iustitia, tamen non imputatur illi ad peccatum, quia non est eius debitor amplius: Siquidem hoc debitum commutatur in debitum habendi gratiam. Baptisatus enim postmodum tenetur collatam sibi conferuare gratiam, & per bona opera in ea crescere.

DISTINCT. 31. Q. VNICA.

Peccato originali debeturne sola carentia visionis diuina in penam?



Vi originali peccato damnantur nullam primum sensus exterioris penam sustinebunt ignis, aut alterius afflictiui, nam hæc pœna infligitur pro abusu, & immoderata delectatione creaturarum, iuxta illud de Babylone, quantum se glorificauit, &c. Et illud secundum qualitatem delicti, &c. Hi autem in hac vita nullam inordinatam experti sunt delectationem in appetitu sensitiuo, nec quadantenus creaturis sunt abusi: Ideo nec talem sentient sensus pœnam post hanc vitam. Deinceps nullam habebunt interiorem pœnam, hoc est, tristitiam, quia si tristarentur de suo statu, cum tristitia, secundum Augustinum: Sic de his quæ nobis inuitis accidunt ipsi inuoluntariè talem sustinerēt statum, & ita aduersus diuinam murmurarent dispositionem, & ex consequenti in eis esset inordinatus voluntatis actus, quod est absurdum. Nam diuina sententia sancitum est quòd vbi-

*Apocal. 18.
Deuter. 25.*

*Lib. 14. de
Ciuil. c. 15.*

cunq̄ue ceciderit lignum, &c. Cum igitur in presenti vita nullum habuerint inordinatum voluntatis actum, subsequitur quòd nec in futuro habebunt tristitiam. Insuper si tristarentur ob carentiam visionis diuinæ, & beatitudinis, cum desperent de ea cōsequenda, haberent grauissimā quæ sit in damnatis pœnam, nempe tristitiam prouenientem ex desperatione. Quòd autem huiusmodi tristitia sit grauissima pœnarū homini, patet, quia sicut voluntas est perfectissima potentiarum, & est magis hominis appetitus in quantum homo, quàm sensitiuus appetitus: Itā quidquid agit, vel patitur secundum volūtatem simpliciter, magis agit, & patitur in quantum homo, quàm secundum alium aliquem appetitum: Et ita magis patitur si tristetur, quàm si doleat. Præterea passionem expenduntur iuxta nobilitatem, & perfectionem potentiarū in quibus sunt, atque voluntas subiectum tristitiæ excellentius est, ergo & eius passio magis hominem affligit: Non debet igitur admitti tristitia in solo originali decedentibus. Cum igitur Augustinus ait: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, qui sine sacramēto baptismatis de hoc sæculo transeunt, æterni ignis supplicio puniendos, sic interpretandum est, in sensu videlicet diuisionis, quòd videlicet puniantur pœna priuationis visionis diuinæ, quæ pœna est in æterno igne, sed non cruciabantur igne. Adde quòd, Augustinus hyperbolicè loquebatur, quia plus verbis significabat, quàm esset in re, quæ sanè hyperbole familiaris est sacræ scripturæ, & ipsis doctoribus san-

*Lib. de fide
ad Petrum
cap. 24.*

ctis, vt apud Ioannem. Sunt autem & alia multa signa, quæ fecit Iesus &c. Ibi libros, & doctores sacri, cum vellent hæreses sui temporis refellere adferebant media ad eò urgentia, vt viderentur ad alteram hæresim illi oppositam declinare: vt Augustinus scribens aduersus Arium videtur ad hæresim Sabellij declinare, & contra. Consimiliter scribens aduersus Pelagium, putatur fauere Manichæo. Quia sicut, assertore Philosopho, in moribus via deueniendi ad medium, est aliquammodo procedere ultra medium versus extremum, quemadmodum facit & is, qui obliquam lineam, vel virgam ad rectitudinem reducere volens, in oppositam partem eam inflectit: Ita frequenter fecerunt sancti confutantes emergentes varios errores, vt putarentur à recto declinare. Ad hæc quemadmodum corpora igne illo eruciantur, nec tamen dissoluantur, aut corrumpuntur, ita isti perpetua carebunt visione diuina, nec propterea augentur interius tristitia, nec quicquam patientur interius, vt famem, aut sitim, quo consumi possent, nec exterius, propterea quòd eorum corpora ex diuina dispositione impassibilia erunt, licet non ex dote impassibilitatis. Insuper non habebunt aliquam carnis concupiscentiam, siquidem quemadmodum fomes, seu appetitus sensitiuus nullum hac in via in eis inordinatum suscitauit motum, ita nec illic aliquem excitabit. Postremò quamuis appetitu, seu naturali desiderio beatitudinem appetunt, nihilominus propter carentiam bea-

Lib. 2. Ethic.
cor. c. ult.

titudinis sic concupitæ nullatenus angustiantur: Idcirco quòd tale desiderium nisi fuerit electurum, tristitiæ nullo modo est causa. Quantum autem spectat ad cognitionem, quam habere potuerunt ipsarum rerum, cum eorum intellectus (sicut noster, iuxta illud corpus quod corrumpitur, &c.) non grauetur, nec tormentis, vt damnati, impediatur rerum naturalium cognitionem nouam acquirere, & habere poterunt, & excellentius, quàm aliqui Philosophorum pro hoc statu ex naturalibus habuerint. Hoc enim immobilitati, aut firmitati status eorum minime repugnat, sicuti nec beatorum statui. Et ex hoc naturalem quandam beatitudinem consequi valebunt de Deo in vniuersali cognito, hoc est, sub ratione entis infiniti primi motoris primæ causa: quomodo & Philosophi ex naturalibus Deum cognouerunt: *Rom. 1.* Inuisibilia, &c. Et fœlicitatem aliqui in contemplatione substantiarum separatarum, id est, ipsius Dei, & intelligentiarum posuerunt: talem hunc decedentes in origine nancisci poterunt. In particulari verò Dei cognitionem nequibunt habere, vt puta quòd sit trinus & vnus, quòd miserit vnigenitum humanandum, quòd sit inquirentium se remunerator, &c. Quia hæc cognitio duntaxat ex fide, & reuelatione obtinetur, hoc etiam non est obiectum voluntarium. Hæc porro Dei cognitio, seu beatitudinis in particulari aut nõ eis dabitur, ne inde contristentur ob eius carentiam (quandoquidem tristitiam non deimererunt, vt pagani

DISTINCT. 34. Q. VNICA
adulti) aut si eis reueletur, & manifestetur, non propterea tristabuntur. Nam erunt sua sorte, & statu contenti, scientes Deum de ipsis ita disposuisse, nec seipfos proprio hoc demeruisse actu.

DISTINCT. 34. Q. VNICA.

Vtrum peccatum sit à bono, sicut à causa eius?

Peccatum nõ est ab aliquo malo principio.



Rrauit maximè Manichæus, ponens vnum principium malum, à quo essent, veluti à primo principio mala omnia & peccata, quoniam nullum tale esse potest: Si enim esset, foret necessariò independens, & impartitum, quæ tantum summo bono conueniunt, Deinde careret summa perfectione sibi nata conuenire, quæ soli Deo nata est tantum competere. Malum itaque seu peccatum, nequit esse nisi à bono, hoc est, à bona ipsius creaturæ voluntate, quæ sanè (veluti cætera Dei opera) quatenus summi creatura opificis, bona est, secundum illud: Vidit Deus cuncta quæ fecit, &c. At quoniam pacto ipsa voluntas sit peccati causa controuertitur, sed facillè rei veritatem adsequemur, si ea quæ sunt in peccato obseruauerimus: Sunt autem duo, videlicet actus positius, qualis est occidere hominem, alienum auferre, vt materialè, & priuatio debitæ iustitiæ, seu rectitudinis, vt formale, & præcipuum. Huius autem priuationis, seu difformitatis nulla est efficiens causa, sed tantum deficiens, quod præ-

Peccatum à voluntate.

Peccati causa quæ.

ter per Augustinum, Nemo quærat (inquit) efficientem causam malæ voluntatis, non enim est efficiens sed deficiens, quia nec illa effectio, id est, operatio, sed defectio. Deficere nempe ab illo quod summè est, hoc est, à Deo ad id quod minus est, nempe ad creaturam, hoc est, incipere habere malam voluntatem, Causas porrò istarum defectionum (cum efficientes non sint, sed deficientes) velle inuenire tale est, ac si vellet quisquam tenebras videre, vel silentium audire. Hoc est ergo formaliter peccare, scilicet voluntatem non dare suo actui rectitudinem, quam tunc posset dare, & teneretur. Voluntas enim, quæ est debitor eandem rectitudinem suo actui, & non dat deficiendo peccat. Potest nihilo scilicet voluntas dici causa efficiens per accidens peccati (accidentalitate se tenente ex parte effectus) quia licet voluntas non producat formale peccati efficiendo, sed deficiendo, producit tamen actum positium effectiuè, & quem per se intendit, cui per accidens est connexus hic defectus, seu difformitas, quam per se non intendit voluntas, sicut is, qui vt inueniat venas aquæ terram fodit, interea tamen thesaurum reperit. Respectu inuentionis thesauri dicitur causa per accidens, ed quod id non intendit Et istud astruitur per Dionysium: Nemo malè agit ad malum respiciens, id est, nullus intendit malum, vt malum. Hinc Augustinus, Si diligenter inspiciatur fortè ipse peccare nemo velit, sed propter aliud (emolumentum,

Libr. 12. de Civit. cap. 7. 8. & 9.

De disi. nomin. c. 1. Lib. questio-num, & recitatur: 5. q. 1. c. merced. 13 d. c. 12.

DISTIN. 34. Q. V. VNICA.

vel lucrum) quod vult, peccat. Omnes quippe, qui scientes faciunt quod non licet, vellent licere facere: vsque aded ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo sequitur. Simile habet Philosophus: Vnusquisque talia agit, qualia sibi videntur, & Salomon: Via stulti recta in oculis eius, & alibi: Omnis via viri recta sibi videtur. Potest etiam voluntas dici causa per accidens peccati, accidentalitate se tenente ex parte causæ, eo modo quo Philosophus dicit, quod Policletus est causa per accidens statuæ, accipiendo accidens non proprie, sed extenso vocabulo pro omni eo quod est extra essentiam & rationem quantitativam alicuius, quem propria passio, & ratio diuisiva generis. Voluntas enim in vniuersali (hoc est, communis Deo & creaturæ) non est causa peccati, nam tunc Deus peccare posset. Sed voluntas contracta, & restricta ad voluntatem creatam per id quod est limitatum esse. Esse autem limitatum non est de ratione voluntatis in communi, cum sit quid inferius, sed accidit ipsi voluntati, quomodo animali accidit contrahi per rationalitatem, propterea voluntas potest dici causa peccati per accidens. Quod si obiicias illud Matthæi: Non potest arbor bona malos fructus facere: & glossam, quæ dicit: Nihil dubium quin causa boni sit bona, & mali mala, Responderetur: Seruator intelligit per arborem actum interiore, & per fructum exteriorem actum, & increpat hypocritas Pharisæos monens eos, vt actus exteri-

Lib. 1. c. 1.
Lib. 3. Eccl.

Proverb. 12.
Proverb. 21

Lib. 5. Metaph. & 2.
Physic.

Matth. 7.

LIBER SECVNDVS. 148

res interioribus conforment, & contra, vt scilicet appareat quales sunt.

DISTINGT. 35. Q. VNICA.

Vtrum peccatum sit per se corruptio boni?



Vgustinus, in illud Ioannis: Sine Iohan. 1.
ipso factum est nihil, satis super- Peccatū pro-
que ostendit peccatum per se, seu priè quid sit.
proprie esse boni corruptiuum, seu priuationem. Ait enim, peccatum nihil est. Anselmus quoque ex professo hoc probat. Cum autem boni peccatum sit formaliter corruptio, variant doctores Bonauer: tura asserente, quod sit corruptio eius in quo est, nempe animæ, seu voluntatis. Thoma vero quod sit corruptio boni supernaturalis, vt puta gratiæ. Henrico quod sit corruptio habituum acquiritorum. Veruntamen hæ opinioniones constare nequeunt. Nam ex prima sequeretur animam, cum sit ens finitum, per ablationem alicuius finiti boni ab ea tandem consumi, quod est absurdum. Cum enim à solo Deo creetur, ab ipso quoque solo destrui potest, & corrumpi valet, seu annihilari duntaxat. Ex secunda quoque asseritione consequens foret secundum actum vitiosum non esse peccatum, quia cum primum peccatum mortale totius gratiæ perditionis sit causa, secundum nihil gratiæ corrumpit. Deinde gratia, perinde ac anima à solo Deo creatur, & auferitur. Ex ambabus quoque opinionibus inferretur peccata omnia

Libr. de concept. virgin. & casu diaboli. cap. 5. & 6.

eiusdem esse speciei, propterea quod forent eiusdem boni priuationes. Tertia etiam opinio non est veritati consona, quia cum acquisitis habitibus stat mortale in aliquo, ut patet. Est igitur cum Scoto dicendum, quod peccatum proprie est corruptio rectitudinis in actu secundo, non quidem rectitudinis quæ sit in actu, sed eius quæ debet esse. Vnde nec corruptio proprie accipitur, ut distinguitur à generatione, sed laxato vocabulo pro priuatione. Voluntas enim libera debitoria est, ut eliciat omnes actus suos conformiter superiori regulæ, hoc est, iuxta domini voluntatem, & eius præceptum. Quocirca cum agit deformiter ab illa regula, caret iustitia, quæ deberet inesse actui, & non inest: Et hæc carentia (in quantum voluntas deficiens est illius causa) est formaliter peccatum, Huic assertioni consentit Diuus Augustinus, peccatum est voluntas (seu velle) consequendi vel retinendi quod iustitia vetat, & à quo liberum est abstinere. Ambrosius: Peccatum est cœlestium transgressio mandatorum. Ex his infertur actum ipsum voluntatis posituum non esse formaliter peccatum, sed carentiam debiti ordinis in illo actu, & actum ipsum esse duntaxat materiale peccati. His accedit ratio huiusmodi. Omne peccatum secundum Anselmum est iniustitia formaliter, iniustitia autem priuatio iniustitiæ: Igitur peccatum actuale est priuatio iustitiæ actualis, id est, quæ deberet esse in actu. Subscribit Hieremias dicens: Dereliquerunt me fontem aquæ

Tom. 6. lib.
De duabus
animab. cõt.
Manicheis.
lib. de Parad.

Hieremi. 2.

viuæ (ecce formale peccati) & foderunt sibi cisternas dissipatas (ecce materiale) Proinde si queratur magis per se sit de ratione peccati, auersio à Deo, an conuersio ad creaturam. Respondetur quod auersio à Deo, siue voluntas sese formaliter contrariè à Deo auertat, ut puta nolendo Deum sibi fore propitium, contemnendo beatitudinem, & tale nolle est odire Deum, aut formaliter negatiuè (ut cum tempore debito omittit adimplere præceptum illud: Diliges dominum Deum tuum &c.) Siue virtualiter, quod contingit, cum voluntas negligit id quod est ad salutem necessariũ, nempe præcepta secundæ tabulæ, & alia quæ nõ directè, & immediatè Deum cõcernunt. Hoc enim modo voluntas formaliter quidem se à tali auertit præcepto virtualiter, aut à Deo, qui enim alicuius contemnit præceptum, ipsum quoque spernit præcipientem, vnde illud Matthæi: Qui vos spernit, &c. Sicut qui conclusionem inficiatur, negat quoque principia, ex quibus infertur: & valetudinarius, qui amaram respuit potionem vnde curari posset, sospitatem etiam negligit. Obserua autem primam auersionem, nempe formalem esse speciale peccatum, quia est odium Dei, aut ommissio illius præcepti: Diliges dominum &c. nec inuoluitur in quolibet peccato. Secunda verò videlicet auersio virtualis est omni mortali peccato communis, quia in omni tali peccato voluntas omittit quidpiam ad salutem necessarium. Necessarium, inquam, non iuxta Philosophorum doctrinam, sed Dei voluntatem iubentem. Si

Peccati ratio
in quo potissimum consistet.

Matth. 10.

Matth. 19.

DISTINCT. 35. QV. VNICA.

vis ad vitam ingredi, & cætera. Et huiusmodi auersio, seu inordinatio voluntatis est essentialis cuiuscumque peccati ratio, perinde ac rectitudo seu conformitas voluntatis creatæ, ad voluntatē diuinā (quæ vocatur actualis iustitia) est essentialis ratio, & causa præcipua actus studiosi, & boni. Quod si aduersus prædicta obicias naturam ipso peccato corrumpi, propterea quod glosa in illud Lucæ (& plagis impositis) dicat peccatū vulnerat in naturalibus, & spoliat in gratuitis: Quod non esset verum, si tantum auferret perfectionem ab actu secundo, & nihil à perfectione naturæ. Respondetur cum Diuo Dionysio, quod ipsa natura manens integra vulneratur, quando fit inhabilis ad vsum rectum, & bona opera exercenda, quod fit per crebram actualis iustitiæ priuationem. His enim inordinatis actibus, aggenerat in se vitiosos habitus, & redditur ad malum propensa. Deinceps si contendas peccatum mortale esse gratiæ corruptiuum, & non rectitudinis, cum eam destruat, alias posset cum gratia consistere. Respondetur peccatum non corrumpere effectiue gratiam, sed tantum demeritortè. Gratia enim propriè non corrumpitur, sed annihilatur, & hoc à solo, qui etiam solus eam creat & dat, iuxta illud Psalmistæ: Gratiam, & gloriam dabit dominus. Homo autem per peccatum demeretur, vt Deus suam gratiam ab eo auferat: Non enim Deus ab homine gratiam aufert, quin prius natura homo id demeruerit: Et ad hunc sensum pecca-

Luc. 10.

Lib. de diuini
nomi.

LIBER SECVNDVS. 160

tum dicitur gratiam destruere, quam non ex impossibilitate, sed vt demeritum destruit. Quocirca cum Augustinus ait, peccatum est factum, vel concupitum contra legem Dei, intelligendum est hæc dici peccata materialiter, non formaliter.

Tom 6.
Lib. 2. 1.
contra Fau-
stum.

DISTINCT. 36. QV. VNICA.

Virum peccatum sit peccati pœna?

Peccatum omne vtique pœna est, seu innexam inseparabiliter habet pœnam, quando quidem pœna formaliter est priuatio boni conuenientis ipsi voluntati, seu volenti. Atqui peccatum priuat hominem maximo bono, nempe iustitia, & rectitudine debita, quæ sanè est profectio nobilior, & magis conueniens ipsi voluntati, vt est libera, quàm quodcumque commodum. Priuari igitur hac æquitate maius est homini detrimentum & pœna, quàm quiuis dolor, aut tristitia, seu cuiuscumque commodi (alius à iustitia) priuatio. Vnde Augustinus: Iusti Domine, & ita est vt omnis inordinatus animus pœna sibi sit, & idem, Neque enim ad momentū est dedecus culpe, sine dedecore iustitiæ. Inde provenit, quod pœna dicitur culpa ordinare, quia anima peccatrix nequit ordinatius, aut melius esse, quàm in pœna, alias relinqueretur inordinatum quidpiam in vniuerso. Ad hæc peccatum priuat hominem summo bono, nempe Deo.

Peccatum est
pœna.

1. Confess.
cap. 12.
Lib. 3 de lib.
arbit.

Voluntas enim corporalem quærens delectationem, spirituales amittit consolationem, desiderans oblectari in creatura, suauitatem & delicias deserit quæ sunt in summo bono: Cùmque paruum & momentaneum prosequitur bonum, maximo, & perenni priuatur bono, Deinde peccatum vnum est alterius pœna. Nam in Genesi dicitur: Nondum complete sunt iniquitates Amorrhæorum, & apud Psalmistam: Apponit iniquitatem super iniquitatem eorum. & Ozeam: Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. & Apostolum: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie, & ut impleat peccata sua sepe. &c. Ioani etiã dicitur per Angelum, Qui in sordibus est sordescat adhuc. Ratio adduci potest, quia voluntatem sese à Deo auertentem per peccatum, iuste Deus (suam subtrahendo gratiam) deserit, quæ, pro dolor, à Deo sic derelicta in alterum incidit peccatum. Præterea iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, ut præcedentis peccati demerito, & in alia cadat. Proinde ut Augustinus ait, præcedentis est hæc pœna peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est. Iustissimi enim Dei iudicio traditi sunt, ut ait Apostolus, siue desiderando, siue alio modo explicabili, siue inexplicabili in passiones ignominie, ut crimina criminibus vindicarentur: Et supplicia peccantium non tantum sunt tormenta, sed & vitiorum incrementa. Adde quod & voluntas peccans destruit in seipsa habitum seu inclinationem ad bonum, & fit ad malum propensa, quæ est ipsi maximam incommodum.

Peccatum est
pœna peccati.

Gen. 15.

Psal. 68.

Ozeam. 4.

Rom. 1.

1. Thessal. 2.

7 Apocal. 22.

Tom. 7. contra
Iulianum.

Lib. 5. cap. 3.

lum. Insuper incurrit remorsum, & afflictionem internam, licet distracta eam continuo non præsentiat. Et, quemadmodum subsequens peccatum præcedentis est pœna, ita præcedens subsequens esse causam oportet. Vnde Gregorius, Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit, & idem alibi ait: Contemneri qui non vult pœnitere ponit Deus offendiculum, ut scilicet grauius impingat. D. & Isidorus, Deus occultam superbiã clericorum vindicat per manifestam luxuriam. Prædictis autem aduersari videtur, quod habet Augustinus: Omnis pœna iusta est, & iustum omne à Deo est, ergo & omnis pœna à Deo erit: Sed peccati Deus non est author, igitur peccatum non est pœna. Hoc dubio procul ex Augustino non colligitur: Quod ut apertius noveris observa duplicem esse pœnam, videlicet contractã (quã dicunt quæ est alicuius boni priuatio, ut rectitudinis actualis gratie, visionis, & fruitionis ipsius Dei, & inflictam, quæ sanè est quidpiam positium homini disconueniens, ut tristitia in anima, dolor in corpore. Et huiusmodi pœna, quæcumque est à Deo (ut dictum est Resol. præcedenti) Et de hac intelligit Augustinus, ait enim: In bonis operibus Dei, bona opera sunt ista punitiua, licet sint mala istis punitis. Pœna verò contracta non est à Deo effectiua (cũ nullã efficientem habeat causã) nec deficiente primo, sed deferente, & relinquente, ratione primi demeriti ipsam creatam voluntatem (quæ deficit) in suo defectu, & in omnibus defectibus ad illam consequentibus. A Deo enim sic defertur

In moralibus.

Sap. 1. c.

Exesh. 17.

12.

Tom. 1. Lib.

1. retractat.

c. 25. & 26.

in secundum cadit demeritum, quia Deus non coagit ad illud bonum, videlicet ad reſtitutionem habendam, ad quam quantum est ex ſe cooperatus fuiſſet: Id est, Deus non iuuat hominem auxilio illo ſpeciali, quo illi aſſiſtebat, cum eſſet in gratia licet generale auxilium illi non auferat, iſed prolabitur in varia ſcelera.

DISTINCT. 37. Q. VNICA.

Poteſtne à Deo peccatum eſſe?



Augustinus liberè proſitetur Deum peccati non eſſe cauſam, ait enim nullo homine ſapiente auctore ſit homo deterior: tanta enim eſt iſta in homine culpa, vt in hominem ſapientem non cadat: Eſt autem Deus omni homine ſapiente perfectior, quocirca eo auctore nullus deterior ſit: Adde illud Ioannis: Sine ipſo factum eſt nihil, gloſa, id eſt, peccatum, ergo peccatum eſt à Deo. Præterea Auguſtinus, qui cauſa eſt omni enti vt ſit, non eſt cauſa non eſſendi, quare cum peccatum formaliter ſit non eſſe, ſeu negatio alicuius boni, illius Deus non erit cauſa, aut alicuius mali. Idem ibidem: Vitium eſt, voluntas, quo eſt homo deterior, quod vitium longè ab eſt à Dei voluntate, vt ratio docet. Caue nihilominus cum audis omnes Doctores Catholicos in hoc conſentire, quod Deus non ſit malorum auctor, ne malorum pœnas, ſicut peccata, aut aſſiones ipſas peccato ſubſtratas, id eſt actus

Tom. 4. lib. 83. queſt. 3.

Ioan. i.

Lib. 83. queſt. 21.

Queſt. 3.

poſitiuos, qui ſunt peccata materialiter, aſſertore Auguſtino (cum definit peccatum) includas, pœnarum enim Deus auctor eſt, ſicut ipſe per prophetam Amos ait: Non eſſe malum in ciuitate, quod Deus non fecerit, Item apud Eſayam ex perſona ſua ait, ego ſum Deus creans malum & faciens bonum. Ecce hic dicitur creauit, & feciſſe malum, ſed mali nomine pœna intelligitur, non culpa, ſicut eſt conuerſo, cum dicitur Deus non eſſe auctor malorum, nomine mali peccata intelliguntur. Ideoque Auguſtinus qui dixerat, Quod Deus auctor mali non ſit, quomodo id intelligendum ſit aperit dicẽs, videndum eſt ne malè intelligatur quod dixi, Deus auctor mali non eſt, qui & omnium que ſunt auctor eſt, quia in quantum ſunt in tantum bona ſunt: Et ne hinc putetur non ab illo eſſe pœnas malorum, quæ utiquæ malum eſt his qui puniuntur, Sed hoc ita dixi, ſicut dictum eſt, Deus mortem nõ fecit, cum alibi ſcriptum ſit: Mors & vita à domino eſt, malorum ergo pœna, quæ à Deo eſt, malum eſt, quidem malis, ſed in bonis operibus Dei eſt quoniam iuſtum eſt vt mali puniantur, & utique bonum eſt omne quod iuſtum eſt. Sic ergo dicitur Deus non feciſſe mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur, id eſt peccatum. Deinde mala voluntas, & actus mali (qui dicuntur peccata materialiter) in quantum ſunt, vel in quantum actus ſunt, bona ſunt & Dei natura bona, & ex Deo auctore, licet in quantum inordinate, & contra legem Dei ſunt, & debito carent peccata ſunt, & nihil ſunt: Et ex conſequenti Deum non habeant auctorem, ſed ſolâ

Amos. 3.

Eſay. 45.

Tom. 4. in

Lib. 83.

queſt. 9. 12.

Lib. i. retracta. cap. 26.

Sapient. i.

Eccle. ii.

38. *Quest.*
quest. 21.
in tom. 4.

Quest. 14.

Enchirid.
cap. 13.

Ioan. 15.

Esa. 10.

Esa. 14.

Matth. 7.

Ioan. 11.

D. 11. Ioan.

voluntatem creatam deficientem. Hoc verò ita destruitur primùm ex Augustino, Deus boni tantummodo causa, quocirca mali author non est: quia omnium quæ sunt author est, quæ in quantum sunt, in tantum bona sunt. Idem ibidem: Omne quod est in quantum est, bonum est, & in Echiridio, Omnis natura bonum est, nec res aliqua mala esset, si res ipsa quæ mala est natura non esset: deinde astruitur per illud Ioannis: Sine me nihil &c. At qui omnis actio siue bona, siue mala est ens, igitur absque Dei concursu non fit. Quod si dixeris illud de bona intelligi actione, ostendo oppositum. Siquidem apud Esayam dicitur, vae Assur virga furoris mei &c. Item: Nunquid gloriabitur securis, in quem locum glosa, sicut instrumenta nihil per se agentia, ita Sennacherib nihil per se operatus est, ut patet ex Esaya. Si ergo actio Sennacherib mala erat, & crudelis ipse erat, & ipse erat illius actionis instrumentum Dei, igitur talis actio à Deo erat tanquam à primo principio: & principali agente. Insuper operatio miraculorum est a solo Deo, sed aliquis faciens miracula peccat (ut patet apud Matthæum dicentem: Nomen in nomine tuo prophetauimus: &c.) Cū facit illa propter vanam gloriam, aut alium malum finem, igitur hæc actio substrata deformitati, & peccato est à Deo, & pari ratione quævis alia. Adde quod & verba Caiphæ apud Ioannem, quæ ipse propter malum finem loquebatur, in quo & peccabat, concurrente Spiritu sancto pronuntiabantur, ut patet ex contextu Ioannis. Præterea omnis scientia à domino Deo est, tamen multi propter

pter auaritiã discutitur illud addiscere malum erit, & Deo concurrente fit. Ad hæc cum proles ex adulterio generatur, quæritur an Deus concurrat, vel non, si primum, habetur propositum, si non concurrat, ergo proles genita non est à Deo, quod est blasphemum. Ratione verò sic comprobatur: Quæ sunt eiusdem generis habent eadem principia prima, sed dare eleemosinam propter Deum, & dare ob vanam gloriam sunt eiusdem generis in genere naturæ, idcirco si primum sit à Deo, & secundum erit. Huc accedunt duo incouenientia, quæ adfert Scotus, videlicet quod Deus non esset præsciens futurorum, nec omnipotens, ut ipse optimè deducit in hac distinctione. Non enim est præsciens futurorum contingentium, nisi quia certè nouit determinationem voluntatis suæ incommutabilis, & inimperibilis ad illa producenda. Sed si humana voluntas esset aliquorum totalis causa, posset aliqua velle aliter quàm essent à Deo præuisa. Deinceps quomodo esset Deus omnipotens, si nos possemus quidpiam agere, aut velle contra suum beneplacitum? Quomodo, inquam, omnium rerum essentiarum, accidentium omnium visibilibus, & inuisibilibus creator, & conseruator, si aliquod ens esset cuius ipse causa non esset? Sed tunc dubium est, quomodo creata voluntas sit peccati causa, & non diuina: cum vitiosus actus ab ytraque producat. Respondetur, quando diuæ partiales causæ concurrunt ad effectum naturalem ambarum, defectus esse potest in effectus productione ex vnius illarum defectu, & non ex alterius. In pro-

*Peccati causa
Ja Deus non
est, licet pri-
mi actus.*

DISTINCT. 37. QV. VNICA.

posito diuina voluntas, & creata concurrūt quidem ad eundem effectū malum, sed defectus (qui est in tali defectu) prouenit ex defectu create voluntatis, propterea quod non det rectitudinem ipsi actui, quā posset, & tenetur dare autē diuina volūtas, licet non teneatur eam dare (cū nulli legi sit Deus astrictus) tamen quantum ex se est, eā utique daret, si homo cooperaretur. Vniuersaliter enim quidquid Deus antecederet daret etiam consequenter, seu efficaciter, quantum est ex se, si nō adesset impedimentum. Dans autem homini liberam voluntatem, dat & opera recta, quę dubio procul subsūt facultati ipsius volūtatī. Quocirca quantum est ex se ipse omni voluntatis actui debet rectitudinem, & daret ex consequenti (seu re ipsa) si ipsa voluntas hominis ex parte sua quemcumque actum rectē eliceret. Quamuis igitur primi actus Deus sit causa, non oportet tamē, quod ipse peccet, sicuti non rectē colligimus, Deus est causa mortis, aut tristitię nostrę, aut comestionis, ergo Deus moritur, tristatur, comedit, aut bibit: Et quemadmodum bonus scriptor operās, vel per atramentum fluidum, vel in pagina fluida vel per calamum ineptum est causa bonitatis, si quā relucet ex arte in scriptura illa, sed non est causa maculę in illud scriptum prodeuntis: Hac nempe oritur non quia scriptor malē scripsit, sed quia papyrus in qua scripsit, vel vitiata erat, vel calamus ineptus fuit: Sic Deus cū operatur per liberum arbitrium fluidum, vel fugitiuum, à Deo quidem est causa actionis, & entitatis ex libero arbitrio prodeuntis, sed non est causa de-

LIBER SECVNDVS.

154

formitatis, secundum quam liberum arbitrium, deuiat, ac deficit à regula diuinę voluntatis. Quod si inde colligas Deum agere contra suam prohibitionem, si videlicet ad actum concurrat vitiosum: Et potest gratia exempli adduci prohibitio facta Adę, esus ligni sciencię boni, & mali. Respondetur, Deus cū aliquā prohibet actionē, eam nō sibi, sed alij vëtat, nec prohibet suam cooperationem, quam non subtrahit creature. Quāobrem actio ipsa quatenus actio est à Deo, sed non in quantum prohibita. Sed inde (dices) consequitur hominem non peccare, propterea quod in tali actu sese diuinę conformet voluntati, vult enim actum, quem Deus coëfficit. Respondetur, voluntas Dei signi, est regula nostrorum actuum, non voluntas beneplaciti: Idēd quāuis huic volūtatī beneplaciti se homo cōformet, non idcirco semper bene agit. Hac de re vide latius & Gabriëlem.

Dist. ult. primi tit. Lect. 68.

DISTINCT. 38. Q. VNICA.

Vtrum intentio sit actus solius volūtatī?

Intentio est actus solius volūtatī.

Intendere in præsentiarum est in aliud tendere: Hoc autem bifariā accipi potest: Primò generaliter pro actu cuiuscumque potentię, quę in quidpiam fertur, vel vt in obiectū, vel vt in finem, siue huiusmodi potentia seipsā in suis actibus determinet, siue non: & sic cuiuslibet competit potentię, & intellectiue, & sensitiue. Secundò accipitur propriē, veluti pro actu potentię seipsam determinantis, quippe quę non ducitur ab obiecto, sed seipsam in illius

consecutionem, vel fugam ducit, vt in finem: Et hoc modo nequit esse naturalis potentie, sed tantum liberę, id est ipsius voluntatis, quatenus liberę seipsam in finem mouet, & non respectu cuiuscumque obiecti, & quia voluntas actum intellectus vt directiuum pręsupponit, non secus ac pedis incedentis operatio actionem oculi viã pręstendentis expolcit. Idcirco intendere propriissime sumptum, erit totius liberi arbitrij intellectum, & voluntatem includentis: Et id quidẽ ratione voluntatis, perinde ac intelligere competit ipsi homini, sed ratione intellectus. Quod si idem sit actus medij, & finis (vt cum quis vult Dei pręcepta propter Dei amorem obseruare) actus ille in finẽ fertur erit pater intẽtio proprie, quatenus in mediũ ad illum finem mater dũtaxat. Quod si nitaris intellectui intentionem tribuere, cum dicat Christus apud Matthæum si oculus &c. Item vide ergo ne lumen quod in te est &c. Et gloria, oculus, & lumen (quę ad intellectum pertinent) de intentione exponant. Respondetur quodd ibi intentio dicitur actus intellectus, propterea quodd operatio voluntatis actum intellectus pręexigat. Hęc autem latius à Magistro pertractantur hac distinctione, qui & intentionem esse ipsius voluntatis asserit, propterea quodd ex suo fine cognoscatur, vtrum recta sit, an praua. Deinde finem, quem intendere debet explicat, videlicet Dei amorem; iuxta Augustinum in enchiridio omnia pręcepta diuina referuntur ad charitatem de qua Apostolus: Finis pręcepti, &c. Pręterea quomodo voluntas duos fines suis a-

Math. 6.

1. Timoth. 1.

ctibus pręstituiere absque offensa possit (quamuis alter sit quid temporale) modò fines subordinati sint, & secundo intentius in vltimum referri possit. vide Magistrum.

DISTINCT. 39. QV. I. ET 2.
Suntne in voluntate Synderesis, & conscientia?



Ynderesis propria est habitus principiorum practicoꝝ, id est, quatenus ex contemplatione, & frequentatione propositionum dictantium de praxi, seu operatione aliqua, quibus cognitis terminis mox intellectus virtute luminis naturalis, de quo Psalmista: Signatum est super nos lumen &c. Et Apostolus: Cum enim gentes &c. assentit. Qualia principia sunt hæc, & similia, omnia quę vultis vt faciant vobis homines, &c. Et quod ab alio oderis &c. Is autem habitus inclinat intellectum ad assentiendum actu talibus principiis: Et huiusmodi notitia actualis principiorum dictat voluntati, vt exequatur opus conferre tali principio: Propter quod hic habitus (qui proprie est synderesis) dicitur semper, & necessariò ad bonum stimulare, & à malo retrahere, & semper esse rectus. Et quantum attinet ad intellectum liberum arbitrij natum est velle conformiter istis principiis, licet ex parte voluntatis liberę non velit ob id quodd voluntas non cogatur. Propterea synderesis nequit esse in voluntate. Obserua pręterea synderesin etiam capi pro intellectus naturali instinctu, atque inclinati-

Synderesis
quid, & in
quo sit.

Psal. 4.
Rom. 2.

Math. 7.
Luc. 6.

Tobit. 4.

oni assentiendi huiusmodi principiis. Notitia enim talium principiorum synderesis actualis nuncupatur, sicut & ille habitus synderesis habitualis. Vide Angestum: ubi quoque reperies adhibito scolio, quod in eum locum dedimus, an synderesis extinguere possit, & quam sit hoc homini periculofum. Consimiliter conscientia est habitus conclusionis practicae, id est, illatae ex principiis practicis, ut habitus huius conclusionis, Deus est diligendus, cui competunt quaecumque de synderesi praeterea dicta sunt. Nam & conscientia sapientius pro synderesi accipitur, est quoque in intellectu: Caetera vero quae de conscientia dici debent vide Angestum in moralibus, quo videlicet se debeat quis illi conformare, & erroneam deponere &c. Si ex praedictis elicias doctores meliorem habere conscientiam, cum conscientia ponatur habitus intellectus, hoc sane non consequitur, Si quidem sola legis notitia speculativa etiam exacta non reddit hominem conscientiosum (ut dicunt) sed oportet quod sciat practice applicando notitiam ad particularem agibile.

DISTINCT. 40. QV. VNICA.

Estne omnis actus ex fine dicendus bonus?

Bserva triplicem esse actuum bonitatem, praeter eam, quae cum ente convertitur, Naturalis videlicet, Moralem, & Meritoriam. Naturalis est perfectio secunda alicuius rei integrata ex omnibus convenientibus naturaliter ei rei, & sibi in vicem, iuxta illius Dionysij. Bonum est ex integra, & perfecta causa,

*In moralibus
textu ult. c. 3.
2. dubio.*

*Conscientia
quid sit in
quo sit.*

*Cap. 7. text. 1.
nota. 4.*

*De divi. no-
min. cap. 4.*



quemadmodum in corpore pulchritudo est, & confurgit ex aggregatione omnium convenientium tali corpori, & inter se, ut puta quantitatis, coloris, & figurae, ut habet Augustinus. Malitia vero naturalis est, quando illa desunt, aut aliqua illorum. Propterea actus dicitur bonus naturaliter, quando habet ea quae sibi naturaliter conveniunt, & ad esse eius naturale concurrunt, nempe causam efficientem, obiectum, finem, & modum, ut cum infidelis motus pietate egeno subvenit iuxta eius indigentiam. Quando aliqua horum quatuor desunt actus est naturaliter malus, ut si privatus homo occidat. Bonitas actus moralis confurgit ex aggregatione omnium circumstantiarum actui convenientium; non quidem absolute ex natura actus, sed quia ei secundum rectam conveniunt rationem. Quae circumstantiae sunt causa efficiens libera, obiectum seu materia, finis (quae est praecipua circumstantiarum) modus, tempus, & locus. Malitia vero moralis est, quando istae circumstantiae, aut aliqua deest: unde consequens est solam circumstantiam boni finis (etiam si a recta praestituatur ratione) non sufficere ad actus bonitatem, sed aliae quaeque requiruntur circumstantiae. Adferes fortasse Ambrosium dicentem: Affectus tuus operi tuo nomen imponit, & Augustinum: Nemo computet bona opera sua ante fidem: ita enim mihi videtur esse, ut magna vires, & cursus celerim praeterviam, quia ubi ipsa fides non erat, bonum opus non erat: Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit: Non valde attendas quid homo faciat, sed quid, cum facit attendat. Haec proculdubio in

*Lib. 8 de
Trinit. c. 3.*

*Bonitas mo-
ralis.*

*Malitia mo-
ralis.*

*Lib. 1. offic.
cap. 3. in 10. 1.
Super 1. sal.*

bonis operibus generaliter sunt vera, non in malis: Omnia ergo hominis opera secundum intentionem, & causam iudicantur bona & mala, exceptis his, quæ per se mala sunt, id est, quæ sine præuacatione fieri nequeunt, non enim faciendæ sunt mala, vt inde veniant bona. Vnde licet finis sit præcipua conditio bonitatis actus, non est tamen simpliciter sufficiens. Possunt præterea dicte autoritates intelligi de bonitate meritoria, quæ adiicit bonitati mortali, quod actus fiat, & eliciatur ex gratia: Hæc enim bonitas principaliter ex fine confurgit. Posito enim quod actus sit bonus moraliter, sit deinde meritorius, ex debita actus in finem (Deum videlicet) relatione: quæ relatio tunc est debita, cum actus ex inexistente elicitur charitate. Respexit dominus ad **ABEL** & cætera. Iniquitatem si aspe-
Genes. 4. xi in corde meo, & cætera. Deus peccatores non audit & cætera. Quapropter licet Hæretici, Iudæi,
Ioan. 9. Turcæ multa operentur propter Dei amorem, nihilominus non merentur, quia ex charitate inexistente non prodeunt hæc illorum opera, & fide
Hebra. 11. in Christum sincera, sine qua Deo nemo placere potest. Item nemo venit ad patriam,

DISTINC. 41. QV. VNICA.

An aliquis actus indifferens esse possit?



Aud dubiè inter bonitatem, & malitiam mortalem, medius est actus naturaliter duntaxat bonus (de quo Resolut. præcedenti) qui profectò indifferens est inter bonitatem mo-

ralem, & malitiam. Deinde inter actum meritotium, & mortale peccatum mediat actus, moraliter solum bonus, id est, qui habet omnes debitas circumstantias, sed non refertur in vltimum finem ex charitate, qui etiam in hoc actuum genere indifferens est. Quod & hac ratione astrui potest. Primò cum videlicet quis Deum cogitat, aut eius perfectiones, seu opera, & ipsum diligit, ac propter eius amorem quidpiã vult agere iuxta illud: Si quis diligit me, sermonem meum serua-
Ioan. 14. bit: Secundò virtualiter, sicut cum quis ex cogitatione Dei, & eius dilectione (quæ prius habuit) peruenit ad electionem alicuius medij ad ipsum Deum perducendis, vt est respicientia, aut persolutio diuini officij, datio eleemosinæ. Quauis enim tunc cum hæc exequitur opera actu non meminerit Dei, virtualiter tamen, id est virtute prioris considerationis, & amoris in Deum referuntur, & propter ipsum fieri dicuntur, modò non interuenerit contraria voluntas. Tertiò habitualiter, vt puta si omnis actus ad Deum referibilis manens cum charitate (quæ est principium referendi) dicatur habitualiter referri. E contrario bifariam actus dicitur in Deum non referri: Primò negatiuè, quia nec actu, nec virtualiter in ipsum refertur: vt si quis non cogitans Deum, eleemosinam det, de qua etiam antea non cogitabat: Secundò priuatiuè, quia non est natus referri, vt veniale peccatū: Tertiò, quia corrumpit principium referendi ipsam videlicet charitatem, vt peccatum mortale: duo autem vltimi modi priuatiuè, & qui corrumpit princi-

pium referendi peccata sunt: Et duo virtualiter, & habitualiter primi meritorij. Intermedij verò moraliter & negatiuè sub quibus continetur actus naturaliter tantùm bonus, qui nullum est peccatum, nec in Deum actualiter, nec virtualiter refertur, sed tantùm habitualiter, videlicet quia natus est referri. Indifferètes sunt, quia fieri potest, vt nulla sit in eis deordinatio, quæ ad rationem peccati sufficiat, vel venialis. Non enim tenetur homo necessariò, & sub mortalis peccati, aut venialis pœna semper omnes actus suos actualiter, aut virtualiter referre. Quia Deus non obligauit nos ad rem tam arduam: nec in illis actibus est sufficiens bonitas, vt sint meritorij, quia minor relatio quàm virtualis non sufficit ad meritum. Cùm igitur Apostolus ait: Siue manducatis, &c. Et consulo, non id præcipit, sed consulit veluti homini optimum, & perfectius, quomodo etiam & virginitatem consulit.

1. Cor. 10.
Ad Colos. 3.
1. Cor. 7.

DISTINCT. 42. Q. 1. 2. 3.

Consistitne peccatū in cogitatione, sermone, & opere?



Hic primum omnium est obseruandum malitiam aut peccatum primò principaliter, & (vt aiunt) formaliter in volūtatis esse actu. Siquidem habitus, & priuatio habent fieri circa idem subiectum. Cùm igitur habitualis iustitia, quæ originali opponitur delicto, & actualis, quæ mortali demeritoriè aduersatur peccato, in volūtate consistant, consistēt & ibi peccata ipsa.

Hæc parent ex Anselmo: Cui Diuus subscribit Augustinus dicens: Causa prius peccandi est voluntas. Huc accedit, quòd omnis actiua causa præter voluntatem est naturalis, & naturaliter, & necessariò quantum est ex se agit. Ex quo fit vt nulla ob suã operationem vituperabilis sit propter ipsam voluntatem. Causa siquidè naturalis (vt ait Augustinus) non agit nisi secundum quod accipit ab alio vt agat. Igitur in sua actione non est primò peccatum. Vnde consequitur etiam in cogitatione, sermone, & opere non esse primò & formaliter peccatum, sed in voluntate sola. Materialiter tamen, & secundariò in illis est peccatum, quatenus videlicet subsunt imperio ipsius voluntatis. Voluntas enim, vt habet Anselmus vbi supra regina est, & domina in homine, & cæteræ potentia ei obediunt, quamobrem tenetur ipsa nedum suos actus rectè, & debite elicere, sed etiã efficere vt actus aliarū potentiarū a qui sunt, & iusti. Quemadmodū igitur, cùm volūtas rectè alias mouet potentias, earum actus recti sunt & boni, bonitate tamè participata, id est, quam habent à bono volūtatis interiore actu: Sic dum eis ad malū vtitur in ipsis malitia est, & peccatū participatiuè, id est, actus illarū mali sunt, ob malitiã interioris actus ipsius voluntatis. His suppositis expediendum est an cogitatio sit in potestate volūtatis, & quomodo, deinde quèadmodū mala sit Cogitatione profectò subesse volūtati liberè profitetur August. dicens: Quod voluntas vult, & compulatur intelligentiã proli, id est, facit vt intellectus obiecti notitiam habeat, quæ sanè notitia proles

De pecc. orig.
cap. 4.
Libr. 3. de
lib. arbit. c. 1.

Libr. 3. de
lib. arbit.

Cogitatio est
in potestate
volūtatis, &
quomodo.
Libr. 11. de
Trinit. cap. 3.
et 15. lib. c. 27

*Libr. 2. de
Anima.*

*Libr. 3. de
lib. arbitrio*

DISTINCT. 42. QV. I. 2. ET 3.
est intellectus, quia ab eo producta. Item Philo-
sophus, intelligimus cum volumus. Prima tamē
alicuius obiecti notitia non subiacet voluntatis
imperio, cum talis volūtatis actum præcedat ne-
cessariò: Vnde Augustinus: Non est in potestate
nostra, quin visis tangamur. Sed secūda cogitatio
subest voluntati, quod sic ostenditur. Vna intel-
lectione distincta & perfecta existente in intel-
lectu possunt esse mille alię confusę, & imper-
fectę (nisi illa ad eò perfecta esset vt contingit in
raptu aut extasi, quod secum aliã non pateretur)
pater, quia in sensu hoc accidit. Sensus enim plu-
ra obiecta simul percipit, multò magis intelle-
ctus illis autem plurimorum obiectorum notitiis
in intellectu existentibus voluntas potest in qua-
libet sibi complacere, & delectari, & displicere
secus parentem cum prole non copularet contra
Augustinum. Quando verò voluntas complacet
sibi, & delectatur in cogitatione aliqua, confir-
mat illam, & intendit, quare licet prius foret re-
missa ipsa cogitatio, intenditur tamen tunc, &
perficitur per complacentiam, & hoc modo vo-
luntas cogitationem imperare, & ad illam intel-
lectum conuertere potest. Voluntate autem no-
lente aliquam cogitationem, illa vtique remit-
titur, & tandem esse desinit, & sic intellectus di-
citur auerti à tali cogitatione per voluntatem. Vt
autem noueris quonam pacto peccatum sit, ob-
serua volūtate duos habere actus, videlicet com-
placētis, & concupiscentię, & ille semper ipsum
præcedit. Etenim volūtas prius complacet sibi in
aliquo obiecto, & diligit ipsum, quam velit aut

concupiscat ei aliquod bonum. Voluntas igitur
sibi ipsi & intellectui ac aliis potētis inordinate
quidpiã concupiscere potest, & in tali cōcupito
complacere, & delectari. Quādo igitur voluntas
alicuius illiciti cogitationē imperat, qua vult ob-
iectum per recordationem intellectui esse præ-
sens, vt in eo delectetur in cōplacencia hac plena
post deliberationem, id est, postquã intellectus
dictauit talem cogitationē esse amouēdam (pro-
pterea quòd voluntas sit causa quare cōtinuetur)
est mortale peccatum, vt cogitare luxuriam, hoc
modo inimici mortem, &c. Quemadmodū enim
voluntas mortaliter peccat concupiscēs sibi, aut
alteri potētię inferiori delectationem illiciti
obiecti, sic peccatum est velle cogitationem talis
obiecti, vt delectetur. Hoc autem colligitur ex
Augustino, vide Magistrum vbi colligit B. Augu-
stinus delectationem sine cōsensu opus esse mor-
tale, dicens, si sola mulier, id est, portio inferior,
de re illicita cogitat totus homo dānabitur, nisi
mediatoris interueniēte gratia liberetur. Sin au-
tē alio fine, nō vt delectetur quispiam, rem illici-
tam cogitat, quatenus videlicet eam abhorreat,
& detestetur tunc aut in similibus, aut in confes-
sionibus non est peccatum, quantumuis cogita-
tio ipsa sit detestabilis, modo obiectum non desi-
deretur sub ratione delectabilis istius. Patet ex
Augustino, definire intemperantiam, verbūm-
que eius dicere (hoc est, formare eius cogitatio-
nem, seu notitiam) pertinet ad moralem Philo-
sophiam. Esse autem intemperatum pertinet ad
illud quod in illa arte culpatur, sicut noscere, &

*Libr. 12. de
Trinit. c. 1.
Dist. 24. c.
Itaque vt
breuiter sū-
mā perstrin-
gam.*

*Libr. 6. de
Trin. c. 10.*

Lib. de duab⁹ animabus.
Lib. de vera relig.
Lib. 3. de lib. arbit. c. 15.
Sermo est sepe peccatum.
Lib. 1. Polit.
Matth. 5. Jacobi 3.
Matth. 15.

definire solecismum pertinet ad loquēdi artem, facere autem illum vitium est, quod in illa arte reprehēditur. Cū igitur Augustinus ait, peccatum nusquam esse nisi in voluntate, & alibi peccatum est adedò voluntarium, vt si non sit voluntarium, non sit peccatum, & alibi: Non est in potestate nostra quin visis tangamur, ex quibus appareat cogitationem non esse peccatum. Verum est formaliter, sed materialiter peccatum est in cogitatione, & in aliis actibus, non tamen nisi quatenus formaliter, vel virtualiter, seu interpretatiuè imperantur à voluntate. Consimiliter dicendum est de sermone: Primò quòd subsit voluntati: virtus enim motiua hominis est in obedientia seruili, quę vocatur disposita, id est, plena & perfecta, ipsius voluntatis. Omne enim membrum hominis (modò non fuerit indispositum) ad imperium volūtatis mouetur. Formare autem voces articulatas, & intelligibiles est actus potentiaē motiuaē, igitur sermo est in voluntatis potestate, modò instrumēta vocis formatiui nō sint impedita. Quamobrem & in sermone quoque peccatum est materialiter, iuxta illud: Qui dixerit fratri suo, &c. & illud: Si quis in verbo, &c. Propterea quòd voluntas non det rectitudinem ipsis verbis, hoc est, non efficiat, vtpote vt verba proferantur cum debitis circumstātiis, nempe ad Dei honorem, & proximi ædificationē, formaliter tamen tale peccatum, & præcipuè est in voluntate, iuxta illud Matthæi: Ex corde exunt cogitationes malæ, &c. Opera quoque sensitiuarū potentiarum ratione virtutis motiuaē voluntati

subiunguntur, vide August. Quia apertio palpebrarum requiritur ad visionem, & motus localis palpebrarum obedit animæ, eatenus visio est in potestate voluntatis. Alio quoque modo harum potentiarum actus sunt in potestate voluntatis, in quantum videlicet perfectiorem actuum habere possunt, cū voluntas fertur circa obiectum illarum. Si enim voluntas imperet viuificæ potentiaē, vt absque vagatione intueatur obiectum aliud, perfectiorem multo talis obiecti visionem producat, quàm secluso voluntatis imperio. Virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa. Idcirco etiam in ipsis operibus est peccatū materialiter, quando non fiunt cum debitis circumstantiis, & carent rectitudine participata. i. quam habere deberent à bono interiori volūtatis actu: vnde Psalmista: Reddet vnicique secundum opera sua, & Ioānes in Apocal. Opera enim illorū, &c. Quòd si proferas Apostolum dicentē, Non enim quod volo, &c. Respondetur illud intelligi de primis moribus, in quibus nullum est peccatum, cū omnē præcedant voluntatis actum. Deinde si dixeris peccatū nō esse in operib⁹, propterea quòd in multis illorū cōueniamus cū brutis: Et peccatū non potest esse in eo quod est commune brutis, & hominibus. Respondetur quòd appetitus noster sensitiuus, in quo conuenimus cum brutis, est liber, & rationalis per participationem, non quidē per actū suum, sed per actū voluntatis, cui subest, & propterea potest conuerti ad bonū, & auerti à malo. Non sic in brutis, quorum sensitiuus appetitus non est rationis particeps.

Lib. 11. de Trin. c. 8.
Opera etiam externa sunt peccata.

Apocal. 14.
Rom. 7.

DISTIN. 43. QV. I. ET 2.
DISTINCT. 43. QV. I. ET 2.
Utrum voluntas in Spiritum sanctum peccare possit?

Matth. 12.
Marc. 3.
Luce. 2.

Voluntatem posse in Spiritum sanctum peccare satis superque ex Matthæo, Marco, & Luca manifestum euadit. Sed quomodo peccatum aliquod præcisè in Spiritum sanctum committi possit, sic quòd non in alias personas, hoc sanè ambiguum, cū in tribus personis sit vna, & simplex maiestas, potētia, bonitas, &c. Pro quo obseruandum venit duo esse in peccato auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam. Quatenus autem peccatum hominem à Deo formaliter (vt in transgressione præceptorum primæ tabulæ) vel virtualiter (vt in transgressione secundæ tabulæ) auertit, & cedit in irreuerentiam alicuius personæ, non potest sic ab vna auertere, quin & auertat ab aliis personis virtualiter, id est, nequit contra vnā personam committi, quin committatur contra alias virtualiter, actualiter autem potest. Potest, inquam, esse actualis auersio, seu offensio vnus personæ, & non aliarum. Patet, nam cū sint tres distincti articuli personarum, potest quis vni illarum discredere, non dissentiendo aliis, quemadmodum Philosophi, Iudæi, & Turcæ credunt in Patrem, & non in Filium & Spiritum sanctum. Insuper oratio dirigi potest ad Patrem solum, aut Filium, aut Spiritum sanctum, vt fit in illo Hymno: Veni creator, &c. Ergo à simili, & vna actualiter offendi potest, sine aliarum actuali offensione.

ne,

LIBER SECVNDVS. 161

ne, virtualiter tamen tres semper offenduntur. Sed impræsentiarum peccatū in Spiritum sanctum non accipitur hoc modo, seu propriè, sed appropriatè, vt puta quæ est contra appropriatum Spiritui sancto: Licet vna, & eadem potentia, sapientia, & bonitas sit in tribus personis, scriptura tamen passim patri attribuit potentiam, filio sapientiam, Spiritui sancto bonitatem: Proinde qui ex infirmitate, seu impotētia (id est ex passione, & inclinatione appetitus sensitiui) peccant, in patrem peccare dicuntur, qui ex ignorantia, in filium, qui ex certa malitia, in Spiritum sanctum. Veruntamen non quodcunque peccatum sic ex certa malitia commissum, nempe aut ex passione, aut infirmitate, vel ignorantia est in Spiritum sanctum, quia peccatum in Spiritum sanctum asseritur grauissimum. Illud autem peccatum potest fieri contra præcepta secundæ tabulæ, quorum transgressiones leuiores sunt, quàm in prima tabula, propterea quòd auertant à Deo virtualiter tantum. Oportet igitur peccatum in Spiritum sanctum propriè acceptum committi contra præcepta primæ tabulæ, quia tunc actualiter, & formaliter ab vltimo fine auertit. Nec omnia peccata, quæ fiunt contra præcepta primæ tabulæ, sunt in Spiritum sanctum, quia cū hoc peccatum sit grauissimum, necessarium est quòd appetatur actui perfectissimo in Deum conuersiuo cuiusmodi est dilectio Dei: Quapropter odiū Dei (si concedatur) propriè erit in Spiritum sanctum: sed quia doctor non admittit odium

X

Dei in se, Cùm igitur post Dei dilectionem actus perfectissimus quo voluntas in Deum fertur, sit actus spei, oppositum eius erit peccatum grauissimum, videlicet desperatio, & obstinatio in malum, cum desperatione, & proposito non pœnitendi. Et hoc est peccatũ in spiritum sanctum. Ex quibus elicitur tria requiri ad peccatum in spiritum sanctũ. Primum quòd sit ex certa malitia, Alterum quòd sit contra præcepta primæ tabulæ, Postremũ quòd sit actus oppositus actui perfectissimo in Deum conuersiuo. Huiusmodi peccatum dicitur etiam finalis impenitentia: Non quia homo discedit ex vita præsentis absque pœnitentia, sed propterea quòd peccator talis decreuerit non pœnitere. Et tale propositũ oritur ex desperatione bonitatis diuinæ, & quemadmodum ait Augustinus, pessimi homines incidũt in hoc peccatum: vt patet de Cain dicente, Maior est iniquitas mea &c. de Iuda, Achitophel. Ad hæc tale peccatum irremissibile dicitur, non simpliciter quin remitti possit, quandiu homo est viator, sed præ cæteris peccatis dicitur irremissibile, ob duo. Primum quia istud peccatum directè opponitur principio remissionis in Deo, videlicet bonitati, & misericordiæ, quam non attribuit Deo, sed solam iustitiam, & hæc habet rationem desperationis. Talis enim Dei misericordiæ diffidit. Secundum quia corrumpit, & aufert dispositionem in peccatore ad habendam remissionem, nempe displicentiam peccati, & contritionem cum conuersione ad

Peccatũ finalis impenitentia.

De fide ad Petrum.

*Gene. 4.
Matth. 27.
Lib. 2. Reg.
cap. 17.
Peccatũ irremissibile.*

Deum, & hoc in quantum proponit non pœnitere. Si aduersus prædicta obijcias illud Ioãnis, Qui me odit, &c. & glossam, Qui peccat in vnâ personam peccat & in aliam, Hoc sanè verum est virtualiter, non autem semper actualiter aut appropriatè. Prædictis quoque adijci potest voluntatem sic ex certa malitia peccatè posse, vt velit malum, etiam sub ratione mali; Id est in quo non sit verum bonum, vtile, aut apparen: Et ad auctoritatem Dionysij, Nemo operatur malum, ad malum respiciens &c. & similes auctoritates: Respondetur has auctoritates esse intelligendas regulariter, & de potentia voluntatis ordinata, secus de potentia eius absoluta, qua vult vt suæ libertatis plenitudine.

Ioann. 15.

Eiusdè dist. quæst. 2.

Voluntas potest malum velle sub ratione mali. Lib. 4. de diu. nomin.

DISTIN. 44. QVAEST. VNICA.

An peccandi potestas à Deo sit?



Potentia peccandi bifariam accipitur, primò pro potentia illa, quas quis offendere potest, quæ est voluntas ipsa, & hæc à Deo est: Secundò accipitur pro respectu ipsius voluntatis ad actum peccandi, & adhuc bifariam, quia vel respectus talis terminatur ad materiale peccati, & sic talis respectus est à Deo, sicut extrema illius (voluntas videlicet, & actus ipse ad quem ipse concurrat) vt dictum est: Aut talis respectus terminatur ad difformitatem, quæ

Peccandi potentia an sit à Deo.

Resolut. 37.

est in actu: & cum talis difformitas nihil sit positium, sed mera priuatio illius, Deus non est causa, quia nullam habet efficientem causam, sed solum deficientem voluntatem creatam, vt ostensum est superius ibidem. Quod igitur ait Anselmus, Possē peccare non est libertas, nec pars libertatis, sic accipiendum est, quod posse peccare non est libertas &c. vt libertas est perfectio simpliciter, id est vt libertas accipitur in communi, & dicitur de Deo, & creaturis, quia tunc posse peccare competeret Deo, Sed posse peccare est aliquid libertatis creatæ, & limitatæ, seu restrictæ ad creaturam, & talis est à Deo, quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia, Cui honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

*Lib. de lib.
arbi. cap. 2.
& 3.*

F I N I S.



RESOLVTIONES TERTII
SENTENTIARVM SCOTTI.

LIBER SECUNDVS.

DISTIN. I. QVÆST. I. 2. 3. 4. ET 5.

*Fuitne possibile humanam naturam
verbo uniri?*



NATURAM humanam verbo in unitate suppositi unitam fuisse fatis superque constat ex sacris literis, proclamante Ioāne, Verbum caro, &c. & Apostolo, Qui factus est, &c. Vbi venit plenitudo &c. Huc accedit quod hoc sit fidei articulus, quare nec ambigere id fas est. Modus tamen huius ineffabilis, & à seculis (vt ait Apostolus) absconditi mysterij sobria mente, & simplici inquiri potest, perinde ac virgo ipsa credula verbis Angeli sciscitabatur, Quomodo fiet istud &c. Et Christus ipse, quid de Christo in lege promisso Pharisæi sentirent expiscabatur, vt veritas ipsa latiùs pateret, quæ tamen sole clariùs ex veteri instrumento sese pandebat. Tria proinde expendenda impresentiarum veniunt. Primū quid vnio hæc personalis importet, Alterum quomodo verbo diuino conueniat, Postremū quomodo ipsi naturæ humanæ.

*Verbū assum-
psit humanā
naturam.*

*Cap. I.
Rom. I.
Galat. 4.*

*Luc. I.
Matth. 22.*

tum ad primum, hæc vnio non est quid absolutum, sed respectus quidam seu relatio, nõ communis sed æquiparentiæ, quæ videlicet sit eiufdem rationis in vtroque extremo: Qualis est similitudo, æqualitas &c. Sed disquiparentiæ, quia non est eadem habitudo in persona assumente, & natura assumpta. Persona enim assumens nullam habet realem habitudinem, seu relationem ad naturam creatam, sed tantum relationem rationis. Natura verò creata realiter refertur ad verbum (secus non esset realis hæc vnio) non quomodo causatum ad causam, nam sic ad totam refertur trinitatem. Iuxta illud, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Augustinus, Ad creaturam Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum principium: Et, quod omnib⁹ est in ore, opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Vide Magistrum. Sed alio specialiori modo, & singulari, & admirabili, qualis non est reperibilis in vllis creaturis. Vide Driedonem. Deinde non repugnat verbo hæc vnio, quia nullam in eo compositionem, passiuam potentiam, limitationem, aut aliam imperfectionem ponit. Natura enim humana nec est de essentia filij Dei, nec accidens eius, sed existit in illo secundum singularem quandam essendi modum, quem humanus intellectus capere nequit, sicut nec personarum processionem, & alia fidei mysteria, & secreta. Propterea suadet Apostolus vt intellectum nostrum captiuemus in obsequium Christi. Postremò non repugnat ipsi humanæ naturæ verbo vniri

Ioannis 5.

Lib. 5. de trinit.

Phil. cap. huius dist.

De ecclesiast. dogmat. lib. 2. ca. primi in fin. fol. 179.

diuino, cum ipsa (perinde ac omnis creatura) sit in perfecta obediētia ipsius creatoris. Quod vt penitus comprehendas, obserua discrimen inter naturam creatam, singularem, & personam creatam. Natura enim specifica, & quantum est ex se communis constituitur singularis per differentiam indiuidualem: Persona verò non per aliquod absolutum, sed per negationem duplicem, nempe dependentiæ actualis, & aptitudinalis. Siquidem cum natura creata non dependeat, seu non est vnita actu, aut aptitudine supposito alterius naturæ, tunc est persona, & personalitate propria. Vnde natura ipsa prius est singularis, & indiuidua prioritate naturæ, quam sit persona: & cum possit dependere à supposito alterius naturæ, seu illi vniri, in illo priori instanti naturæ assumpta est à filio in diuinis, & vnita personæ diuinæ, priusquam esset personata (vt aiunt) personalitate propria. Vnde colligitur nullam esse perfectam personam nisi diuinam: illi enim simpliciter repugnat alteri communicari per aliquid positiuum absolutum, vel respectiuum, non autem personæ creatæ. Hæc enim licet non dependeat à supposito alterius speciei actu, aut aptitudine, dependet tamen potentia. Tres autem personæ eandem numero naturam assumere nequeunt, sic vt persona sit primus, & immediatus terminus talis vnionis. Nam fieri nequit vt idem dependeat à pluribus causis totalibus in eodem genere cau-

Pro 2. questione.

*Lib. de incar
nat. verb. c. 7*

læ. His subscribit Anselmus. Plures personæ (inquit) eundem hominem omnino assumere nequeunt. Si verò terminus primus talis vnionis sit ipsa natura in tribus per se existens, non est inconueniens vnā naturam à tribus assumi, quasi mediante vna essentia existente in tribus, perinde ac vna albedo potest esse in tribus corporibus, si vna superficies, in qua est, esset in eis. Tunc autem non assumetur ad vnitatem naturæ, sicut modo assumpta est ad vnitatem personæ, id est natura humana, si assumeretur immediatè ab essentia diuina, nõ fieret eadem illi realiter, nec cum ea constitueret aliquod compositum, sed quemadmodum & nunc specialiori modo, à nobis inexplicabili, eidem vniretur. Quauis autem plures personæ eandem numero naturam (vt explicatum est) assumere nequeant, nihilominus vna persona plures assumere naturas valet, hoc enim nec naturis, nec ipsi verbo diuino repugnat, cum propterea nihil in eo poneretur nisi plures relationes rationis, aut quòd esset terminus plurium relationum realium. Idem autem potest esse fundamentum, & terminus plurium relationum etiam realium, vt similitudine prioritatis &c. Plures item effectus ab eadem causa esse possunt. Adde quòd & tota trinitas sit terminus omnium relationum realium ipsarum creaturarum. Tunc quoque essent plures homines, tot videlicet quot humanas assumerent naturas, licet esset vnicum suppositum, & persona vna. Sicut dicimus patrem, & filium esse

*Pro 3. que-
stione.*

vnum spiratorem, & duos spirantes, propterea quòd adiectiuum importet suum significatum formale per modum actus egredientis à potentia: Nomen verò formale per modum habitus, & quietis. Porro si inquiras an suppositū creaturæ aliam creaturæ naturam sustentare possit hypostaticè, cum bifariam intelligi possit, nempe effectiuè, & terminatiuè, Primo modo nequit. Hoc est enim Dei solius, in cuius manu, & obedientia sunt omnes creaturæ. An verò possit secundo modo, hoc problematicum est etiam apud Scotum, licet videatur declinare ad partem affirmatiuam, quia absque sufficienti (inquit) ratione non est negandum suppositum creaturæ extraneam naturam sustentare posse, Deo id efficiente. Postremò quoniam præcisa causa huius vnionis naturæ humanæ ad verbum, non est propterea quòd suppositum diuinum assumens contineat virtualiter perfectionem suppositi creati, & natura assumpta sit in potentia obedientiali eiusdem, sed verbum terminat hanc dependentiam, propter subsistentiam inde pendentem. Idcirco essentia diuina non est formalis ratio terminandi hanc vnionem, sed proprietas personalis, quòd sic astringitur: In quocunque supposito est ratio formalis terminandi hanc vnionem, ipsum terminat eam, Pater autem in quo est essentia diuina non terminat eam, Igitur essentia non est ratio formalis terminandi eam. Insuper persona vna assumit naturam humanam, & non alia, Igitur per illud quo est hæc persona distincta, & de-

*Pro 4. q.**Pro 5. que.*

*Li. de proces-
Spiritus san-
cti c. 17.* terminata: Sed hoc est proprietas relatiua fo-
lūm, secundum Anselmum. Igitur ipsa est for-
malis ratio terminandi hanc dependentiam hu-
manæ naturæ ad verbum.

DISTINCT. 2. QVÆSTIO I.

*An fieri possit vt humana natura Deo hypostaticè
vnatur, & tamen non fruatur?*

*Natura as-
sumpta po-
test frui.*

NA VD dubiè naturam natam frui, hy-
postaticè verbo vniri, & nihilominus
non frui haud implicat contradictio-
nem, & hoc vel maximè, quia assumi
potest prorsus absque gloriæ, aut alio creato
habitu. Huc accedit quòd in triduo caro imme-
diatè vnuebatur verbo, & tamen nõ fruebatur.
Quidquid autem verbum potuit conseruare si-
bi vnitum, immediatè potuit assumere. Quòd si
inde inferres Deum posse peccare, responderetur
quòd sicut Beati potentia Dei ordinata peccare
non possunt, ita quoque Deus potètia ordinata
non possèt nõ dare naturæ assumptæ summam
charitatem, & vterius summam fruitionem.
Potuit quoque verbum diuinum naturam non
intellectualem, vt lapidis, aut agni &c. assume-
re. Id enim neque verbo repugnat, cum sit in-
dependens suppositum, neque tali naturæ,
quia ipsa non habet perfectiorem suppositi ra-
tionem, quàm natura intellectualis, quæ ab ip-
so assumpta est. Et quanuis non assumeretur
talis natura ad vnitatem personæ (cum hoc illi
repugnet) sed ad vnitatem suppositi duntaxat:

Nihilominus quia suppositum recipit prædica-
tionem illius naturæ in qua subsistit, esset ibi
communicatio idiomatum, & lapis de Deo e-
nunciaretur, sicut nunc homo.

DISTINCT. 2. QVÆSTIO 2.

*Vtrum verbum primò, & immediatè totam assu-
pserit humanam naturam?*

DVPLEX hac in re expenditur mediū,
Intrinsecum videlicet, quod nihil ali-
ud est quàm pars aliqua, vel plures
ipsius naturæ assumptæ: Et extrinse-
cum, quod est gratia, aut aliud supernaturale
donum naturam disponēs ad hanc assumptio-
nem. Deinde mediū intrinsecum traditur
duplex, nempe quod, & quo, Sic enim loquū-
tur. Non intercessit profecto in hac vnione
mediū intrinsecum, quòd, id est quidpiā quod
prius fuerit à verbo assumptum, sed ipsa natura
humana tota fuit primò, & immediatè à verbo
assumpta, & non vna pars eius prius altera, sed
ipsum totū resultans ex partibus. Quantū autè
ad mediū intrinsecū, quo concedi potest animā
hoc modo fuisse mediū huius assumptionis, nõ
quòd ipsa fuerit in aliquo priori instanti assu-
pta, & in secundo instanti corpus, & ex conse-
quenti totum ipsum cōpositum: Sed propterea
dicitur mediū, quòd etsit forma substantialis
cōstituens ipsam naturā, & sit causa operationū
conuenientium huic naturæ, & ratio formalis,
seu causa, quare hæc natura sit visibilis, sicut

*Verbum totā
assumpsit na-
turam.*

vniversaliter forma substantialis est causa, quare ens naturale agat, & patiatur. Ex hoc facile colligitur totum per se esse aliud ens à suis partibus, siue seorsum siue coniunctim accipiantur: Secus non esset discrimen inter vnum per se, & vnum aggregatione, vt cumulus lapidum, quia hoc est suarum partium sicut illud. Deinde non esset aliquis proprius terminus totalis ipsius generationis, nec quippiam in morte hominis corrumpetur, cum partes maneant. Materia quoque, & forma nihil caufarent, nec esset aliquod primum subiectum primarum passionis. Tale quoque ens tertium est quid absolutum, & non respectus, quia terminus generationis non est respectus, nec propria passio consequitur respectum, sed absolutum. Præterea in ipso toto est forma (quam dicunt) totius distincta à forma partis: Id est, quæ informat alteram partem, quæ quidem forma totius nihil aliud est quam quidditas naturæ, hoc est natura in abstracto accepta, humanitas, equinitas &c. quæ dicitur forma, non propterea quod per informationem vniantur in composito, aut alicui parti eius, & ex consequenti compleat, & perficiat vltimatè ipsum compositum, Sed quia dat esse quidditatum, & essenziale composito, ac denominatione, Siquidè ab humanitate Socrates homo dicitur formaliter, sicut ab albedine album dicitur album. Quod si quæras quare potius materia, & forma constituent vnum ens tertium, quam subiectum & accidens, non est alia ratio, quam natura, & proprietates ipsorum,

*Totum est ens
tertium dis-
tinctum à
partibus suis*

*Forma
totius.*

quod sic explicuit Scotus, quia hoc est hoc, & hoc est illud. Id est materia est per se potentia, & forma per se actus, Illud igitur quod immèdiatè vnitum fuit filio in diuinis, fuit ipsa natura tota, quæ est vnum ens tertium distinctum à suis partibus. De mediò verò intrinseco, quale ponitur gratia, dicendum est non fuisse aliquod tale. Non enim prius illi humanitati collata est gratia, quam fuerit assumpta, quod satis innuit Ioannes dicens, Vidimus gloriam eius &c. Plenum gratiæ, & veritatis. Propterea autem fuit plenus gratia, quod esset vni-genitus Dei patris. Insuper gratia datur ad operandum: Operationes autem sunt suppositorum, quare oportuit naturam prius esse suppositum, quam recipere habitum ad operandum. Postremò quod competit alicui per se, prius inest illi, quam illud quod conuenit illi per accidens, sed competit per se naturæ esse personam (quia si non fuisset assumpta, fuisset in se personata) & per accidens haberet gratiam, Igitur prius fuit persona, quam gratiam habuerit, prius videlicet natura.

Ioan. 1.

DISTINCT. 2. QUÆST. 3.

*Vtrum incarnationem præcesserit corporis
organizatio?*

COrpus sacrum ipsius Christi non prius factum tempore fuit animatum, seu informatum anima rationali, quam fuerit à verbo assumptum, quia tunc hæc natura fuisset in se

*Corpus Chrē
sti nō prius a
nīmātū quā
verbo vnītū.*

DISTINCT. 2. QVÆSTIO 3.

*Lib. 3. c. 12.
contra Nesto-
rium.*

*Corpus non
prius organi-
satum quàm
animatum.*

prius personata, quàm in verbo. Corpus enim animatum si in aliquo tempore est in se subsistens, est persona. Quòd si ita accidisset, Virgo Maria non fuisset mater Dei vera contra Damascenum, quia nõ genuisset Deum, sed talem hominem purum, cuius natura subinde Deo vnita fuisset, & ratio maternitatis virginis terminata fuisset iam in productione hominis puri: Deinde corpus Christi non prius tempore fuit organifatum, & completè effigiatum per vltimam formam corporalitatis immediatè disponentem ad animam intellectuam, quàm fuerit animatum, quia nec aliter in nobis contingit. Quantum autem attinet ad transmutationes præcedentes inductionem formæ corporalitatis vltimæ, quæ sunt primò motus localis, quo materia defertur ad locum conuenientem generationi, nempe ad matricem, Deinde alteratio, qua materia disponitur ad formam corporis organici: Dubium est an præcesserit tempore incarnationem verbi, vel fuerint in eodem instanti factæ, in quo verbum sibi talem vniuit naturam: hoc autem solus nouit Spiritus Sanctus, & tota Trinitas, quæ hoc mysterium operata est. Quòd si ponamus illa in tempore fuisse facta, facilius erit deprehendere diuam virginem ad illos motus fuisse cooperatam: Sin in instanti facta fuisse teneamus, & nullum fuisse ibi localem motum, aut mutationem successiuam, fatendum erit in vltimo instanti consensus virginis expressi his verbis, Ecce ancilla Domini &c.

LIBER TERTIVS.

168

quo fidem adhibuit verbis ipsius angeli, verbū diuinum in vtero eius factum fuisse verum hominem, & tamen illud instans nihil ad hanc pertinens incarnationem fuerat factum. Quòd si prædicta expendatur iuxta prioritatem naturæ, cum fundamentum relationis præcedat natura relationem ipsam (quia secundum Philosophum, & Augustinum, quod nihil est in se, nihil est ad aliud) & tota natura sit fundamentum illius vnionis ex præcedenti resolutione, operæpretium est illam naturam prius natura fuisse formatam, quàm fuerat verbo vnita: Et eadem ratione corpus prius natura fuisse completè organifatum, quàm animatum. Vide Magistrum vlt. cap. huius distinct.

DISTINCTIO. 3. QVÆST. I.

Fuit ne beata Virgo cum originali concepta peccato?

DVO in peccato originis, iuxta Theologorum doctrinam, sunt, formale videlicet & materiale, (ita enim loquuntur) Formale est carentia iustitiæ originis, cum debito habendi eam: Hoc non fuit in Virgine Maria, et si originalem iustitiam non habuerit, quandoquidem Adam eandem pro se & omnibus amisit posteris, habuit nihilominus quippiam ei æquiualens. Immò in acceptance diuina excellentius, videlicet gratiam Spiritus Sancti, quæ est gratia gratum faciens, & in hoc præstat iustitiæ originali,

quæ est gratia gratis data. Cum tali autem gratia non fiat in homine peccatum originale, aut mortale. Quemadmodum igitur olim Deus in circumcissione, & nunc in baptis-
mate gratiam confert, per quam liberatur quis in eo instanti ab originali: Sic concessit virgini in instanti suæ conceptionis gratiam hanc per quam præseruata fuit ab hoc peccato. Et quan-
uis tunc in eius corpore naturaliter generato carnis infectio exirisset, sicut in aliis, nihilomi-
nus non infecisset necessariò ipsam animam, si-
cut in renatis per baptismum. In quibus licet (iuxta multorum sententiam) hæc carnis re-
maneat infectio, tamen animam non inficit, nec eam originali peccato reddit obnoxiam. Adde (vt satisfiat his, qui putant originale pec-
catum ex hac corporis labe contrahi) quòd & Deus ipse, antequam animam sacratissimæ vir-
ginis corpori infunderet, potuit ipsius carnem ab hac prorsus mundare labe, & infectione. Omnia enim apud Deum possibile sunt. Vnde
Luc. 1. & B. ipsa Virgo, Fecit mihi magna qui potens &c. Posituum autem, seu materiale peccati ori-
Cant. 4. ginalis est fomes, seu concupiscentia carnis, quæ nullo modo fuit in virgine: Vnde Sapiens Tota pulchra es amica mea &c. Ita enim tenet
Rom. 8. Ecclesia, & in concilio Basiliensi definitum fuit. Ex Apostolo quoque colligimus, quòd quando Deus ingentia alicui confert beneficia, confert minora. Ait enim, Qui proprio filio nõ pepercit, ibi, Cũ eo nobis omnia donauit. Cõ-
tulit virgini vt esset eius mater, quod vtique in-
gens

gens est donum, quare non etiam eam ab ori-
ginali præseruasset peccato? Præterea Hierem-
iæ dictum est à Deo, Prius quàm te formare
Hierem. 1. 7. ibi, dedi te. De Ioanne Baptista prædixit An-
Luca 1. gelus, Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex v-
tero matris suæ. Si hi duo sancti mundati fue-
re priusquam nascerentur, qui erant duntaxat
futuri ministri verbi Dei, & veritatis diuinæ tes-
tes, quid existimandum est de illa quam Deus
elegerat, vt mater foret vnigeniti Dei? creden-
dum est vtique ipsam priuilegio singulari præ-
fuisse, ac excelluisse ceteros sanctos, & sanctas,
quantò matris nomen nomini ministri præstat.
Proferes forsità Apostolum dicentẽ, Omnes in
Rom. 5. Adam peccauerunt, & consimiles scripturæ lo-
cos. Et non ob aliam causam dicuntur omnes
in Adam peccasse, nisi quia fuerint in eo secun-
dum rationem feminalem, secundum quam
B. Virgo consimiliter fuit in eo, Ergo & ipsa
in eo peccauit. Respondetur quòd omnes na-
turaliter ab Adam propagati sunt peccatores,
id est ex se, & modo suæ propagationis carent
iustitia originali: Sed si alicui in instanti primo
creationis suæ animæ detur gratia (quemadmo-
dum factum fuisse virgini sacræ credimus) is
licet originali careat iustitia, nunquam tamen
eius est debitor, quia merito alterius peccatum
preuenientis gratia ei datur, quæ æquiualeat, &
præstat iustitiæ originali quantum ad aliqua.
Sic accipiendum est & illud Augustini, Firmis-
De fide ad simè tene, & nullatenus dubites omnem ho-
Petrus. minem, qui per concubitum viri & mulieris

1. ca. Ioa.

*In sermo. natiuit. domini.**Lib. 3. cap. 3.**Episto. 174. ad Episcopos Lugdunenses.*

concipitur, cum peccato originali nasci, intellige quantum est de se. Et quod idem Augustinus ait de Christo, Solus innocens (videlicet per naturam) quia non sic venit, scilicet per nostram propagationem. Et illud Leonis Papæ, Sicut à reatu nullum liberum reperit (scilicet ex se) ita liberandis omnibus venit. Cum itaque Damascenus ait de virgine, Spiritus sanctus purgavit eam (purgatio autem non est nisi à peccato) accipiendum est non de culpa inexistente, sed quæ infuisset in primo instanti suæ conceptionis, nisi illius animæ gratia tunc infusa fuisset. Quod si obsistas cum Bernardo, tunc non potuisse purgari, aut sanctificari, propterea quod illic libido fuerit: Respondetur in conceptione naturarum (quæ fit, cum anima infunditur quadragésimo die in masculis & octuagésimo in fœminis à decisione feminis) non fuisse libidinem, licet concederetur fuisse in conceptione, & commixtione seminum. Et quanuis anima fuisset infusa in commixtione seminum, non propterea obstabat gratiam illi animæ tunc infundi. Ad rationes quoque D. Thomæ quas defumit ex duobus mediis, quorum primum est excellentia ipsius Christi, qui fuit vniuersalis omnium redemptor, & omnibus electis cœlestis regni ianuam aperuit, quod non videtur verum, si virgo prorsus ab originali fuisset immunis, nam non eguisset redemptore: Respondetur virginem sacram maximè eguisse Christo redemptore, cuius merito præseruaretur à peccato, quod ex ratio-

ne suæ propagationis incurrisset, sicut & cæteri, nisi per eius gratiam præseruata fuisset. Quæ admodum enim cæteri per Christum à peccato sunt liberati, ita virgo præseruata ne peccatum contraheret, per cuius quoque meritum factum est, vt ianua cœlorum semper illi fuerit aperta, quæ vtique eidem, sicut & cæteris extitisset clausa. Quod si curiosius perscruteris an conscendisset cœlum, si ante filium defuncta fuisset: Non sanè, nam & nullus patrum (etsi illis remissum originale fuisset, & quodcunque actuale) illuc ante Christum conscendit. Nam ita consilio diuino definitum erat, vt quanuis per meritum passionis Christi præuisæ, originale, & cætera remitterentur peccata, non tamen omnem pœnam originalis debiti (cuiusmodi est priuatio visionis diuinæ) per præuisam passionem remittere disposuerat, sed per exhibitam reipsa duntaxat. Alterum medium D. Thomæ est ex his quæ apparent in virgine: primum quia ipsa fuit communi lege propagata, & ex consequenti eius corpus de infecto formatum semine: & ita habebat vnde originale cōtraheret peccatū, quia anima ex corpore inficitur. Respondetur originale peccatum non contrahi ex labe carnis animam inficientis, vt dictum est resolutione tertia secūdi libri, sed ex Dei statuto. Alterū eorum quæ in virgine apparent, sunt pœnæ cōmunes naturæ humanæ, consecutæ ex originali peccato, vt fames, &c. quæ non fuerunt ab ea voluntariè

*Maria nota
conscendisset
cœlum, si de-
fūcta fuisset
ante Christū.*

assumptæ, vt à Christo, Ideo iustè à Deo illi inflicta & non ob aliam causam quam propter peccatum originis. Respondetur quòd à virgine ablata sunt pœnæ omnes inutiles, cuiusmodi erat originalis culpa, ad malum propensio, ac pœnæ consequentes particularia indiuidua, vt cholera, phlegma &c. Vtiles autem, & quæ totam cõsequuntur speciem eidem relicta fuerunt, quibus ad virtutes exerceretur, & mereretur. Dices tandem ipsa, natura prius fuit persona, & filia naturalis Adæ; quàm gratiam habuerit, Ergo in illo priori carebat iustitia originali, Respondetur ipsam prius quidem natura iustitia caruisse, quàm habuerit gratiam: Sed inde non sequitur, seu hæc prioritas naturæ non significat, quòd in illo instanti naturæ fuerit verum dicere, B. virgo est priuata iustitia originali, sed quòd fuisset priuata, nisi fuisset ab alio præseruata. Porrò eius puritati fauet Augustinus dicens cum de peccatis agitur, de Maria nullam prorsus volo habere quæstionē. Et Anselmus, docuit (inquit) vt ea puritate virgo niteret, qua maior sub cœlo nequit intelligi. Atqui in Angelis reperitur pura innocentia ab omni culpa, multò igitur magis in virgine. Si enim in originali concepta fuisset, maior vtiq; puritas quàm in ea intelligi, & inueniri posset. Sacratissimæ autem humanitatis Christi sanctificatio seu ab originali peccato exemptio, secundum Magistrum lib. 2. distinct. 30. & priscos Talmudistas sic contingit. Peccante enim Adamo Dominus Deus (vt aiunt ipsi)

Lib. de natura, & gratia.

De concep. virg. c. 18.

Pro 2. quæ.

quippiam illius portionis, de qua omnes eius filij generati sunt, incorruptum, & non infectum conseruauit, & hoc idem trāsufum esse à generatione in generationem sine aliqua infectione vsque ad B. virginem, & inde formatum esse corpus Christi, quo etiam modo Galatinus astruit immunitatem virginis à peccato. Veruntamen hæc assertio, cum non solidis constet argumentis, eadem facilitate contemnitur, qua probatur: nam cum finita esset ea portio per ablationem finiti, in successione tot generationum consumptum fuisset, nec absque speciali miraculo (quod citra necessitatem non est ponendum) conseruatum fuisset, aut multiplicatum. Propterea alij, qui tenent originale ex carnis infectione contrahi, astruunt corporis Christi puritatem, ex eo quòd tota virginis caro sanctificata fuerit, ex qua deinde Christi corpus formatum fuit. Sed conuenientius est vt dicamus cum Anselmo, Christum idcirco originale nunquam contraxisse peccatum, quòd non fuerit naturalis Adæ filius, & ideo nec originalis debitor iustitiæ: Acceperunt enim soli illam originalem in Adamo iustitiam, qui ab eo per rationem feminalem, hoc est communem propagationem descenderunt, quorum Adam naturalis extitit pater: Et quemadmodum illi soli in eo iustitiam acceperunt, ita in eo amiserunt. Quocirca licet Christus prius fuisset homo, & non Deus, propagatus tamen miraculosè (vt fuit) ex vir-

Christus ab originali immunitatis quomodo.

DISTIN. 4. QVÆSTIO VNICA

*De concep.
virg. c. 10. et
seq. cap. 19.*

gine, non contraxisset peccatum illud, iuxta Anselmi sententiam, & idem alibi ex professo assignat duplicem innocentia Christi rationem. Primum sanctificationem virginis matris, deinde miraculosam ipsius corporis formationem, non secundum legem communem, quarum utraque per se sufficeret, vt Christus innocens nasceretur.

DISTIN. 4. QVÆ. VNICA.

*Vtrum B. Virgo verè fuerit mater Dei,
& hominis.*

*Luc. 1.
Maria verè
Dei, & ho-
minis mater.
Matth. 1.*



ERITAS affirmatiue partis huiusce quaestionis satis superque ex Luca, & aliis scripturae locis constat. Ait siquidem Angelus ad ipsam, Ecce concipies in utero &c. Cum esset desponsata, &c. Et Damascenus Dei genitricem verè sanctam Mariam prædicamus: Sicut enim verè Deus est, quia ex ipsa genitus est, Ita ipsa verè Dei genitrix dicitur, non quod verbi deitas ex ipsa essendi principium assumpserit, sed quia non purum genuit hominem, sed suppositum quod verè Deus erat, & homo, & nihilominus in æuum virgo permansit. Non enim formali aliqua oppositione maternitas, & virginitas opponuntur, sed duntaxat respectu naturalis propagationis, secundum legem communem: virginitas enim fecunditatem non tollit, sed solum viri commixtionem. Ma-

Lib. 3. ca. 12.

LIBER TERTIVS. 172

ternitas verò masculi copulationem non necessariò ponit, licet communiter eam requiratur, quare si alius actionem patris naturalis (virtus diuina potest) suppleat, maternitas erit vnà cum virginitate in eadem, sicut in Beatissima virgine fuisse haud hæsitamus. Si hæsites deinde quonam pacto clausa parere potuerit, & efficere, vt duo corpora (videlicet Christi, & Mariæ) simul essent, non utique propria id peregit virtute, sed diuina freta virtute, & ope Spiritus sancti. Quamobrem Damascenus dicens, Christiparam autem nequaquam dicimus sanctam virginem, non absolute negauit eam esse Christi matrem, Sed iuxta sensum Nestorij (qui sub vocabulo Christotocon venenù suæ hæresis occultabat, dicens Christum pro pura supponere creatura) non Christotocon sed theotocon nùcupandã cêsuit, ne in vocabulo ipso cum hæretico conueniret, & proinde illius hæresi fauere videretur. Durum adhuc fortasse videbitur Mariã verè Christi matrem dici, cum mater in prolis generatione actiue sese habeat, & Christi corpus in instanti vel adedò breui formatum fuerit tempore, vt virtus creata in eo agere non potuerit. Respondetur matrem quidem in prolis generatione actiue se habere, sicuti pater, licet minus principaliter (quanuis oppositum sanctus Thomas putauit) & nihilominus agere posse in instanti, aut breuiori quantumuis tempore, quando vicem naturalis patris virtus supplet diuina, veluti in Christi conceptione accidit. Virgo

*Maria Christi
sum quomodo
emixa est.*

Lib. 3. ca. 12.

enim fœcunda erat naturaliter, & eius actionem non impediuit Spiritus sanctus, Idcirco & actiue se in Christi conceptione habuit. Vnde & Damascenus, Spiritus sanctus dedit ei potentiam susceptiuam, simul autem & generatiuam, Non quod miraculose eam reddiderit fœcundam, cum naturaliter talis esset (non enim erat sterilis) sed potentiam remotã quam habebat in actu primo fecit propinquam, sup-
plendo actionem patris naturalis. Quauis enim fœmina vim generandi obtineat, non tamen generare potest sine viro, qui potentiam eius reducit ad actum secundum, id est operationem, quod virgini præstitit Spiritus sanctus: Susceptiuam autem potentiam dedit ei, quatenus erat generatiua verbi diuini. Sicut enim Christi humanitas tantummodò erat in potentia obedientiali, vt vniretur verbo, non habens ad hoc inclinationem naturalem, aut dispositionem aliquam: Ita B. virgo habuit duntaxat obedientialem potentiam vt fieret verbi mater, Idcirco enim erat verbi mater, quia verbum subsistebat in illa natura sibi vnita. Sed potest ne concedi virginem fuisse naturalem Christi matrem, an dicendum quod miraculose Christum genuerit? Haud dubiè diuersa hęc sunt expendenda, Si enim ipsum spectes modum, quo virginis fœcunditas ad actum reducta est, quia à Spiritu sancto, non à Patre naturali, deinde & modum procedendi in hac generatione, quia vel fuit hęc generatio Christi subita, aut tam breui peracta tempore, vt

*Maria fuit-
ne naturalis
Christi ma-
ter.*

non posset hoc pacto fieri naturaliter, Dubio procul, quantum ad ista, fatendum est quòd miraculose Christum genuerit: Sin attendas virtutem generatiuam virginis, quæ illi con-naturalis erat, quæ ex viro, vt cætera mulieres fœcunda concipere poterat, liberè profitem-dum venit ipsam esse verè naturalem Christi matrem.

DISTINCT. 5. QVÆSTIO I.

*An humanam assumpserit naturam
diuina?*



VANVIS Incarnationem diuinam effecerit essentia vnionis, tamen harum naturarum formalis, aut proximus terminus nequaquam extitit: potuisset quidem esse terminus, seu immediatè sibi humanam vnire naturam, si ad terminandam hanc vnionem sufficere dixerimus, ipsum terminum esse quid singulare per se existens, licet non sit incommunicabile. Natura siquidem diuina singularis est, ac per se existit. At verò si teneamus oportere ipsum terminum esse quippiam incommunicabile, non poterit diuina essentia is esse terminus cum communicabilis sit, & re ipsa tribus communicetur diuinis personis, sed sola tunc id poterit persona. Adde quòd si diuina natura primò & immediatè humanam sibi vniuisset veluti terminus, cum eadem in tribus sit perso-

*Diuina ef-
sentia an hu-
manam as-
sumpserit.*

DISTINCT. 5. QVÆSTIO 2.
nis, consequens esset tres quoque personas fuisse incarnatas.

DISTINC. 5. QVÆSTIO 2.
Fuit ne creata persona assumpta?



VM ratio personæ præter naturam singularem, duplicem dependentiæ includat negationem, videlicet dependentiæ actualis & aptitudinalis ad suppositum alterius naturæ: Hoc

Personæ creata non fuit assumpta.

est cum persona sit natura intellectualis singularis, quæ actu non est communicabilis supposito alterius naturæ, nec inclinatur ad illud. Naturam autem assumi, sic ipsam actu à supposito extrinseco dependere, contradictio est ipsam assumi, & esse personatam persona propria. Patet, quia contradictio est naturam actu dependere ab alio, & non dependere. Adde quod si persona creata fuisset assumpta, duæ personæ vna essent persona, quod est absurdum. Augustinus, Deus naturam hominis assumpsit, non personam.

De fide ad Petrum.

DISTINC. 6. QVÆST. 1. 2. ET 3.
Utrum in Christo sit aliud esse verbi ab esse creato, & sit ipse aliqua duo?

Christus habet duplex esse essentia.

DVPLEX assignant esse, nempe substantiæ, & essentiæ. Esse substantiæ est esse eius quod actu existit in seipso inde-

pendenter & incommutabiliter. Et hoc solis comperit suppositis aut personis, id est individuis prædicamenti substantiæ. Quare cum in Christo vnicum sit suppositum, erit & vnicum in eo tale esse. Esse autem essentiæ non distinguitur ab essentia re ipsa, sed solum in modo concipiendi, nempe sicut abstractum, & concretum. Quocirca cum in Christo duæ sint essentiæ, & naturæ, erunt quoque in ipso & duo huiusmodi esse essentiæ, ac duo esse actualis existentia: Nam vtraque natura propriam habet existentiam, quæ ab altera inconfusa, impermixta, & distincta permanet. Natura igitur humana aliam habet existentiam ab existentia verbi, licet non aliam substantentiam, quia subsistit in eadem persona: Vnde & colligitur Christum non esse aliqua duo, quia non est duæ personæ, ut patet: nec est duæ naturæ: Quia istæ sunt falsæ, Christus est natura humana, Christus est natura diuina: Habet tamen in se duas naturas. His consentit Athanasius in Symbolo dicens, Non duo tamen, sed vnus est Christus. Si enim secundum naturam humanam diceretur vnus, & secundum diuinam vnus alius, tunc essent ibi duæ personæ subsistentes in duabus naturis. Quantum verò attinet ad tres opiniones, quas Magister hac distinctione refert concernentes humanitatis assumptionem à verbo, Secunda est tenenda, quæ asserit corpus Christi & animam, prius quidem natura

Pro 2. quæ. Christus non est aliqua duo.

fuisse inuicem vnita ad constituendam humanam naturam, & sic à verbo fuisse simul assumpta: Sed non tenetur in eo quòd annectit personam verbi, quæ prius erat simplex post incarnationem fuisse compositam, quia non fuit ibi compositio propriè, quæ est inter actum & potentiam, id est inter materiam, & formam, aut inter subiectum & accidens: Sed mirabili modo, cui similis in creatis nusquam reperitur, vnità adinuicem hæ duæ naturæ fuerunt. Auctoritates proinde Damasceni, & cæterorum, quæ insinuant illam personam esse compositam, sic accipi debent, quòd adeo verè est in Christo diuina natura, & humana, ac si personam componerent: verumtamen non componunt, nec aliquod tertium fit ex eis, sed distinctæ, & inconfusæ manent. Et hoc idem asserit Damascenus. Aliæ autem duæ opiniones reiciuntur, quarum prima asseuerat animam, & corpus Christi ordine naturæ prius fuisse vnita ad constituendum hominem, & deinde hic homo fuit à verbo assumptus. Et quia homo est nomen suppositi, Ideo in Christo dicit esse duo supposita, vnum creatum, & aliud increatum: Et nihilominus in Christo ait esse vnam personam, & illam esse suppositum diuinum, quia ratio personæ sumenda est à digniori supposito. Altera verò opinio (quæ est tertia) asserit Christi animam, & corpus diuina ab inuicem sine vlla compositione verbo fuisse vnita: vnde cum dicitur, quòd verbum assumpsit naturam huma-

Lib. 3. ca. 3.

nam, intelligitur assumpsisse partes naturæ humanæ. Deinde dicit corpus, & animam fuisse vnita verbo tantum accidentaliter per modum extranei habitus, perinde ac vestis corpori vnitur.

DISTINCT. 7. QVÆST. I. ET 2.

Est ne vera hæc propositio, Deus est homo, & Deus factus est homo?



VERITAS huius, Deus est homo, ex hac pendet, verbum est homo: Cuius sanè veritas naturali lumine demonstrari nequit aut ex terminis cognosci, cum sit contingens, sed fide duntaxat cognoscitur vera, dicente Ioanne, Verbum caro factum est &c. Et Apostolo, Vbi venit plenitudo temporis &c. aut ex aliquo credito eius veritas est ostendenda. Suppositum enim existens in aliqua natura recipit prædicationem illius naturæ in concreto, vt habet Damascenus. Atqui ratione huius vnionis verbum subsistit in natura humana assertore Augustino, & fide id tenemus, Igitur per illam verbū formaliter est homo: Quòd si inquiras qualis sit hæc prædicatio, Verbum est homo: Proculdubio cum Aristoteles, & ceteri Philosophi, qui humaniores nobis tradidere disciplinas hæc ignorarint naturarum vnionem, nec speciem, aut modum præscripserunt prædicationum, ad quem hoc axioma redigi possit, Verbum

Deus est homo.

Cap. 1. Galat. 4.

Lib. 3. ca. 2.

Lib. 1. de trinit. cap. 13.

est homo. Non enim est prædicatio per se, cum non sit necessaria inter eius extrema habitudo, nec per accidens, cum humanitas assumpta verè sit substantia: Sed poterit dici prædicatio cōtingens, seu denominatiua, accipiendo accidens fusiùs, quàm metaphysici accipiant, nempe pro omni eo quod aduenit enti iam completo, & in se perfecto. Sic enim natura humana vnita fuit verbo iam habenti esse completum. Veritas autem huius, Deus factus est homo, patet ex Ioanne, Verbum caro factum est &c. vbi caro pro homine ponitur: Vnde & Augustinus, Talis fuit illa vnio, quæ Deum faceret hominem, & hominem Deum. Et in Symbolo Nicæno, Homo factus est. Hæc enim propositio non denotat Deum factum simpliciter, sed factum secundum id quod per prædicatum homo exprimitur, nec adscribit Deo aliquam mutationem. Nam mutatio non est in actione aliqua, nisi terminus actionis, seu id quod per talem actionem acquiritur, sit forma substantialis, vel accidentalis ipsius suppositi, quod in incarnatione verbi non contingit, quia natura humana non est forma ipsius verbi. Quòd si omninò contendas cuilibet actioni correspondere passionem, Ergo huic incarnationis actiui responderet aliqua passio, & ita erit ibi mutatio eius in quo est talis passio. Verum est id sanè, & talis passio realis, & mutatio est in natura humana: In verbo autem non est nisi mutatio rationis, seu si maus, verbū est duntaxat terminus illius

Pro 2. quæ.
Ioan. 1.
Deus factus
est homo.
Lib. 1. de
Trinit. c. 13.

passionis, & mutationis, quæ est in natura humana. Præterea veritas huius propositionis sic declaratur, quia homo per actionem alicuius agentis, seu patientis est Deus, & antea non erat Deus: Ergo homo factus est Deus, & per conuersionem simplicem, Deus factus est homo, & neutra est prior altera.

DISTINCT. 7. QVÆST. 3.

An Christus fuerit prædestinatus esse
filius Dei?



CHRISTVM fuisse prædestinatum, vt foret filius Dei, liquet ex Apostolo, (iuxta communem versionem) dicente: Qui prædestinatus est &c. Id autem sic cōmonstratur. Prædestinatio enim est præordinatio alicuius ad gloriam principaliter, & ad media deinceps, per quæ illam consequatur: Humana autem Christi natura præordinata fuit ad gloriam (sicut & cæterorum electorum) & ad vnionem hanc hypostaticam in verbo, quæ fuit medium ad gloriam, quia si non fuisset verbo vnita, non fuisset tanta donata gloria. Non fuit tamen talis vnio meritum condigni ipsius prædestinationis, sed congrui duntaxat, sicut & merita omnium electorum. Cum enim Deus præordinat aliquem ad munus aliquod excellēs in ecclesia militate (sicut ordinauit virginē, vt foret mater verbi diuini, &c.) prædestinat & illū ad maiore

Christus fuit
prædestinatus
Rom. 1.

gloriam, quàm alios nonnullos: & id quidem congruum est, licet ea vocatio, aut munus illud prædestinationem non mereatur.

Quemadmodum igitur decretum fuit ab æterno Deo hanc naturam humanam vniri verbo, ita prædestinatum est verbum esse hominem, & hunc hominem esse verbum. Sed dubium est an ista prædestinatio necessariò præexistat humanæ naturæ lapsus, siue (vt alij dicunt) an Deus incarnatus fuisset, tamen homo non peccasset. Dubio procul huius quæstionis veritatem solus ille scire potest qui natus, & oblatu est, quia voluit: vnde variant doctores.

Nihilominus pars affirmatiua apparet verifimilior. Vnde Bernardus super illud Ionæ, Propter me orta est tempestas, exponens illud de filio Dei, ait, Lucifer præuidit rationem creaturam assumendam in vnitatem personæ filij Dei, vidit, & inuidit, vnde inuidia fuit causa casus diaboli, & mouens ipsum ad tentandum hominem, cuius felicitati inuidebat, vt per peccatum denudaretur natura humana vniri verbo. Ex quo patet Luciferum, intellexisse vnionem naturæ humanæ ad verbum nondum existente lapsu humanæ naturæ, &

putauit per peccatum primorum parentum incarnationem impediri. Huic subscribit Augustinus dicens, Propterea Deus factus est homo, vt totum hominem in se beatificaret, vt siue homo ingrederetur intus per intellectum, siue egrederetur extra per sensum, in creatore suo pasqua inueniret: pasqua intus

in co-

in cognitione diuinitatis, pasqua foris in carne Saluatoris, Hæc autem ratio stat circumscripto etiam hominis lapsu. Huc accedit Doctoris nostri ratio: Cùm enim prædestinatio omnium electorum præcedat naturam (saltem ex parte obiecti, cùm ex parte Dei non sit prius, aut posterius) præscientiam damnationis reproborum, ex distinct. 41. primi: multò magis prædestinatio animæ Christi præcedit eandem: quandoquidem omnis voluntas ordinatè volens, sicut prius vult finem, quàm vellet media ad finem, ita prius vult id quod est fini propinquius, quàm remotius. Igitur & Deus ipse sicut vult prius alicui gloriam, quàm gratiam, ita inter prædestinatos (quibus statuit gloriam conferre) prius vult gloriam illi, quem vult esse fini proximum: Et cùm anima Christi fini sit proximior, consequens est, eadem vellet gloriam quàm alteri animæ: Et cum prius velit omnibus electis gratiam, & gloriam, quàm præuideat reproborum peccata, & damnationem, igitur de primo ad vltimum prius vult animæ Christi gloriam, quàm præuideat Adami casurum: Ergo licet Adam non peccasset, nihilominus anima Christi suam gloriam fuisset consecuta, & ita verbum incarnatum, quia Christus, secundum hominem, prius fuit prædestinatus ad gloriam, quàm hominis lapsus præuideretur: Quæ vt facilius noueris obserua ordinem (iuxta Scoti mentem) in diuina præuisione. Primò enim Deus intellexit se sub ratione summi boni: Secundò omnes creaturas: Tertio prædestinauit aliquos ad gratiam, & gloriam, & circa alios tunc

Z

Christus incarnatus licet homo non peccasset.

Ionæ 1.

In lib. de anima, & spiritu.

Dist. 19. c. 52. huius 3.

nullum habuit actum. Quartò præuidit illos, & istos casuros in Adam. Quintò præordinavit, & præuidit remedium, quo redimerentur per passionem Filij sui: Et sic Christus, vt homo, sicut & omnes electi, prius prædestinatus est, quàm præuifus fuerit hominum lapsus, & prius quàm passio eius præuideretur: vt medicina cõtra hunc lapsum, sicut & medicus prius cupit hominis sanitatem, quàm ordinet medicinam ad huius curationem. Proferes fortasse aduersus hanc assertionem sacrae scripturae locos, qui planè incarnationis Christi rationem assignant, hominis lapsum, seu primi hominis peccatum, iuxta illud Matthæi: Venit Filius hominis saluum facere quod perierat: In quem locum Augustinus: Si homo non peccasset Filius hominis non venisset. Adde & illud Apostoli: Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, vbi Augustinus: Tolle vulnera, tolle morbos, & nulla est causa medicinae. Nulla aliam ob causam venit, nisi peccatores saluos facere. Similiter & Ioannes ita in eum sensum dicit: Sic Deus dilexit mundum, &c. Et Paulus: Vbi venit plenitudo temporis, &c. Respondetur quòd intelliguntur de aduentu in carnem passibilem: Sic enim non venisset, nisi ad redimendum hominem lapsum, aut loquuntur de facto, aut præsupposito hominis lapsu. Vel tertiò dicitur quòd magna, & præcipua causa aduentus Filij Dei in carnem, fuit redemptio hominis, sed non sola, sed multæ alia fuerunt causa, quas scriptura non negat. Non est verisimile tantum bonum (qualis est incarnatio

Matth. 18.

In tractat. de verb. Apostoli.

1. ad Tim 1.

Ioan. 3.

Ad Gal 4.

Christi) esse datum tantum occasionaliter, videlicet propter minus bonum, vt puta ad reparandum humanum genus. Nec est vero consonum Adam fuisse prius Christo prædestinatum, aut Christum propter Adæ peccatum fuisse prædestinatum, quod tamen inde subsequitur. Sed an fuerit prius præuifus illam naturam vniri verbo, vel donari summa gloria. Dico quòd istud postremum fuit prius præuifum. Nam ea quæ sunt priora in executione, sunt in intensione posteriora, modò prius natura vnita fuit verbo, quæ glorificata. i. prius quàm haberet gratiã, & gloriam.

DISTINCT. 8. Q. VNICA.

Vtrum in Christo sunt duæ filiationes?



Nam esse filiatione Christi ad Patrem, de qua Psalmista: Ego hodie genui te, Alteramque ad matrem, de qua Apostolus: Qui factus est ex semine David secundum carnem, natum ex muliere, satis ex sacrisconiici potest, easdemque esse reales, & distinctas ex ratione filiationis compertum est. Est autè filiatio habitudo producti naturaliter similis producentis in natura intellectuali: Quæ sanè definitio naturæ singulari competit, perinde ac supposito. Quocirca licet in Christo vnicum sit suppositum, nihilominus cum in eo duæ sint naturæ, nihil obstat quo minus sint & duæ filiationes. Nec illa filiatio, quam habet ad matrem est eadem suo fundamento, hoc est, ipsi humanitati Christi, quia potuisset hæc natura esse sine

Psal. 2.

Rom. 1.

Galat. 4.

Christus habet duas filiationes.

Quatuor conditiones requirite ad veram filiationem.

DISTINCT. 9. QV. VNICA.
hac relatione. Poterat enim immediatè à Deo
solo creari, aut ex alterius matris substantia pro-
generari

DISTINCT. 9. Q. VNICA.
*An Christo latria debeatur solum secundum
diuinam naturam?*



Ria hac in parte mihi videntur ex-
pendenda: Primum quid latria, Al-
terum qualiter, & quando Deo de-
beatur: Postremò an Christo solum
secundum diuinum naturam de-
beat. Et quidem latria est reuerentia summa
soli Deo, ratione summi boni, seu supremi dō-
minij actu interiori exhibita, quod quidem Deo
exhibetur, cum quis in corde Dei bonitatem, ve-
luti summam effert, & propriam bonitatem præ
Dei bonitate paruam ducit: Quinimò si quid in
se boni conspexerit hoc acceptum fert ipsi Deo,
& ab illo certo sibi persuadet omnia habere, iux-
ta illud Apostoli, Quid habes, &c. Hac est la-
tria ratio, perinde ac reuereri quempiam actu
interiori reuerentia quæ est communis ad latriam
yperduliam, & duliã, est bona propria parua
reputare respectu bonorum illius, quem reueremur,
cuius bona reputamus magna. Huic autem
interiori actui correspondent aliqui exteriores
actus, qui sunt signa, & argumenta illius interioris,
& hoc pro quacunque lege seu quouis homi-
num statu, vt sunt sacrificia, genuflexiones, vel
aliqui ritus alij, quibus fideles protestantur sum-

*Latria quod
sit.*

*1. Cor. 3.
Reuerentia
in comuni.*

LIBER TERTIVS. 179
mam hanc reuerentiam Deo esse exhibendam, &
summam in eo esse dominationem, & ipsos om-
nem illi obedientiam, ac subiectionem debere.
Ex istis autem actibus & interioribus, & exterioribus
frequentatis aggeneratur actus facilitans
ad consimiles actus, & cum tales actus sint ra-
tioni rectæ conformes is habitus virtus erit, non
theologa (cum non habeat pro obiecto propin-
quo & immediato bonum increatum, sed hono-
rem tali bono, id est, Deo exhibendum) sed est
moralis virtus, & continetur sub iustitia, qua su-
periori, quod suum est, reddatur. Ex quibus ma-
nifestum euadit latriam æquiuocè accipi. Primò
& præcipuè pro cultu, qui Deo actu interiori ra-
tione summi dominij vel summi boni exhibetur.
Secundò pro reuerentia exteriori actu Deo ex-
hibita. Tertio pro habitu ad hos actus inclinā-
te. Deinde quantum ad secundum, nempe qua-
liter, & quando latria Deo debeatur dubio pro-
cul, cum sit præceptum affirmatiuum, obligat
quidem semper, sed non pro semper, & reduci-
tur ad primum decalogi præceptum, videlicet: Nō
habebis Deos alienos coram me: Quod sanè non
est tantum negatiuum (sicut nec cætera præce-
pta negatiua) prohibens videlicet latriam seu a-
dorationem hanc alteri fieri quàm Deo: Sed &
affirmatiuum præcipiens honorem supremum
ipsi Deo, verè exhibendum, veluti summo do-
mino, quod Moses expressit, explicans illud pri-
mum præceptum, quod & Saluator citat: Domi-
num Deum tuum adorabis, & illi soli serues.
Rationabile sanè est intellectualem creaturam

*Latriæ acce-
ptiones.*

*Latria qua-
liter, & quā
doe exhiberi
debet*

*Deuter. 6.
Math. 4.*

obligari ad aliquando recognoscendum, & reuerendum summum dominum. Porro nullus potest perpetuo rationabiliter ab huius præcepti executione impediti, sicut contingere potest, ut aliquis nunquam teneatur ad executionem illius, Honora patrem & matrem, quando parentes illius mortui essent, priusquam ipse foret adultus, & constaret illi quod essent beati. Sed tenetur quoque adultus quandoque hunc Deo cultum exhibere: Sed quando ad id tenetur? Habenda est hac in re ratio diuersi status generis humani. Tempore Mosaiicæ legis determinabatur tempus in quo debebat hoc præceptum impleri, per tertium præceptum, videlicet Sabbata sanctifices, quod etiam fuit præceptum tempore legis naturæ, ut puta quod aliquo determinato tempore homo ab operibus seruilibus quiesceret, & vacaret diuinis: Et sic præcepti adimpletio non consistebat in otio illo, & intermissione operum seruilium duntaxat, sed maximè in sanctificatione sabbati, quæ fiebat exhibendo Deo cultum latriæ interiorem, & exteriorem. De quo vide Cano. Colonienf. super hoc tertio præcepto, & mora. Hieron. ab Angest. 8. cap. textu de circumstantiis temporis. Tempore autem legis Euangelicæ hic cultus exhibendus est Deo die Dominico (in quem translatum fuit sabbatum) Et hoc in oblatione sacrificij Eucharistiæ, quod quidem sacrificium sacerdos ipse pro se, & populo offerre debet, & etiam populus spiritualiter offert, qui tenetur illi adesse oblationi, & tenentur omnes fideles die Dominico integram audire Missam,

Quod si legitime quispiam impeditus non possit assistere sacro, seu interesse tali oblationi, & missam audire, tenetur nihilominus eo die æquiualens Deo præstare, ut puta domi, vel alibi se ad Deum conuertere, eliciendo actus harum virtutum fidei, spei & charitatis, recognoscendo propriam miseriam, Dei excellentiam, id est, beneficia ab eo suscepta, & eidem gratias agere corde, ac recitando Psalmos, &c. aut saltem orationem Dominicam, salutationem Angelicam, &c. Vide Cano Colonienf. Debet enim eo die saltem aliquem actum habere in Deum relatum, & ad eius reuerentiam. Postremò cum quæritur an latria Christo debeatur solum secundum naturam diuinam. Si dictio exclusiua, solum, cathogoricè, & simpliciter accipiat, latria Christo solum d. betur secundum naturam diuinam, hoc est, natura diuina Christi sola sufficiens est ratio, qua illi summus honor sit exhibendus, sine Christus consideratus solum secundum diuinam naturam debet latria coli. Si autem particula, solum, synchegorematicè, id est, consignificatiuè capiatur, tunc denotat exclusionem naturæ humanæ ab hac adoratione: Et hoc bifariam intelligi potest. Primò quod excludat naturam humanam à termino huius adorationis, ut significet Christum habentem naturam humanam seu Christum, si cōsideretur Deus, & homo non posse adorari latria, & is sensus est falsus: Ait enim Damascenus: Vnus est igitur Christ⁹ Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus

*De cōsecrat.
Dist. 1. Can.
Missæ.*

*Latria quo-
modo Chri-
sto debetur.*

Lib. 3. c. 8.

cum Patre, & Spiritu sancto vna adoratione cum incontaminabili carne eius non inadorabilem eius carnem dicentes, adoratur enim in vna verbi hypostasi, id est, supposito. Hic tamen accipienda est præpositio (cum) associatiue, non autem copulatiue, vt sit sensus: Adoramus verbum cum carne, id est, verbum habens vnitam sibi carnem: vnam autem adoramus carnem, vt caro est consideratam, & non vt vnita est diuinitati, deinceps ponit exemplum Damasceni dicentis: Timeo lignum tangere, propter ligno immixtum ignem, sic timeo Christi humanitatem, propterea quod diuinitati sit vnita. Sic ergo non debet excludi à termino adorationis caro, licet ipsa non sit ratio adorandi. Exemplum sume à Rege, & purpura, qui est absque purpura propter se fit venerandus, nihilominus indutum purpura eum honoramus, & Regem & eius purpuram simul. Non autem dicimus purpuram esse huius honoris causam, sic nec Christi humanitas est causa latriæ, quæ Christo exhibetur. Item si deferam alicui ob eius virtutes, ac eminentem sapientiam ac doctrinam (quæ sunt in anima) non ipsi parti, animæ videlicet, duntaxat defero, sed toti homini non secludendo corpus. Et cum homini caput aperio, non eius caput, in quo vigent omnes sensus tantum honoro, sed & omnes alias partes. Si autem intelligatur particula illa, solum, excludere naturam humanam à ratione adorationis latriæ, tunc is intellectus est verus, quia sola diuina natura est ratio, & causa quare latria Christo exhibetur, quia ipsa est causa summi dominij quod

est in Christo, & non humanitas, perinde ac nec corpus est causa honorandi studiosum, sed anima, & virtutes quæ sunt in ea. Quod si obiicias, beneficium redemptionis non est minus beneficio creationis (Empti enim estis, &c.) Gregorius, nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset. Item per beneficium redemptionis confertur nobis donum gratiæ & gloriæ, per creationem bonum naturæ duntaxat. Sed latria Deo debetur ratione creationis, patet quia per illam habet supremum dominium. Nam vt ait Augustinus, non fuit dominus nisi ex tempore, sicut creatura fuit serua, ergo equè competit ipsi Christo ratione redemptionis latria, sicut cõpetit ipsi Deo ratione creationis. Respondetur, duplex potest assignari ratio latriæ, prima intrinseca bonitas sola ipsius Dei, & cum hæc sit vnica, quot quot beneficia Deus creaturæ conferat non sunt propterea plures rationes adorandi Deum, & hoc modo argumentum nihil probat, quia natura illa in qua Christus exercuit opera redemptionis non habet infinitam bonitatem, quamuis per illam maximum nobis fuerit collatum beneficium, quare nec latria illi, debetur. Altera latriæ ratio assignari potest non solum bonitas ipsius Dei intrinseca, sed ipsa vt communicas se ipsi adoranti conferens illi maximum bonum liberaliter propter se, non propter retributionem, quam speret à creatura, quia bonorum nostrorum non indiget, Domini est terra &c. Et hoc pacto verum est quod latria debetur non tantum ob creationem, sed etiam ob redemptionem, scilicet ei qui principaliter nos redemit effectiue. Christus

1. Cor. 6.

Lib. 5. de
Trinit. cap.
ultimo.Latria du-
plex ratio.

autem etsi fuerit redemptor non tamen per naturam humanam effecit principaliter redemptionem, sed tota trinitas (cui quidem idcirco latria debetur) Christus vero ut homo tantum meritorie nos redemit. Quare propterea non illi latria debetur, cum non principaliter, sed secundario ab eo hoc habeamus bonum. Sed quæres, quæ igitur adoratio debetur Christo, quatenus est homo? Videtur enim quoddam debetur illi maior hyperdulia. Nam etsi nos non redemisset, nec fuisset Ecclesie caput, ut homo influens in omnes fideles. De cuius plenitudine &c. Nihilominus debuissimus illi hyperduliam propter perfectiones suæ humanitatis, quæ fuit plena gratia, plenum gratiæ, & veritatis, in quo sunt omnes thesauri &c. Item in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo postquam nos redemit debemus illi maiorem honorem, & non est alius maior, nisi latria: Igitur latria illi debebitur. Responderetur duas posse dari causas hyperduliæ, sicut & latriæ. Prima intrinseca bonitas, humanitas Christi sola & sic non debetur Christo homini alia vel maior adoratio, ex eo quod fuerit redemptor, quam si nos non redemisset. Altera causa hyperduliæ assignari potest non bonitas & perfectio Christi hominis absolute, sed ut per ipsam veluti per causam secundam, seu meritorie communicatur homini maximum bonum: Et hoc modo ipsi Christo homini adoratio debetur, propterea quod nos redemerit, sed non maior ea quæ debetur illi ob suas perfectiones absolute, sed eadem duplici ratione ei debetur, nempe quia plenus gratiæ

Christo homini quæ debetur adoratio:

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Colo. 2.

primò, & deinde quia redemptor: Sicut & latria iuxta secundam opinionem duplici causa Deo debetur, & quia creator, & quia redemptor. Quauis enim ad maius summè nullus obligari possit, nihil osecius ad idem multipliciter oblegari valet, ut constat de religioso, qui dum inijatur sacris obligat se propterea ad castitatem seruandam, licet antea obligatus esset. Consimiliter cum plura ieiunia eadem concurrunt die, ut ieiunium quadragesimale, & quatuor temporum, ac vigilia alicuius sancti, nullus propterea obligatur nisi ad ieiunium illius diei, sed ad id triplici obligatione adstringitur.

DISTINC. IO. QV. VNICA.

Estne Christus Filius Dei adoptiuus?




Translatum est adoptionis vocabulum à Iuristis, ut adoptiuus filius is dicatur, qui non est naturaliter ab adoptante genitus, nec ex naturali generatione habet ius, ut succedat in hæreditate, sed ex mera gratia præordinatur, ut succedat in hæreditate. Ex tribus tria colliguntur, quæ in adoptione concurrunt, videlicet extraneitas generis, gratuita adoptantis voluntas, & bonum seu hæreditas ad quam ex adoptione habet ius succedendi. Constat autem hæc Christo nullatenus secundum diuinam naturam competere: cum sit ipse hoc modo naturalis Dei patris filius, & hæres hæreditatis æternæ, secundum etiã hu-

Christus non est adoptiuus.

manā naturam non ei cōueniunt vsquequaque, propterea quòd nunquam fuerit ab hāreditate extraneus, qui semper fuit innocens, & in gratia: Et quanuis istud virgini, & bonis Angelis concessum fuerit, non tamen perinde ac ipsi Christo, cuius sacratissima humanitas, tametsi ex sese iure huius hēreditatis caruerit, tamen à principio suā conceptionis habuit, ex vi vnionis sui ad verbum dispositionem concomitantem generationem sui, quā de congruo disponebat eam sic vt non possēt Deus potentia ordinata non dare ei summam gratiam: Et hęc gratia cū esset consummata, reddebat ipsum hāredem vitæ aternæ. Quocirca non est dicendus filius adoptiuus. Quòd si dixeris Christum fuisse prædestinatum (iuxta communem versionem) & proinde esse filium adoptiuum. Respondetur latam esse differētiā inter prædestinationem & adoptionem, siquidem Prædestinatio est aternā Dei electio: Adoptio autem est nouæ gratiæ collatio. Tunc enim quispiam à Deo adoptatur, cū ei gratia re ipsa conferatur, & non antea. Quocirca non sequitur Deus quempiā prædestinat, ergo ipsum adoptat: Sed adiiciendum est quòd tali prædestinato, vt quandoque extraneo gratia conferatur.

DISTIN. II. QV. 1. 2. & 3.

Vtrum Christus sit creatura, & inceperit esse?

 Rari si propriè accipiatur duo denotat: Primo importat id quod creatur produci immediatè & omnino, id est, absque concursu secundæ causæ à primo efficiente Deo. Secundò

quòd nihil prorsus ipsius creati præfuerit, & planè hoc pacto Christus (etiam secundum humanam naturam) non est creatura, quia nec à solo Deo eius humanitas est formata, sed concurrente matre: Materia quoque sui corporis præextiterat in virgine. Creari præterea generalius accipitur, vt illud dicatur creati, quòd à prima causa videlicet Deo producit, etiam concurrente secunda causa, ac etiam præsupposito susceptiuo: Et hoc modo omne ens aliud à Deo, præter Christum, dicitur creatura per respectum, quem habet ad Deū, non per respectum ad causam secundā, quia accipiunt esse sui, & rimum post non esse, siue nihil esse eorum præfuerit, vt in Angelis, siue susceptiuū præfuerit, vt in entibus naturalibus. Esse verò primum alicuius duplex intelligi potest, vt esse totale, vel esse partiale, seu esse primæ partis. Neutro autem modo Christus incepit primum esse, quia non est in eo aliquod esse totale resultans ex illis duabus naturis, quia permanent inconfusa, nec esse primæ partis illius, quæ est natura diuina, seu esse verbi incepit: quare nec hoc modo dicitur creatura. Quòd si rursus inquiras vtrum Christus in quantum homo, sit creatura: nõ fanè. Nam inde sequeretur ipsum simpliciter esse creaturam, quia quod enuntiat de supposito cum reduplicatiōe, enuntiat de eodem simpliciter: vt si homo in quantum rationalis, sit risibilis, homo simpliciter est risibilis, vt patet per exponentes. Quares postremò an Christus incepit esse: hic distinctione opus est, vtrum intelligatur de natura diuina, vel humana. Nam quā-

Pro 2. qu.

Christus in quantum homo, non est creatura.

Pro 3. quæst.

Ioan. 8.

tum ad naturam diuinam non incepit esse iuxta illud Ioannis : Antequam Abraham fieret ego sum . & Damasenus de eodem ait: Homo ille fuit in principio, ergo non incepit esse. Secundum verò humanam naturam incepit esse, iuxta illud Apostoli: Qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem. & illud eiusdem: Vbi venit plenitudo temporis &c.

Rom. 2.

Galat. 4.

DISTINC. 12. QV. VNICA.

*Utrum Christus peccare potuerit?**Christus peccare non potuit.*

Ic tradendum foret quomodo beati peccare non possunt: sed id habes discussum Refol. Distinct. 49. questione 6. quarti. Deinde quomodo Christus cum esset viator fuerit impeccabilis, quemadmodum & beati. Ad quod dicitur, quòd Christus à primo instanti vnionis naturæ humanæ cum Deo, fuit beatus, clarè Deum videns, & eodem fruens, quæ quidem beatitudo reddidit eum impeccabilem. Nā fieri nequit, vt quispiam sit perfectè hoc modo Deo coniunctus; & nihilominus per peccatum ab illo formaliter (per transgressionē præceptorum primæ tabulæ) aut virtualiter (per transgressionem præceptorum secundæ tabulæ) auertatur, quia peccatum, & gloria ex natura Dei repugnāt. Nihilomin⁹ etsi beatus esset mereri, potuit & hoc dispensatiuè, hoc est Deo patrem id illi concedēte, quod beatis in cælo existentibus non est cō-

cessum, vt nouo mereri possint merito, licet merito antiquo suis precibus, non quidem sibi, sed nobis mereantur. Aduerte etiam quòd Christus potest peccare potentia remota, non tamen propinqua, & intelligo sic, quòd ex quo Christus secundum naturam humanam habuit vsum leberi arbitrij, secundum ipsum absolutè sumptum habuit potentiam peccandi, sicut & alij homines. Accipiendo verò liberum arbitrium, vt perfectè vnitū fini per actum beatificum nullo modo potest peccare, nec in potentia remota, nec in propinqua, stante scilicet tali beatitudine.

DISTINC. 13. QV. 1. & 2.

Fuitne Christo summa collata gratia?

Receptum est à Dialecticis superlatiuum bifariam accipi, affirmatiuè videlicet, & negatiuè: proinde si primo modo accipiatur, nō potuit De⁹ summam animæ Christi gratiā (que possit esse) conferre, cum illi equalem creare possit & alteri naturæ intellectuali, quam etiam assumere posset, infundere potentia sua absoluta, ordinata tamen non posset, quia tunc fidelium duo ex æquo esset capita, à quibus fieret in membra gratiarum influentia, & bonorum, contra leges iam positas à diuina sapientia, & nobis explicatas ab Apostolo: Proposuit &c. Si autè negatiuè exponatur superlatiuus, summā gratiā potuit De⁹ ipse animæ Christi cōferre, quia cum hæc natura

*Ephes. 1.
Christo gratia summa collata potuit.*

ad summam assumi vnionem potuerit, quantum ad esse potuit, & quantum ad operari, quod non præstatur nisi summa mediante gratia. Quòd autem re ipsa ita factum fuerit patet ex Magistro sententiarum liberè asseuerante Deum tantum gratiam contulisse illi animè, quantum potuit. Potuit autem ex prædictis summam conferre, ergo eam contulit, quia non ad mensuram fuit illi datus spiritus, nec fuit in eo duntaxat gratiæ plenitudo quantum ad sufficientiam, sicut in beato Sephano: Stephanus autem plenus gratia, nec quantum ad prærogatiuam, sicut in beata virgine: Ave gratia plena: sed quantum ad superabundantiam, & redundantiam in membra eius. De plenitudine enim eius omnes accepimus. Vnde ipsa gratia personæ singularis, qua illa anima efficiebatur Deiformis dicitur gratia capitis, quia sicut è capite in quo vigent omnes sensus est influxus in cætera membra, sic gratia illius animæ meritoria redundat in omnes fideles, quibus gratiâ reconciliationis promeruit: vnde & Scotus, in commendandò, inquit, Christum malo excedere, quàm à laude ei debita deficere, si propter ignorantiam in alterum incidere oporteat. Cui subscribit Augustinus dicens, Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis fecisse, quàm non fecisse: Atqui melius apparet secundum rectam rationem summam alicui gratiâ esse collatam, quàm non collatam, cū in hoc sūma Dei misericordia manifestetur, conferendo videlicet sine meritis summum gratiæ bonum. Igitur verisimile est hoc factum esse, & potius

Ioan. i.

Act. 6.

Luc. i.

Ioan. i.

Lib. 3. de
lib. arb.

potius circa Christum, quàm quenuis alium, cum esset vnigenitus Dei patris. Vnde apud Ioannem, Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre, hoc est qualem decet vnigenitum; Illa autem est summa possibilis, ergo talis illi collata fuit.

DISTINCT. 13. Q. 3. & 4.

An Christi anima summè Deo frui (quantum natura est possibile) possit ?



VOLUNTATEM Christi habere summam fruitionem bifariam intelligi potest, patet primò formaliter, vt puta, quòd summa fruitio insit illi, à quocunque agente producat, & hoc pacto potest summè frui, quia cum fruitio sit accidens ipsi voluntati conueniens, & ad nullum eius gradum determinetur, voluntas poterit summam recipere fruitionem, si ipsi ab ipso Deo infundatur. Secunda quæstio intelligi potest effectiuè, hoc est quòd ipsa voluntas summam eliciat fruitionem, & sic non est verum, quia voluntas angelica est perfectior naturaliter. Quòcirca intentiorem actum ex cæteris pluribus elicere valet. Nam tamen si voluntati Christi summa fuerit collata gratia, per quam perfectius effectum produceret, tamen si Angelicæ voluntati æqualis collata esset gratia, posset profectò perfectiorem adhuc effectum agere. Veruntamen re ipsa, & de facto Christi voluntas nunc excellentissimè præ omnibus aliis

Christi voluntas summè Deo fruatur.

creaturis diuino verbo fruitur vtroque modo, & formaliter videlicet, & elicitiuè, quia licet non sit adeò perfecta veluti Angelica voluntas, nihilominus cōcurrente summa gratia (qua est donata) perfectiorem elicere valet fruitionem quam Angelus, cum maiori gratia. Siquidem gratiæ excellentia Angeli virtutem, & efficaciam excedit. Sed an sine gratia id posset? Haud dubiè posset quidem absque gratia summam recipere fruitionem à Deo immixtam, quia gratia respectu fruitionis sese habet, vt causa efficiens modò quidquid potest Deus cum causa secunda, potest se solo, & posset etiam eam elicere, modò Deus suppleret vices, & coefficientiam ipsius gratiæ, sicut potest supplere cōcursum cuiuscūque causæ secundæ, permittendo, vt altera causa naturalis agat secundum suam virtutem, perinde ac in formatione corporis Christi, virgine agente sua naturali fecunditate vicem patris, & cooperationem sua adumbratione suppleuit. Hæc tamen accipienda sunt de potentia Dei absoluta, qua secundum ordinatam eius potentiam, & leges ab eo præscriptas nequit Christi voluntas formaliter, aut effectiue absque summa gratia summe Deo frui.

DISTIN. 14. QVÆST. I.

An intellectus animæ Christi absque medio quocumque possit summam Dei visionem habere?

Pro 4. quæ.

Christus absque gratia frui posset.



Vemadmodum ex prima resolutione præcedentis distinctionis voluntas animæ Christi summa potuit donari gratia, pari ratione, & eius intellectus summa verbi diuini visione, quia talis visio est accidens intellectui conueniens, & ad nullum eius gradum determinatur, quomobrem summum recipere valebit. Et ita esse ipsa siue de facto est verisimile, quod etiam ex illo Ioannis, Plenum gratiæ & veritatis, elici potest: Nam quid est Christum plenum esse veritate (quæ est in intellectu) quam ipsum summam primæ veritatis (quæ est Deus ipse) cognitionem, & visionem habere? Huc accedit Isidorus, dicens Trinitas, seu deitas, sibi soli nota est homini assumpto, quod intelligi nequit, nisi de visione summa, & notitia perfectissima creaturæ possibili. Siquidem imperfectiorem Dei notitiam bene habent Angeli, & alij beati spiritus: Deinde summam hanc visionem absque lumine gloriæ, aut alio supernaturali habitu immediatè, & recipere, & elicere absolutè potest, licet non negemus de facto, & potentia ordinata lumen gloriæ prius natura illi inesse. Hoc patet, quia intellectus est susceptiuum capax talis visionis, & eiusdem (concurrente voluntatè diuina) elicitiuus. Nam quod in visione naturali lumen requiratur ad collustrandum obiectum, hoc prouenit ex obiecti imperfectione, quod de se non est luminosum, Ideo indiget lumine extrinseco: At essentia diuina est summa lux, & per se in-

Christi intellectus perfectissime Deum videt.

Ioan. 1. c.

Lib. 1. de sum. bo. c. 3.

Christi intellectus immediatè verbū videre pot. st.

DISTIN. 14. QVÆSTIO 2.
telligibilis. Igitur primò, & immediatè intel-
ligi valet.

DISTINCT. 14. QVÆSTIO 2.
*Utrum anima Christi videat in verbo omnia,
quæ ipsum verbum videt.*

Describenda venit hac in re duplex
notitia, actualis videlicet, & habitua-
lis: Et quidem quantum ad primam,
asserere possumus, animam Christi
intellectualiter omnia videre, quæ verbum vi-
det: Vnde Augustinus, Fortassis non erunt ibi
cogitationes volubiles, ab aliis ad alia euntes, &
redeuntes, sed omnem nostram scientiam vno
simul conspectu videbimus, quod etsi dubium
sit de beatis, tamen de anima Christi est verifi-
mile quòd non habet succedentes sibi cogita-
tiones, sed cuncta actu videt. Damascenus quo-
que asserit Christi animam habuisse præscien-
tiam futurorum. Hæc autem bifariam poni
potest, vno modo, quòd anima Christi vnica vi-
sione diuinam videat essentiam, tanquam ob-
iectum primarium, & omnia quæ in ea relucent
veluti secundaria obiecta. Nec propterea esset
hæc visio infinita (sicut visio intellectus diuini)
quia non esset comprehensiuæ diuinæ essentiæ,
nec necessariò obiecta secundaria videret, sed
contingenter duntaxat, quæ tamen duo diuinæ
comperit visioni, nèpe essentiam comprehen-
dere, & omnia alia obiecta secundaria necessa-
riò intruere. Secundò dici potest, quòd pluribus

*Christi ani-
ma videt om-
nia in verbo.*

*Lib. 15. de
trim. cap. 16.*

*De hoc vide-
latus in Ma-
gistro.*

Lib. 3. c. 20.

LIBER TERTIVS. 187
visionibus obiecta secundaria videat, tot vide-
licet, quot sunt obiecta, sed prior modus est
conuenientior: Et nedum omnem visionem in
se recipit, sed etiam eam aut eas (si ponamus
plures visiones) minus principaliter compro-
ducit. Nec ex hoc arguitur esse infinitæ virtu-
tis, cum horum non sit agens principale. Et is
modus cum magis faueat Christi perfectioni-
bus, conuenientior est, licet plerique Theolo-
gorum non subscribant, & ipse Scotus alium
adiiciat dicens, quòd possit omnia habitualiter
videre, non quidem per habitum omnium re-
præsentatiuum, sed quia quemadmodum ha-
bens speciem intelligibilem potest cum volue-
rit ea considerare, quæ intelligibilis species re-
præsentat, sic Christi anima videndo verbum
diuinum, potest sigillatim cuncta in eodem re-
lucentia cognoscere, vnumquodque seorsum.
Et si dixeris Christum hac ratione non excede-
re alios beatos, cum possint ipsi ea, quæ in ver-
bo relucent seorsum, non simul intueri: Dico
quòd verbū cuiuslibet obiecto determinata ob-
iecta repræsentat, quæ sola beatus velle videre
potest, nõ alia, sed animæ Christi omnia repræ-
sentat: quocirca potest ipsa successiuè omnia
velle videre. Quòd si aduersus prædicta obiicias
hanc animam sic posse Angelos illuminare, cū
tamen dicat Dionysius quòd illuminationes
bonorum Angelorum fiunt ordinatè, sic quòd
superiores prius illuminantur, & deinde infe-
riores: Respondetur, communiter ita fieri, vt
dictum est in secunda resolutione distinct. Ni-

*Christi ani-
ma Angelos
illuminare
potest.
De ange-
hierar.*

hilominus illæ resolutiones sunt quidem ordinatæ non secundum naturarum ordinem, sed gratiarû. Quocirca Christi anima primò illuminari poterit, & per eam Angeli: Nec hoc inconuenit, quia in patria beatorum animæ eundē loquendi modum habebunt, quem angeli, dicere Christo, Quòd erunt sicut Angeli Dei in cælo. Quamobrem si alicui animæ quoddam diuinū secretum prius fuerit reuelatum, poterit ipsa deinde Angelos huius veritatis certiores facere, sicut Angelus fecisset, si prius id cognouisset. Nec id inconuenit, cum dicat Apostolus Angelos multa cognouisse concernentia mysterium reparationis humanæ per ipsam, Ecclesiam (Ait enim, Mihi omnium sanctorum minimo &c.) multò igitur magis illuminari possunt à Christi anima. Quod & Apostolus insinuare videtur dicens de Christo, quòd ascendit super omnes cælos, id est supra omnes choros Angelorum, vt adimpleret omnia, hoc est perficeret, & illuminaret. Siquidem omnes intellectuales creature ab ipso Christo influentiam recipiunt, & illuminationem.

DISTINCTIO. 14. QVÆST. 3.

Virum anima Christi nouerit omnia in genere proprio?

Notitiam esse duplicem satis superque constat, abstractiuam nempe, & intuitiuam, quarum utraque in Christo esse potuit, cum neutra cognitioni in verbo repugnet. Et

quidem abstractiua notitia nouit anima Christi in genere proprio omnes creaturas: Ipsi enim ab instanti suæ cōceptionis fuerunt à Deo impressæ species intelligibiles, nedum quidditatum, sed & singularium. Notitia autem intuitiua (quæ est de obiecto existenti, quatenus presens est) non nouit omnia in genere proprio, licet in verbo quidem iauituiuè omnia videret, quia multa obiecta, vt præterita, & futura nec fuerunt, nec esse potuerunt illius præsentia intellectui, secundum eorum propriam, & actualem existentiam. Quocirca rerum agnitione hoc modo proficere potuit, vt habet Lucas, Puer Iesus crescebat ætate, & sapientia coram Deo, & hominibus: Quod dubio procul de intuitiua seu experimentalis rerum in genere proprio cognitione (quæ cognitorum præsentiam, & existentiam requirit) intelligitur. Hoc etiam pacto asserit Apostolus, quòd didicit ex his quæ passus est obedientiam, profecit itaque, ea quæ vno modo cognoscebat, per alium modum cognoscendo. Quantum etiam ad notitiam abstractiuam, quòd aliquorum duntaxat obiectorum fuerint illi infusæ species, sicut ipsi Deo visum fuit, non autem omnium: Quamobrem & in horum, quorum non habebat species proficere potuit. Si autem exquiras an Christi anima omnia perfectissimè in genere proprio viderit: hoc sanè de cognitione actuali, seu habituali intelligi potest. Habituali

Aa iiij

Christi anima in genere proprio omnia perfectissime nouit.

Luc. 2. 52.

Hebr. 5.

Pro 4. quæst. eiusdem dist.

Matth. 22.

Ephes. 3.

Ephes. 4.

quidem notitia cuncta perfectissimè cognouit. Nam sicut summa gratia creaturæ possibilis, huic animæ est collata, ita & perfectissimè species intelligibiles, quibus perfectissimè cognitione abstractiua res cognoscit. Adde quòd & illæ species immixtæ erant à Deo, quæ tantò perfectius res ipsas repræsentabant, quantò immediatè, & omnino ab ipso Deo productæ erant. Quàdo enim Deus quidpiam immediatè agit, perfectius id est, quàm si ageretur mediante causa secunda. Actuali autem notitia, & intuitiua, cæteris paribus, nequit perfectissimè cuncta cognoscere, cum intellectus angelicus sit perfectior, & ex consequenti perfectiorem effectum, & notitiam intuitiuam producere valeat: Reipsa tamen, & de facto hoc quoque modo perfectius quàm Angeli cognouit intuitiue cuncta in verbo, sicut & perfectius videt verbum.

DISTIN. 15. QVAEST. VNICA.
 Vtrum in anima Christi secundum portionem
 superiorem fuerit verus dolor?

Dolor, &
 tristitia dis-
 ferunt.



hic primò obseruandum est quòd dolor (si propriè accipiatur) est offensio animæ ex carne, & secundum partem sensitiuam: Tristitia verò inest animæ secundum se, & primò secundum partem intellectuam, vt colligitur ex Augustino. Hæ autem passionēs, & eis oppositæ (quæ sunt delectatio, & gaudium) sunt in potentia appeti-

Lib. 14. de
 ciuit. Dei
 cap. 15.

Lib. 31. c. 22.

tiua, & non in cognitiua, vt patet ex Damasceno asserente animalem passionem esse motum appetitiuæ virtutis sensibilis seu perceptibilis in imaginatione, seu sensatione boni, & mali. Bonum enim, & malum, quod est conueniens, vel discōueniens animali est causa huius passionis. Insuper virtutes morales primum in appetitu, potissimum propter delectationes & tristitias vitandas, igitur huiusmodi passionēs sunt in eadem parte. Et quemadmodum dolor est in appetitu sensitiuo, sic tristitia in appetitu intellectuali, qui est voluntas ipsa, differenter tamen produciuntur hæ passionēs ab obiectis, Nam secundum Damascenum loco citato appetitus sensitiuus ducitur ab obiecto, & non ducit, non autem voluntas, quæ est libera, sed ducit sensum. Nam licet quidpiam suapte natura sit ei conueniens (vt vltimus finis) fit tamen vltimatè conueniens eidem per actū ipsius voluntatis acceptantis, & complacentis sibi in illo) Et ex hoc subsequitur gaudium in ipsa voluntate, vel tristitia, quando respicit aliquod obiectum, seu quidpiam quod nihilominus illi accidit. Non est autem hæc passio effectiua ab ipsa voluntate, quia tunc esset immediatè ab ipsa voluntate, sed ab ipso obiecto: Nec ex hoc sequitur ipsum obiectum necessariò passionem imprimere ipsi voluntati: Nam hoc repugnat eius libertati: Sed est quidem inter ipsum, & obiectum aliqua necessitas consequentiæ, quia si voluntas nolit aliquod obiectum, & illud eueniat necessariò, genera-

Passiones nō
 causantur à
 voluntate.

bitur in ipsa tristitia. Immediatè tamen subest voluntati non respuere illud obiectum, & mediante hoc non tristari ob istud obiectum, licet eueniat, quia non erit tunc (cùm non respuatur) tristitiæ materia. Exemplum desume ab homine nobili, & libero volente tenere villam seruitute oneratam, in cuius potestate non est immediatè non seruire, sed in eius potestate immediatè est non tenere terram illam, & mediante hoc non teneri ad seruitutem. Præter autem hunc frustrandi modum qui & potior est & manifestior, quando videlicet obiectum disconueniens voluntari per actum eius respuentis eam contristat, sunt alij tres modi, quibus cuiusdam tristitia accidere potest. Primus, quando obiectum suapte natura disconueniens est, licet voluntas ipsum liberè non respuat. Secundus quando obiectum naturaliter est disconueniens appetitui sensitiuo. Tertius quando subiectum respuitur à voluntate conditionaliter: cùm videlicet quis quantū est ex se quidpiam respuit, quod tamen in aliquo casu vult. Exemplū de mercatore patiente naufragium, & proiciente merces in mare, quas non proiiceret si naufragium effugere posset: Et sic quadrifariam tristitia alicui accidere potest. Quemadmodum autem in anima Christi fuerit verus dolor, & secundum quam potētiam, ac de quo obiecto, obseruandum est quòd in parte sensitua Christi verus extitit dolor. Nam obiectum approximatū tactui & appetitui sensitiuo erat disconueniens

*Tristitia
quot modis
capitur.*

*Dolor fuit
in Christo.*

illi sensui, & ille sensus erat perfectæ perceptionis. Quia secundum proportionem bonæ dispositionis corporis, est dispositio ipsius tactus, & illud corpus fuit optimè complexionatum, sicut anima illius corporis erat perfectissima: Et nedum quantum ad appetitum sensitiuum, sed etiam quantum ad intellectiuum Christus passus est, & doluit: Quia licet dolor excellens in parte sensitua natus sit impedire vsum rationis, quemadmodum & 83. q. 9. 36. vehemens delectatio secundum Augustinum, in Christo nec ratio, nec voluntas fuerunt absorpta à dolore appetitus sensitui. Ideo intellectus ostendebat illum dolorem voluntati, & illa condoluit, eò quòd naturaliter inclinaretur ad oppositum seu commodum, & salutem ipsius personæ. Deinde quia voluntas necessariò colligatur appetitui sensitiuo, propter quam colligantiam dolet dolente appetitu sensitiuo. Quantum autem attinet ad tristitiam quæ fuit in Christo supposita diuisione illa qua primum portio in superiorem, & inferiorem diuiditur, & portio superior deinde bifariam accipitur, vt puta strictè cum respicit sola æterna, & generaliter, vt respicit etiam temporalia, referendo tamen ea ad æterna, vt dictum est in 1. resolut. 2. Dicendum est superiorè portionè strictè acceptā nō potuisse tristari debite, quia hoc fieri nequit, cùm ipsa habeat Deum pro obiecto, nisi dicendo Deum secundum se, vel in suis effectibus. Accipiendo verò portionem superiorem fusiùs, tristatur primū de pec-

*Lib. 2. de
anima.*

*Tristitia
fuit in Christi.*

cato infidelitatis discipulorum, deinde ob incredulitatem, & crudelitatem Iudæorum persequentium ipsum, &c. Tristabatur etiam de sua passione hæc portio superior, primùm vt natura naturaliter eam respiciens, tanquam sue personæ disconuenientem, deinde vt libera conditionaliter eam respuens, si videlicet aliter satisfieri posset beneplacito diuino in omnibus propter quæ debebat pati: & hoc vltimum astringitur ex Augustino dicente quauis iustus sit paratus æquo animo ferre quidquid aduersitatis acciderit, mauult tamen vt non accidat, & si potest facit, atque paratus in vtrunque est, vt quantum in ipso est alterum optet, alterum vitet. Et si quod vitat incurrit ideo volens ferat, quia fieri non potuit quod volebat (supple quantum in ipso erat) His subscribit Philosophus mors & vulnera tristitia forti & volenti erunt, sustinet hæc omnia, quoniam bonum est ea ferre, vel quoniam turpe non ea sustinere, & quanto vtique magis habeat virtutem omnem, & felicius sit, magis in morte tristior erit, quod non esset, nisi quia quantum in ipso est vult oppositum. Ipsa autem superior portio, vt libera, & habens actum absolutum circa ipsam passionem, minimè tristabatur, quinimo simpliciter & absolutè eam volebat: vnde dicebat ipse Saluator, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. & apud Ioannem, Propterea me elegit pater, &c. sumendi eam, &c. & apud prophetam, Oblatus est, quia ipse voluit. De portione quoque inferiori consimiliter dicendum, iuxta sanio-

Portio superior tristabatur.

Lib. 13. de trinit. cap. 7.

Lib. 3. Ethic. cap. 11.

Ioan. 10.

rem opinionem, quòd eisdem modis tristabatur ob passionem, quibus & portio superior, primùm vt natura, & vt coniuncta appetitui sensitiuo patienti: Deinde vt libera, respuens passionem ipsam conditionaliter, absolutè verò eam acceptabat, sicut & portio superior. Vnde Augustinus exponit illud Psalmi 85. Repleta est malis anima mea, de tristitiis siue pœnis, quæ erant in anima Christi, secundum vtramque portionem, his modis, quibus explicatum fuit. Si aduersus prædicta obicias gaudium, & tristitiam esse contraria, & propterea non posse esse in eodem, potissimum cum Christi gaudium ex fruitione esset summum: Respondetur gaudium & tristitiam non esse opposita, nisi fuerint eiusdem obiecti, perinde ac nec scientia, & ignorantia. Potest enim quispiam scire Dialecticam, & ignorare Philosophiam. Christus verò gaudebat & de fruitione diuina, & de sua passione, vt ordinata à patre in salutem generis humani. Tristabatur verò de eadè vt nudè absque aliquibus ostensa circūstantiis, quomodo inferior portio eam nolebat absolutè, & sic tristabatur aliquo modo, quo nō tristabatur superior. Proferes illud, nō corristabit iustū quidquid illi acciderit, ergo nec Christū: Respondetur sapientiam loqui de tristitia, quæ mentis euertit statū, & rectū rationis iudicium, qualis non fuit in Christo. Vnde illud Ioannis, Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.

Portio inferior tristata in Christi morte.

Proverb. 12.

Ioann. 11.

DISTIN. 16. QVÆSTIO I.
DISTINCT. 16. QVÆST. I.
An Christo mori necesse fuerit?

*Christus ne-
cessario mor-
tuitus.*

SI spectes modum, quo diuinum verbum humanam assumpsit naturam, facile deprehendes, Christum necessario & passioni, & morti fuisse obnoxium: Si quidem in primo instanti naturæ verbum ipsum assumpsit naturam humanam in vnitatem suppositi: In secundo instanti naturæ, anima eius fuit perfectè beata. In tertio, animæ beatitudo quæ tunc in corpus redundasset, fuit prohibita à voluntate diuina ne redundaret. In quarto instanti corpus ipsum, quod ex redundantia gloriæ fuisset impassibile tunc ratione talis prohibitionis fuit passibile & mortale, propter illud speciale & nouum miraculum, quo diuinitas ipsa, & gloria animæ continebantur, ne redundarent in corpus. Sed vnde (dices) hæc Christo moriendi necessitas? Haud dubiè ex eo quod corpus sibi dimissum cum in ipsum animæ gloriæ non redundaret fuit animale, passibile & mortale, propterea quod anima non haberet plenum dominum super illud, ad prohibendum omnem passionem ab eo, quia nec hoc potest in beatorum corporibus ipsa anima, sed ex sola diuinæ voluntatis determinatione id contingit, quia decreuit non coagere alicui agenti ad corruptionem corporis beati. Ideo necesse fuit, vt per nutrimenti summationem quod fluebat, restauraretur. Atqui non reparabatur caro adeo perfecta, sicut præce-

dens, quocirca non poterat corpus ipsum perpetuò permanere. Quod si dixeris Christum nouisse, qui cibi essent boni succi, & optimi nutrimenti, & quantum ex ipsis ad intertenendam valitudinem assumere expediret, nouit sanè adamussum, nihilominus duo corpus ipsius morti subiiciebant, vt puta nutritiuæ potentia cibum in substantiam aliti conuertentis debilitatio. Hæc enim cum esset naturale agens (asserit Aristotele) in agendo repatiebatur, & repatiendo continuè debilitabatur. Alterum erat alimentum, quod assumebat, impuritas, quæ vt ait Aristoteles, est quoque corruptionis causa. Nam ex alimento puriori, & meliori melior generatur sanguis, & ex puriori sanguine solidior generatur caro, & permanentior. Et quantis nutritus esset fructibus terrestris paradisi, aut melioribus, nihilo fecius (supposito miraculo prædicto, quo diuinitatis virtus, & animæ gloria impediabatur ne in corpus redundaret) adhuc propter paulatiuam virtutis nutritiuæ debilitationem moriendum illi, & naturaliter fuisset, quemadmodum & ipsi Adamo. Nec vnio vnus ad verbum quadatenus corruptionem impediisset, quia relinquebatur corpus illud suis proprietatibus naturalibus, & in ipsis erant calor naturalis, & humidum radicale agentia ad inuicem, & patientia: Diuersæ quoque partes organicae diuersarum qualitatium: materia insuper eiusdem rationis cum nostra, quæ utique illud corpus passibile reddebant, & mortale. Quod si prædictis obicias illud, Peccatū in hunc mūdum, &c. *Rom. 5.*

*In lib. de
generat.*

Rom. 8.

Gen. 2.

& illud, Corpus mortuū est propter peccatum id est habuit necessitatem moriēdi, & illud Genesis, In quacunq̄ die cōmēderitis &c. Sed in Christo nullum fuit peccatum, ergo nec morti fuit obnoxius. Respondetur peccatum quidem fuisse demeritoriē mortis causam, & hac ratione Christum non fuisse morti obnoxium, sed ob duas causas sēpē dictas, propter quas vniuersum quoque humanum genus fuisset mortale, quanuis permanisset in statu naturæ institutę conseruans originale iustitiam vt explicatum fuit resol. 2.

DISTINCT. 16. QVAESTIO 2.

Vtrum subiacerit anima Christi ex passionis violentia non mori?



Vm Christi anima à primo creationis suæ instanti beata fuerit, si sibi dimissa fuisset, dubio procul corpus ipsum ab omni sufferentia, & morte cōseruasset: Veruntamen quia nolebat diuina voluntas animæ gloriam in corpus redundare, necessariō ipsum corpus corruptibile remanebat: Omne autē corruptibile per approximationē contrarij agentis dissolui potest, Ergo & ipsum Christi corpus. Si verō obiciās Deū solam animā à corpore separare posse, propterea quod eadē ipse solus creet, & corpori infundat, hoc planē nō subsequitur. Nā agens naturale quemadmodū ignis, potest qualitātē talem in corpus inducere adeo illi disproportionatā, quōd necessariō

Christi corpus erat mortis obnoxium.

fariō subsequitur ab ipso animo separatio. Nā anima, vt corpus informet, requirit certā in ipso dispositionem, quæ si per aliquod agens dissoluatur, nō poterit in eo permanere. Agens autē naturale nihil efficere potest propter quod anima necessariō creetur, & corpori vniatur: nam licet corpori perfectē organizato Deus ipse animam sēpē infundat, non tamen necessariō suppletur, seu ex necessitate naturæ, vt putauit Philosophus: Sed merē contingenter, & liberē quemadmodum præcinit Psaltes Regius, Omnia quęcunq̄ voluit fecit Dominus in cælo, & in terra (intellige cum Augustino extra se) Quocirca corpore quātumuis organizato poterit Deus nullam ei infundere animam. Et si dixeris Christum sua passione nihil meruisse, cū ex prædictis necessariō pateretur: Respondetur quēpiam mereri posse nedum per actus ab eo liberē elicitos, sed etiam per ea quæ nullo modo vitare potest, patientissimē ea sufferens, quomodo martyres olim merebantur. Insuper volens ea, quæ aliter se habere nequeūt, vt cū quispiam amore amicitia Deum diligit, expe tens ac volens eum esse summē iustū, bonū, sapientē &c. Consimiliter peccator nolens se peccasse meretur, licet id efficere nequeat, cū ad præteritū nō sit potētia. Sic igitur meruit Christus liberē acceptans passionis calicē à patre sibi propinatū, seu sufferens passionem (quā impedire suppositis prædictis vt homo nequibat) propter bonū subsequens, ex quo sic à patre acceptabatur. Dices autē Christū dixisse, Potestatem

Meretur quis per ea quæ non subsunt eius voluntati.

DISTINC. 17. QVÆSTIO VNICA

habeo ponendi: Respondetur hunc locum ita esse intelligendum, quod Christus, ut Deus posset à seipso homine, hoc est à sua humanitate animam separare, non autem ut homo id poterat. Proferes forsitan quod ibidem subsequitur, Hoc mādātum accepi à patre, non autē accepit ut Deus, ergo ut homo accepit mādātum ponendi animam, igitur subiacebat eius facultati non mori. Respondetur quod accepit mādātum patienter sufferendi mortem, ut homo. Sed quomodo cum clamore valido emisit spiritū, nisi voluntariē mortis causam prēuenerit? Hic sanē duo sunt obseruanda. Primum clamor ille validus in hora mortis, qui miraculosē per virtutem verbi fuit factus, purus enim homo id non potuisset. Alterum est animæ à corpore separatio per passionis violentiā, & istud naturale fuit supposito semper miraculo illo, per quod gloria animæ non redundabat in corpus cuius postmodum miraculi si volueris rationē habere, profectō miraculosē omnia Christus passus, quantumuis essent naturalia. Quapropter etiam cæcus à Christo illuminatus miraculosē videbat, si spectes miraculū necessariō præsuppositum: Sin causas ipsas visionis consideres, nempe potentiam & obiectum, naturaliter videbat. Hoc modo dicendum est de Christo.

Math. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.

Ioan. 9.

DISTINCT. 17. QVÆ. VNICA.

Euenit ne in Christo duæ duntaxat voluntates?

LIBER TERTIVS.

194



Vemadmodū assertore Damasceno, & habetur, firmiter tenēdū est duas in Christo esse naturas, & vnā hypostasin, ita quoq; cōcedere oportet veluti ex illo cōsequēs duas esse naturales harū naturarū proprietates, & vtriusq; naturæ potentias, atqui naturæ rationalis perfectissimæ potentie sunt intellectus, & voluntas creata ratione humanę naturæ, & ratione diuini intellectus, & volūtas increata. Huic accedit quod in Christo summa gloria, & fruitio secundū humanā naturam ex resolut. 13. huius, omnisq; scientia ex resolut. 14. huius. Hæc autem esse nequeunt nisi in intellectu, & volūtate. Habebat p̄inde Christus duos intellectus, duas quoque voluntates. Deinde si exquiras an in Christo esset vnica voluntas creata, haud dubiō si volūtas p̄priē dicatur, ut puta in quātū est appetitus intellectualis, vnica in Christo erat humana voluntas: Sin autem sub ratione generali esse accipias, scilicet appetitu quocūque, duæ erunt, hoc est duo appetitus, intellectualis videlicet & sensitius, & tot appetitus sensitui, quot in nobis sunt, nepe vnus interior, & quinque exteriores. Posses insuper ambigere an voluntas naturalis, & altera sint duæ distinctæ potentie: Sed cum appetitus naturalis cuiuslibet rei, nihil aliud sit quàm eiusdem naturalis inclinatio ad propriam perfectionem (quemadmodum lapis naturaliter inclinatur ad centrum) & huiusmodi inclinatio non distinguitur reipsa ab ipso cuius est, consequens est voluntatem, ut est na-

Lib. 3. ca. 14.

Distinct. 6.
cap. Firmiter credimus.

DISTIN. 18. QVÆSTIO VNICA
tura, id est vt inclinatur ad ea quæ sunt sibi cõ-
moda, non distingui re ipsa à voluntate libera,
sed est vna, & eadem potentia quæ diuersis res-
pectibus dicitur naturalis, & libera: Naturalis,
vt fertur circa suum cõmodum, perinde ac aliud
ens naturale: Libera verò vt liberos suos elicit
actus potens elicere, & non elicere, & ab om-
ni actu cessare.

DISTINC. 18. QVÆST. VNICA.
*Vtrum Christus meruerit in primo instanti
sua conceptionis?*

*Meritū quid
sit.*

Meritum est actus interior, & exterior
à creatura rationali libera, & in gratia
existente elicitus, cui ex debito iu-
stitiæ ratione acceptationis diuinæ
merces correspondet danda vel ei qui mere-
tur si eget, vel alteri pro quo meretur. Ex
quo facile colligimus quæpiam pro altero me-
reri posse, contestantibus id sacris literis de
paralytico dicitur, Quorum fidem vt vidit &c.
& apud Iacobum, Orate pro inuicem vt salue-
mini, & apud Paulum, Adimpleo quæ desunt
passioni Christi &c. Porro omnis meriti ra-
dix ex parte merentis consistit propriè in affe-
ctione iustitiæ ipsius voluntatis, quæ est liber-
tas voluntatis non absolute sumpta, sed qua-
renus elicit actum conformiter regulæ inferio-
ri: Non quidem in quantum ordinar affectionem
commodi in Deum, sed quatenus afficitur
amore amicitia erga Deū, cum videlicet com-

Matth. 6.

*Iacob. vlt.
Coloss. 1.*

*Meritum
dix.*

placet illi, & expetit Deum esse bonum, sapien-
tem, omnipotetem, iustum &c. Hoc est creatu-
ra rationalis præcipuè meretur diligens Deum
in se super omnia, non propter beneficia ab eo
suscepta, aut suscipienda, sed præcisè ob eius
perfectiones. Et deinde desiderat sibi, & aliis
Dei visionem pariter & fruitionem, per quæ il-
li coniungitur: Et hoc quidem non absolute
(vt mali angeli) sed cum debitis circumstantiis,
præcipuè vt Deum diligat. Affectionis autem
commodi voluntas afficitur proprio bono, &
nonnunquam inordinate, nisi reguletur affe-
ctione iustitiæ, hoc est, nisi conformetur dicta-
mini rationis naturali, vel dictamini superna-
turali, quod est fides ipsa, & voluntas diuina.
Ideo in ipsa non consistit primò, nec aliquo
modo, nisi referatur in vltimum finem. His sup-
positis dicitur quòd Christus meruit per actum
illum interiorem voluntatis, licet esset beatus,
quia secundum partem sensitivam, & portionem
inferiorem voluntatis fuit viator, & passibilis.
Quocirca multa habuit obiecta presentia sensi-
bus, & portioni inferiori, quæ potuit liberè vel-
le, & acceptare contra affectionem commodi, &
habere actus imperatos cõformiter ad illud vel-
le, vt ieiunando, vigilando, orando &c. Beati autè
quoniã secundū vtramq; portionem sunt con-
iuncti vltimo fini, & affectiua iustitiæ fruendo
Deo, & affectione cõmodi, quia sunt cõiuncti
summo bono, sic quòd nihil cõtra affectionem
cõmodi potest illis accidere, nec quidpiam pati
valent: Idcirco mereri nequeunt. Et quauis

*Christus me-
ruit.*

*Beati non
possunt mere-
ri.*

beati & Angeli exerceat bonos actus circa nos, stimulantés nos ad bonú, retrahétes à malo, cohibentes à nobis Sathanam, orantes pro nobis, &c. nec tamen propterea merentur. Nam illi actus sunt inclusi in illorú beatitudine, hoc est Deus ipse vult, vt ea faciant propter summam felicitatem, quam eis contulit, & non propter aliam mercedem, quam velit illis dare. Non sic autem de Christo, quia eius actus decreuerat pater, tanquam meritorios acceptare: Quia licet Christus sic fuerit coniunctus fini, vt non potuerit peccare, non tamen quin posset pati. Præterea diligendo matrem, & alios Apostolos, & alios amicos in Deum, & inimicos propter Deum, merebatur. Præcipua tamen, & vltima ratio quare Christus licet esset beatus, meruerit (cùm tamen alij beati non mereantur) est voluntas diuina acceptans actus ipsius Christi, & non beatorum. Congruentia verò assignari potest, propterea quòd Christus non esset omnino in termino (vt dictum est) sicut beati, qui nihil pati possunt. Potuit etiam mereri in primo instanti suæ conceptionis, cùm haberet omnia ad meritum requisita, vt puta voluntatem perfectam, summam gratiam, obiectum præsens, & nihil eorum impediatur: quamobrem potuit elicere actum beatificum. Quod probatur ex Augustino dicente, Splendor genitus ab igne esset æternus, si ignis esset æternus: Igitur res, & operatio eius possunt esse simul pro quocunque instanti: Non autem meruit CHRISTVS propriam frui-

Christus meruit in primo instanti.

Lib. 6. de trinit. cap. 1.

tionem: Sed quemadmodum summa gratia sine meritis fuit illi collata, sic etiam liberè sine aliquo merito præcedente Deus ipse coniunxit eius voluntatem per fruitionem vltimo fini, quod non absurdè elicitur ex Diuo Augustino, dicente quòd summa gratia est quòd homo in vnitatis personæ est Deo coniunctus, qui licet loquatur de gratia vnionis, hoc est de gratuita Dei voluntate vniente naturam huius, verbo diuino, tamen ad illam vnionem sequitur ratio ipsa fruitionis. Ideo fuit summa gratia absque meritis præcedentibus habere hanc Dei fruitionem summam creaturæ possibilem.

Christus non meruit propria fruitione.

13. de trinit. cap. 9.

DISTIN. 19. QVAEST. VNICA.

Meruitne Christus omnibus gratiam, & gloriam vnà cum remissione culpa & pena?



Ic primùm obseruandum venit incarnationem Christi non fuisse ab æterno præuisam aut ordinatam occasionaliter, seu propter peccatum primi parentis. Nam & si is non peccasset, nihilominus filius incarnatus fuisset, vt ostensum est resolut. quæst. vlt. distinct. 7. huius. Siquidem quæadmodum Deus immediatè, & primò videbat, & expetebat ab æterno finè omniù electorum, Sic inter electos cùm Christus esset fini ppinquior, prius cæteris prædestinabatur. Fuit autè hac in præuisione is ordo (non quidem ex parte ipsius Dei, cui nihil est prius, aut posteri, sed ex parte ipsorum præmissorum) Prius enim

Christus incarnatus, licet Adam nõ offendisset.

P. ad destinationis ordo.

Deus intellexit se sub ratione summi boni. In secundo verò signo, seu instanti omnes creaturas cognouit: In tertio electos prædestinauit ad gratiã, & gloriam, nullum actũ circa reprobos habes. In quarto omnes præuidit in Adam casuros & electos, & reprobos. In quinto præuidit ac præordinauit remedium quo redimeretur, nempe filij passionẽ, sic quòd Christus (veluti & omnes electi) prius præuisus fuit, & prædestinatus, quàm eius passio præuideretur, vt medicina contra, lapsum perinde ac medicus prius expetit hominis sospitatem, quàm ordinet medicinam curatiuã. Quemadmodum igitur electi, priusquam passio Christi præuideatur, vt remedium peccati, prædestinantur, sic tota trinitas prius decreuit efficaciter dare gratiam, & remedium pro ipsis in Deum credentibus, vt iuxta Apostolum, secundum electionem Dei propositam maneret. Quemadmodum autem filius præuidit passionem pro prædestinatis solum esse offerendam patri, & sic eam in effectu efficiente obtulit: Quod insinuabat dicens, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt, per æternam videlicet prædestinationem. Ita quoque tota Trinitas pro electis duntaxat efficaciter passionem acceptauit, & pro multis aliis. Quocirca Christi passio eis solum primam gratiam disponentem ad gloriam consummatam, efficaciter meruit. Quantum verò attinet ad meritum sufficientiam, fuit profectò illud finitum, quia causa eius finita fuit, videlicet vo-

Rom. 9.

*Meriti Christi
sibi sufficientia.*

Iodm. 17.

luntas naturæ assumptæ, & summa gratia illi collata. Non enim Christus quatenus Deus meruit, sed in quantum homo. Proinde si exquiras quantum valuerit Christi meritum secundum sufficientiam, valuit procul dubio quantum fuit à Deo acceptatum. Siquidem diuina acceptatio est potissima causa, & ratio omnis meriti. Omne enim aliud à Deo ideo est bonum, quia à Deo dilectum, & non econtrario. Non enim Deus aliquã creaturam diligit, propterea quòd ipsa sit bona, sed idcirco creatura est bona, quia à Deo diligitur. Consimiliter ideo aliquod opus est meritorium, quia est Deo acceptum, & non contra, Deus non acceptat opus idcirco quòd sit meritorium, aut bonum. Tantum ergo valuit Christi meritum sufficienter, quantum potuit, & voluit ipsum trinitas acceptare. Veruntamen ex sua ratione formali, & de condigno non potuit in infinitum, seu pro infinitis acceptari, sed pro finitis duntaxat, quia nec illud in se fuit formaliter infinitum. Nihilofecius si spectes suppositi meritis circumstantiam, & dignitatem, habebat quandam extrinsecam rationem propter quam de congruo in infinitum extensiuè, id est pro infinitis potuit acceptari. Sed quid meruit Christus? Meruit sanè primam gratiam omnibus qui eam recipiunt, quæ & absque nostro merito confertur. Nam licet in adultis qui baptizantur, desideretur aliqua dispositio, nihilominus non merentur illam gratiam per suam dispositionem. Consimiliter quantum

*Meriti
Christi suffi-
cientia.**Quid Christi
meruerit*

ad gratiam, quæ confertur in pœnitentia. post lapsum in mortale, tamen debet peccator cõteri, & se disponere, tamen Christi meritum est totalis causa de condigno meritoria illius gratiæ. Deinde Christus meruit nobis apertionem ianuæ Paradisi, ad quam nullus cooperatur: Vnde Apostolus, Per proprium sanguinem introiuit &c. Et alibi, Habentes itaque fratres fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi: Et in Apocalyp. dicitur quod agnus solus aperuit librum: De quo etiam dicitur quod claudit & nemo aperit. Nullus enim ante Christum (quantumuis sanctus fuerit) valuit ingredi ianuam regni cœlestis: sed omnes ad limbum descendebat. Quamobrem dicebat Iacobi, Descendam ad filium meum lugens in infernum, & quia deducetis canos meos cum dolore ad inferos: Quamuis autem obstatulum aditus regni cœlestis (siue illud sit originale peccatum, siue aliud) per Christi passionem amoueat, Veruntamen nullus actu ingreditur regnum cœleste, nisi cooperetur (si habuerit facultatem) & vratur prima gratia, quam sibi Christus promeruit: Vnde illud, Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Si verò exquiras quomodo meruerit Christus fidelibus, qui ante ipsum fuerunt sua passione, quã nõdum sustulerat? Dico quod Christi meritum ab æterno fuit præuisum, & ratione illius præuisionis proderat patribus quæ admodum & nobis, vt patet ex Apocalyp. Agnus occisus est ab origine mudi. Quod si dixeris ç-

Hebr. 9.

Apocal. 5.

Ante Christum nullus ingrediebatur paradisu.
Genes. 37.

Genes. 42.

Hebr. 5.

Meritum Christi profuit patribus

Apocal. 13.

dẽ ratione ipsam Christi passionẽ potuisse esse causam prædestinandi electos, & per cõsequens prædestinationẽ habere causam meritoria: hoc planẽ non subsequitur. Nã omnes electi prius natura prædestinati erant, quàm Christi passio præuisa foret.

DISTIN. 20. QVÆST. VNICA.

An necesse fuerit genus humanum per Christi passionem reparari?

Quæcunque Christus circa generis humani reparationem operatus fuit, contingentia fuerunt, & liberrima, simpliciter & absolute, & nullo modo necessaria, nisi præsupposita Dei ordinatione, quæ sic disposuerat fieri. Quamobrem dicitur illud, Et inde cepit Iesus ostendere discipulis, quia oportebat eum ire Hierosolymã, & illud Luca, Primum autem oportet illum multa pati, & illud eiusdem, Nõne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare &c. Hęc autẽ assertio confirmatur per Augustinũ dicentem, Alius modus redimendi hominẽ Deo nõ deficit. Eius enim potestati cuncta subiacent. Et sic intelligendus est Anselmus, cum dicit, Ecce vides quomodo rationabilis necessitas exigit ex hominibus perficiendam esse ciuitatem supernam, nec hoc fieri posse, nisi per remissionem peccatorum, quã nullus homo habere potest, nisi per hominem, qui idem ipse sit homo & Deus, atque morte sua Deo homines peccatores reconciliet. Hoc inquam præsumptum Dei ordinatione intelligendum est, quæ sic hominem

Reparatio generis humani aliter fieri potuit.

Matth. 16.

Luc. 17.

Luc. 24.

Lib. 13. de trinit. ca. 10.

Cur Deus homo, c. 1. & alibi.

*Christus pro
pter iustitiã
passus.*

redimi statuit. Christus igitur passus est propter iustitiam, & veritatem annuntiandam. Nam cum videret legem diuinam perperam à scribis, & Phariseis interpretari nulla habita ratiõe honoris diuini, sed quæstus & propriij lucri, qui ægrè ferebant homines in sabbato curari, non autem quòd ouis aut bos à puteo extraherentur &c. Vt patet ex Matthæo, Marco, Luca & Ioanne, eos zelo diuino tactus arguit, & dirè increpauit, dans verum legis intellectum, vt patet ex Matthæo, & alibi frequèter, adeò vt maluerit mori, quã tacere, cum tunc veritas Iudæis esset dicenda, quamobrem illũ ad mortem persecuti sunt: & idcirco pro iustitia, & veritate tutanda mortuus est, tamẽ ex sua gratia passionem suã de facto pro nobis obtulit, quare multa ei debemus, cum aliter redimi potuissemus: & nihilo secius sua mera voluntate sic nos redemerit. Plus inquam ei obligamur, quàm si necessario, & non aliter, quàm sua passione redimi potuissemus. Hoc autem fecit præcipuè, vt nos ad sui amorem alliceret, cum nedum propter creationis beneficium, sed etiam redemptionis illi deuincti simus, perinde ac si pater filium quem genuit, deinde instruat disciplinis, & bonis moribus, amplius hic filius patri astringitur, quàm si genuisset solũ, & alius eum instruxisset. Ex illo Apostoli id elici potest, Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuim⁹, & reuerabamur eos. Fuit autem congruentius genus humanũ potius quàm angelicam naturã reparari, quia tota species humana perierat, nõ

Matth. 12.

Marc. 3.

Luc. 6.

Io. 5. 7. & 9.

5. 6. & 7.

Matth.

*Christus pro
veritate mor-
tuum.*

*Christo quã-
tum debemus.*

Hebr. 12.

*Genus huma-
nũ fuit con-
gruentius me-
ditũ quàm An-
gelus.*

autem angelorum: deinde quia homo alterius tentatione videlicet diaboli cecidit, vt patet ex sacra scriptura, Timeo ne sicut serpens &c. muliere verò seducta &c. Angelus verò propria cecidit voluntate: vnde Anselmus, Sicut Angeli ceciderunt nullo alio nocente, ita nullo alio adiuuante surgere debent. Et quanuis Luciferi ruina fuerit aliis aliqua tentatio, vt colligitur ex Apocalypsi, Factum est prælium &c. tamen ea tentatio non fuit adeò efficax, velut illa, qua homo tentatus fuit. Si aduersus prædicta obiecta illud Aristotelis, Passionibus nec laudamur, nec vituperamur: Ex quo inferri videtur passionem non esse meritoriam, sed actionem, seu actus ipsos, qui saltem sunt passionibus laudabiliores. Hoc planè verum est de actu virtutis, quatenus distinguitur à passione, & non accidit ex virtute (Sic enim loquitur Philosophus) tamen passiones afflictiuæ, & potissimũ mors ipsa, quando ex actu virtutis acceptantur & imperantur, laudabiliores sunt, quàm actus virtutis circa delectabile seorsum. Vnde studiose se gerere circa tristabilia, magis est meritorium, quàm circa delectabilia: & passiones voluntariæ concomitantes virtutis actum simul acceptæ, magis sunt meritoria, quàm actus solus. Vnde in actibus Apostolicis dixit Dominus Ananiæ de Paulo, Ostendam illi quanta oporteat illum pati &c. Non autem dicit, quanta oporteat illum agere: Quæ verò passus sit, referuntur ab ipso Apostolo, Christus autem pati voluit ex amore inten-

Gene. 3.

2. Cor. 2.

1. Timot. 2.

Lib. 2. cur

Deus homo,

cap. 22.

Apoc. 13. 6.

2. Ethic. c. 5.

Passionibus

magis mere-

mur.

Act. 9.

2. Cor. 11. &

12.

DIST. 21. QVÆSTIO VNICA
so finis (videlicet ipsius patris) & nostri, quo
dilexit nos propter Deum. Vnde dicebar, Ba-
ptifino habeo baptizari &c. Et, meus cibus est,
vt faciam voluntatem eius qui misit me.

Luc. 12.
Ioan. 4.

DISTINCT. 21. QVÆST. VNICA.
*An Christi corpus in sepulchro corrumpi
potuisset?*



Bserua primùm aliquid esse futurum
si spectes causas naturales, quod tamē
non eueniet causa superiori (nempe
Deo) impediēte virtutem, & actio-
nem naturalium causarum, vt patet ex Esaya,
qui prænunciauit mortem Regi Ezechia, qui
& secundum causas inferiores naturaliter mor-
tuus fuisset. At ipse Deus prohibuit causas in-
feriores, ob eius lachrimas, & orationē, & quin-
decim annos super terminum naturalem vitæ
eius misericorditer addidit. Deinde illud iux-
ta decretum causæ superioris, non autem illud
quod eueniret, secundum inferiores causas, si
permitterentur agere. Quocirca tametsi Chri-
sti corpus in morte, habita ratione causarum
inferiorum naturalium, fuisset putrefactum:
Propterea quòd haberet intrinsecam resolu-
tionis causam (sicut alia corpora) calorem vi-
delicet & humorem, & extrinsecam quoque,
vt calorem, frigus &c. Nihilominus, quia pro-
hibente Deo naturalium causarum actionem,
corpus illud nunquam putrefactum fuisset, et-
si ad generalem vsque omnium resurrectionem

Esaya 38.

in sepulchro quieuisset. Ideo absolutè faten-
dum est corpus Christi non fuisse corruptioni
obnoxium, etsi resurrectio eius non fuisset ac-
celerata: Vnde & apud Psalmistam, & in actis
Apostolorum, Non dabis sanctum tuum vi-
dere corruptionem. Sed nūquid miraculo no-
uo, aut aliquo id peractum fuisset? Haud du-
biè nouo miraculo. Quandoquidem antiquo
miraculo, quo verbum diuinum primò vniuit
sibi corpus, illud non impediēbatur, quo minus
corpus illud pateretur à flagellis, clauis, & lan-
cea &c. Ergo nec illius resolutio solo illo mi-
raculo prohibita fuisset, sed nouo potius.

Psal. 15.
Act. 2.

DISTINCT. 22. QVÆ. VNICA.
Vtrum Christus fuerit homo in triduo?



Vm hominis ratio id exigit, vt anima
& corpus (quæ sunt eius partes essen-
tiales) sint adinuicem vnita, & in tri-
duo illa disuncta fuerint in Christo,
consequēs est ipsum tunc non fuisse hominem.
Adde quòd homo importet absolutū, vltra par-
tes eius etiam vnitas, vt patet resol. distinct. 2.
huius libri quæ. 2. Quod quidem ens dicimus
humanitatem ipsam esse, qua quispiam dicitur
homo formaliter, & illa in triduo corrupta e-
rat: Ex quo consequitur ipsum tunc non pos-
se dici hominem. Huc accedit quòd Christus
(vt habet Damascenus) significat suppositum in
duab⁹ naturis subsistēs, diuina scilicet & huma-
na, & humana tūc corrupta erat. Idcirco Christ⁹

Christus in
triduo non e-
rat homo.

Lib. 3. cap. 3.

importabat tunc in se rationem falsam, & de nullo verè enuntiabatur, nec quippiam de illo. Quamòbrem ista, Christus est homo, erat tunc falsa. Non enim vt verbum diuinum diceretur homo, sufficiebat corpus, & animam seorsum esse illi vnita, sed operæpretium erat eas partes adinuicem, & inter sese esse connexas. Ratio autem Magistri sententiarum, & Hugonis, qua astruere nituntur in tri-duo Christum fuisse hominè, propterea quòd forma substantialis pertineat sola ad quod, quid est, seu rationem & quidditatem rei naturalis, non autem materia prima, absurda est dubio procul, & toti Philosophiæ repugnans. Quandoquidem Aristoteles refert quorundam res materiales definitium opinionem, quorum aliqui per materiam tantum, aliqui per actum tantum, alij verò per vtrunque definiabant, & postremi secundum ipsum perfectè definiunt. Vnde laudat Architam, qui tam materiam, quàm formam in definitione complexus est. Idem quoque vult terminum, id est definitionem esse rationem longam, & hoc quidè vt materiam, illud verò, vt formam esse in definitione. His subscribit Augustinus, instituto nostro proximius accedens, hoc inquit verum esse, quod nō totus homo, sed pars melior est, nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis est, sed cum est vtrunque coniunctum simul habet hominis nomen. Huc accedit & Damascenus, dicens, Plures hypostascs hominum sunt, omnes autem eandem recipiunt naturæ rationem

Lib. 1. de se-
era. parte 2.
cap. vlt.

Materia per
tinet ad rei
quidditatem.
Lib. 8. Me-
taphy. c. 1. &
1. de anima.

d. 1. 8. Meta.

Lib. 13. de tri-
nit. cap. vlt.

Lib. 3. cap. 3.

rationem: Omnes enim ex anima compositi sunt, & corpore.

DISTINCT. 23. QVÆST. VNICA.

An sit necessarium fidem infusam ponere?



Vplicem tradunt Theologi fidem, *Fides duplex.* acquisitam videlicet, & infusam. Et quidem acquisitam esse in nobis patet ex Apostolo dicente: Quomodo *Rom. 10.* credet ei? Et sequitur, fides est ex auditu. Qui quidem locus nequit nisi de fide acquisita intelligi, quæ in homine generatur dum audit doctrinam euangelantium, & videt, aut audit miracula quæ operati sunt hanc doctrinam concionantes, certò sibi persuadens Deum non assistere, nec miraculis approbare falsam alicuius doctrinam. His consentit Augustinus in Epistola contra fundamentum Manichæi, dicens quòd non crederet Euagelio, nisi crederet Ecclesiæ Catholicæ approbanti, & authorisanti libros canonicis sacri. Propter quam causam Nazareorum, & Nicodemi Euangelium non admittit. Propterea videlicet quòd Ecclesia eadem non recipiat. Id autem sit fide acquisita: non secus ac adhibemus fidem aliis historiis à fide dignis scriptis. Insuper si adolescens Iudæus, aut Turca non baptisatus nutritur inter Christianos, & instrueretur iuxta morem fidei, habitu acquisito ex auditu crederet, & assentiret articulis fidei, quemadmodum Christiani: Perinde ac credimus parentibus, & aliis referentibus quæ non vidimus ipsi. Postremò Christianus hereticus errare potest circa fidei ar-

ticulum, non errans circa alios, quia hæreses non sunt necessariò connexæ. Huiusmodi autem hæreticus infusam fidem amittit per errorem illum. Oportet igitur vt fide acquisita assentiatur aliis articulis circa quos errat. Ex quibus manifestum euadit fidem acquisitam esse in nobis, & non esse necessarium ponere fidem infusam, vt quispiam assentiatur articulis reuelatis firmiter absque oppositi formidine: Nam id fide acquisita potest. Quemobrem difficilius est fidem acquisitam astruere, & modum quo in nobis ponenda sit. Quidam enim dicunt fidem infusam in multis similem esse fidei acquisitæ. Nam quemadmodum fide acquisita verbis alicuius assentimur, propterea quòd existimamus illum veracem esse: sic fide infusa assentimur articulis reuelatis, eò quòd credamus Deo, seu eius veritati id assentiendi. Sed hæc ratio non sufficienter astruit fidem infusam, quia potest deinde exquiri ratio propter quam credimus hos articulos esse à Deo reuelatos, & hoc modo erit processus infinitum. Præterea fides acquisita id præstare potest absque infusa, quemadmodum patet ex Paulo dicente: Neque enim ego ab homine accepi illud, & cætera. Et quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum. Potest igitur quispiam sola fide acquisita credere propositionibus fidei sibi ab alio propositis, nec ex hæc ratione conuincitur fidem infusam esse ponendam. Idcirco aliqui adferunt aliam causam quare sit ponenda, vt pura tanquam habitus inclinans intellectum nostrum ad assentiendum propositionibus fidei, quibus non posset ex sese

Fides infusa.

Galat. 1.

Ephes. 2.

assentiri, cum non sint immediate, aut per se notæ (hoc est cum earum veritas non cognoscatur cognitis terminis) cum non possimus propriè concipere, & in particulari res singulares per ipsos terminos, cum nec intuitiue pro hoc statu ea videre possimus. Sed nec earum assertio est irrefragabilis. Nam ex ea sequeretur fidem esse potentiam, & non habitum, quia illud est potentia, quo simpliciter actum elicere possumus: habitus verò quo sic, vel sic possumus vt puta expedite, prompte, delectabiliter, vel intensiori modo. Deinceps subsequeretur quòd absque pia affectione voluntatis quispiam credere posset contra Augustinum dicentem, Cetera potest homo nolens, credere non potest nisi volens. Quod autem hoc sequatur constat ex eo vel maxime, quia cum fides infusa per modum nature inclinaret intellectum ad actum, & articuli fidei apprehendi possunt ante omnem voluntatis actum. Subsequitur quempiam credentis firmiter assentire posse ante, & præter omnem voluntatis actum. Ad questionem igitur propositam dico quòd ponenda est fides infusa, non quòd possit demonstrari ratione aliqua nisi præsupposita ipsa fide, sed propter scripturam, & scripturam authoritatem. Scribitur enim apud Paulum, Gratia estis saluati per fidem &c. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Qui locus de fide infusa intelligitur, cum multi sine acquisita, vt paruuli Deo placeant. Id etiam probatur (videlicet quòd fides infusa sit ponenda, & quòd locus Pauli de eadem intelligitur) ex eodem Paulo dicente, adhuc excellentiorẽ viam vobis demonstrabo, qui quidem Paulus postea disserit de tribus virtutibus Theologicis, quæ sunt excellen-

August.
In Ioh. 2.

Fides infusa
quare ponitur.

Ephes. 2.
Heb. 11.

1. Cor. 12.

tiores viæ omnibus habitibus acquisitis: Cum enim illic agat de charitate infusa, pari ratione & de fide infusa. Quamadmodum igitur credimus articulis fidei, quorum tamen veritatem pro hoc statu scire nequimus, ita quoque credimus nos habere fidem infusam, qua illis assentiamur, seu quæ inclinat nos ad assentiendum illis, tanquam veris, qui quidem in se verissimi sunt, & certissimi. Sed quamobrè fides hæc infusa ponitur? Primum vt perficiat animam quantum ad intellectum: Nam Dei est perfectè perficere, quod perficit vnde illud: Dei perfecta sunt opera. Sicut igitur cum infirmum secundum corpus sanat perfectè eum curat, iuxta illud Ioannis: Mihi indignamini &c. Sic etiam secundum animam in qua secundum tres potentias est Dei imago, quæ peccato deformatur: nam voluntatem charitate perficit, intellectum autem fide hac infusa. Deinde ponitur propter actum credendi, quemadmodum & charitas propter actum diligendi, vt videlicet actus harum potentiarum sint perfectiores, & intensiores producti ex potètia, & habitu simul quàm essent ex solis potentiis elicti. In hoc tamen charitas præstat, quia reddit actum suum, & actus aliarum potentiarum Deo acceptos. Quod autem fides concurrat ad assensum ipsum, vel hinc constat, quia sunt plerique, qui magis vellent assentiri articulis fidei, seu credere, quam credant. Quocirca orabant Apostoli dicentes: Domine adauge nobis fidem, & alius quispiam: Domine (inquit) iuua in credulitate meâ. Istud autem non esset petendum si assensus esset

*Fides infusa
quare ponitur.*

Deuter. 32.

Ioan. 7.

Luc. 17.

Matth. 9.

omnino ab ipsa voluntate. Obserua nihilominus fidem non excludere omnem dubitationem, sed eam quæ vincit, & trahit intellectum, vt discedat articulos fidei, & oppositis illorum assentiat. Tertio ponitur fides infusa propter certitudinè assensus: siquidem fides acquisita nequit assensum ad eò firmum coëfficere sicut infusa, qua innititur testimonio infallibili ipsius Dei: fide autem acquisita hominis testimonio, qui & falli, & fallere potest. Prædictis verò aduersari videtur Augustinus dicens quòd homo fidem suam tenet firmissimam scientia, eamque in se videtur, clamâtque conscientia, quia rerum absentium fides est prius, & rerum quæ foris sint intus est fides, & rerum quæ non videntur, videtur fides. Sed obseruandum est fidem bifariâ accipi posse. Primum pro habitu generato, seu acquisito inclinante intellectum ad assentiendum alicui vero ineuidenti, & sic potest quispiam scire se habere fidem (generaliter loquendo de fide) sicut potest scire se habere scientiam alicuius disciplinæ deprehendendo habitum ipsum ex ipsis actibus, qui habent produci à tali habitu. Secundò consideratur fides, vt est habitus inclinans intellectum ad assentiendum determinatè alicui euidenter vero: Et hoc modo nullus scit se habere fidem in hac vita præsentis, nisi sibi à Deo reueletur, quemadmodum contingit Apostolo in raptu, quia nemo potest scire quòd assentiat determinatè, & euidenter vero, nisi prius nouerit illud cui assentit esse verum. Fieri verò nequit vt aliquis pro statu isto de lege còmuni nouerit euidenter aliquem articulum fidei esse verum. Succin-

*Lib. 13. de
Trinit. c. 1.*

Etius respondetur quod locus Augustini intelligitur de fide acquisita, & non infusa, quia sola fide scimus nos habere fidem infusam inclinatem nos ad credendum articulos ipsos, sicut etiã cognoscimus veritatem ipsorum articulorum.

DISTINC. 24. QV. VNICA.

Potestne quispiam credibilium fidem simul, & scientiam habere?

Rimũ omnium obseruandũ est scientiã in vniuersũ bifariã accipi. Primo generaliter pro quacumque notitia qua firmiter adharemus alicui rei, quomodocumque talis notitia in nobis generetur, siue ex aliorum testimonio, siue alio modo. Deinde accipitur scientia propria, quomodo accipit eam Aristoteles dicens: Tunc scire opinionamur vnum quodque simpliciter & non sophistico modo (qui est secundum accidens) cum causã arbitramur cognoscere, & quia illius est causa per applicationem principiorum, & conclusiones. Quare vt notitia dicatur hoc modo scientia, operpretium est, vt sit propositionis necessaria, & generetur per causam euidentẽ intellectu, & applicatam per syllogismum demonstratiuum, & adẽ sit certa, vt nullam secum admittat deceptionem, aut dubitationem. Nunc autem si scientia primo modo accipiatur cum fide consistit, non autem si secundo modo, vt patet ex Apostolo, per fidem enim ambulamus, nõ per speciem: gloria per fidẽ tantũ illuminamur, ergo nequit haberi in via fides, & scientia credibiliũ, quinimõ ex diametro pugnant: quia notitia fidei

Scientia bifariam accipitur.

Lib. i. poster.

2. Cor. 5.

Fides & scientia nequeunt esse eiusdem.

est ex rei natura ineuidens, notitia verò scientifica est ex rei natura euidentis, idẽ fieri nequit vt eiusdem axiomatis simul, & semel sit scientia, & fides. Sed quæres, quam igitur notitiã potest quispiam habere sacrarum literarum, aut sensus earum? Proculdubio nequit habere scientiam per modum demonstrationis, vt patet per Augustinum qui loquens de traditis in scriptura dicit, quod illa comendata sunt nobis diuinis eloquiis, quauis per homines, non argumentorum concertationibus inculcata, vt non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret. Huc accedit Apostolus, fides vestra non sit in sapientia hominum &c. Cum accepissetis à nobis verbum &c. Neque ab homine &c. Omnis scriptura diuinitus inspirata &c. Nõ enim voluntate humana collata est aliquando prophetia &c. Vniuus est sermo Dei &c. Sed potest quis habere alium habitum, seu notitiã scripturę sacrę, & eius interpretationis, quã non sit scientia propria, sed generaliter, quia immediatẽ assentit omnibus, & singulis ibi traditis, & non vni propter aliud, sed solum propter autoritatẽ Dei. Nec his aduersatur Apostolus, vbi ex Christi resurrectione nostram astruit, dicens: Si mortui non resurgunt &c. Nec Ioannes, dicens: diligam⁹ nos inuicẽ, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quidem antecedens harum persuasione non est consequente notius. Nam sola fide cognoscimus Christum resurrexisse pariter & nos dilexisse. Si etiam quispiã, vt interpretetur sacras scripturas vtatur Philosophia naturali, aut metaphysica

Scientia sacrę scripturę qualis.

Lib. 18. de ciuit. Dei. c. 41. in fine.

1. Cor. 2.
1. Theosal. 2.
Gal. 1.
2. ad. Tim. 3.
2. Pet. 1.
Heb. 4.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 4.

ad quod postremo peruenerunt doctores miscetes Philosophiam diuinis literis (quæ plurimum conducunt) ut percipiamus quæ de Deo, intelligentiis, & substantiis abstractis dicuntur: nihilominus nequibit scientiam strictè acceptam propterea assequi. Nam conclusio semper erit similis alteri præmissarum quæ erit fidei. Quandoquidem conclusio semper sequitur debiliorem partem, ut patet in hac ratiocinatione. Omne generans realiter distinguitur à genito (quæ non est ex fide) sed pater in diuinis generat filium (ista est credita) ergo pater distinguitur à filio. Consimiliter interpretatur scriptura per scripturam, utpote locum obscuriorem per notioerem, non habet ob id maiorem certitudinem loci expositi, quam exponentis, quare nec scientiam propriè. De hac autem expositione ait Augustinus; Quauis itaque diuini sermonis obscuritas etiã ad hoc sit utilis, quòd plures sententiã veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum eam alius sic, alius sic intelligit, ita tamen ut quòd in obscuro loco intelligitur vel attestazione rerum manifestarum, vel locis minimè dubiis asseratur, siue cùm multa tractantur ad illud quoque perueniatur, quod sentit ille qui scripsit. Postremo si scisciteris qualem scientiam habuerint Prophetæ, & Apostoli, quibus primùm scripturæ veritas reuelata fuit. Respondetur quòd habuerunt notitiã à Deo certam absque quacumque dubitatione, sicut est scientia propriè accepta, nam quidquid potest causa prima cum causa secunda, potest sola. Illa tamen certitudo non fuit euidentis ex

Lib. 11. de ciuit. cap. 19.

Joan. 20.

euidentia obiecti, idè scientia dici non potuit. Si prædictis obiicias illud Christi ad Thomam: Quia vidisti me Thoma credidisti. Deinde quod virgo Maria, & Ioannes viderunt Christum cruci suffixum, & tamè non fuerunt absque fide, & proinde scientiam posse esse cum fide, perinde ac notitia euidentis, & intuitiua. Respondetur cum Gregorio, Thomam vidisse hominem, & credidisse Deum. Similiter virgo Maria, & Ioannes. Præterea licet non haberent fidem propriè huius articuli (Christus passus est) sed euidentioerem notitiã, quia intuitiã, habebant tamen fidem, qua credebant aliis articulis, & qua huic quoque credidissent, si non ipsi propriis vidissent oculis. Proferes deinde Apostolum, qui enumerans dona fidelibus collata distinguit scientiam à fide dicens: Alij datur scientia, alij fides. Hac autem scientia est notitia scripturæ sacræ (quam dicimus Theologiam) quæ potest cum fide stare secundum Augustinum dicentem, huic scientiæ tribuo illud, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Respondetur illic non agi de scientia strictè accepta, & à Philosopho descripta, sed de scientia iuxta primam acceptionem, qua utique cum fide consistit.

1. Cor. 12.

Lib. 14. de Trinit. c. 1.

-DISTINCT. 25. QV. 1.

Fuit ante Christi aduentum eorum qua nunc credimus fides necessaria?



Ria hinc diligenter veniunt expendenda, Primum quænam fides fuerit, pro quocumque statu post hominis lapsum viator.

*Fides infusa
semper neces-
saria.*

bus necessaria: deinde quis fidei actus, postremò
satisfiet quæstioni. Et quidem quantum attinet
ad primum, fides infusa semper fuit necessaria
cuilibet homini saluando. Nam sicut anima non
est Deo accepta, nisi charitate ornetur, & perficiatur
quantum ad voluntatem, sic nec est Deo
grata nisi fide infusa, quantum ad intellectū con-
similiter decoretur. Quocirca quemadmodum
hominibus ante Christi aduentum necesse fuit
charitatem habere, sic & fidem, & Deus ipse de
lege ordinata non perficit animam, nisi eam per-
ficiat totam, hoc est, secundum utramque poten-
tiam: Sicut & cum corpus sanat, totū curat. Dei
perfecta sunt opera. Istæ tamen virtutes abinui-
cem separari possunt: nam Christianus morta-
liter peccans charitatem quidem amittit, non fi-
dem, comprehensores quoque fidem non ha-
bent, cum in charitate perfecti sint, nam illa (as-
sertore Apostolo) nunquam excidit. Quantum
autem spectat ad secundum, Actus utique fidei
semper quoque fuit necessarius pro loco, tempore,
& aliis circumstantiis debitis. Quia quemadmodū
actus virtutū moralium semper cuilibet saluādo
necessarij fuerunt: sic & actus Theologicarum
virtutū, sine quibus actus aliarum non debite in
finem ordinātur. Quamobrem sicut quilibet pro
omni statu Deum diligere tenetur debitis con-
currentibus circumstantiis (cum sit præceptum
affirmatiuū) consimiliter quoq; in eum credere:
quod ex illo facile astruitur: Accedentem ad
Deum credere oportet, &c. Sed si inquiras quæ-
nam sint illa credibilia, Dico quòd modò sunt

*Io. 7. Deu-
ter. 32.*

*Fides &
charitas di-
stinguntur.*

1. Cor. 13.

*Fidei actus
semper ne-
cessarius.*

Heb. 11.

14. articuli credendi ab omnibus fidelibus, & id
quidem si ipsi articuli distinguantur penes ipsa
credita. Sin autem assignarētur iuxta numerum
Apostolorū, qui primò eos distinxerūt duodecim
solum erunt. Fuit quoque necesse pro quocūque
statu (post hominis lapsum) omnibus his impli-
citate credere, hoc est, habere habitū, qui ad his af-
fentiendū inclinēt: nec id sufficit, sed exquiritur
etiam actus distinctus, & explicitus non quidem
necessariò in quolibet fidei, etiam pro isto statu
quantum ad omnes illos articulos. Nam Deus
ipse (cuius onus leue, & præcepta graua nō sunt)
neminem ad impossibile obligat. Quocirca si
fuerit aliquis idiota, qui naturam, personam, aut
huiusmodi concipere, & intelligere nequeat,
non oportet ipsum explicitè credere essentiam,
vnitatem, & personarum prinitatem distinctè,
sicut debent primores Ecclesiæ, & eruditiores,
sed sufficit quòd credat (cum id non possit intel-
gere) sicut Ecclesia credit. Alios autem articulos,
qui facili labore adsequi possunt, sicut hī qui
concernunt naturam assumptam, qui & pas-
sim in Ecclesiis docentur, de quibus & solen-
nitates institutæ sunt, explicitè credere debent.
Maiores autem Ecclesiæ qui aliis præficiuntur,
& veritatis verbo, ac honestatis exemplo alios
in fide instruere debent, fidelis dispensator,
Sic nos existimet homo, &c. ad omnia expli-
citate credenda, & intelligenda tenentur, de
quibus ait Augustinus. Aliud est scire tan-
tummodò, quid homo credere debeat propter
adipiscendam vitam beatam, quæ non nisi

*Articulū
quot sunt.*

*Math. 11.
1. Io. 5.*

*Fides sim-
plicium.*

*Fides maio-
rum.*

*Math. 12.
1. Cor. 4.*

*Lib. 14. de
Trinit. c. 1.*

æterna est. Aliud est scire quemadmodū hoc ipsum & piis opitulerur, & contra impios defendatur, quod est maiorum in Ecclesia, aliter citò deficeret fides simplicium, quam & diabolus hinc temporibus, è mundo auferre conatur, cum suadet scripturam fore peruiā, ac facilem etiam mulierculis, & puellis, & abolenda esse Scholasticæ Theologiæ gymnasia, licet heretici eius ministri id non peruideāt, sed zelum absque scientia præ se ferāt. Quantum autem attinet ad questionem, & fidem patrum, illis utique necessaria fuit fides articulorum, sicut & nobis, habentes eundem spiritum fidei, &c. Omnes eadem escam manducauerunt, &c. Iesus Christus heri, & hodie, &c. Sed non ad eò explicite, quia non ita distinctè illis fuerunt prædicari, quare nec fuit necesse pro omni statu credere, quòd reparator humani generis foret Deus, & homo nasciturus ex virgine, passurus in cruce, &c. Sufficiebat enim hæc cōfusius & generalius credere, vtputa quòd Deus ordinaret viā aliquam, qua humanum repararetur genus, siue per eius Filiū, Angelum, aut hominem purum id fieret. Hęc tamen fides cōfusa semper homini necessaria fuit, ad fidem cōsequendam, vnde, Iustitia enim Dei per fidem Christi. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ego sum via, &c. Ratio adici potest. Quemadmodum enim creator omnium Deus cuncta condidit dāns illis esse, sic & reparator lapsa natura principium est reparationis omnium. Quocirca vt fides creatoris semper necessaria fuit (Accedentem enim ad Deum oportet credere quia est)

Fides patrū.
2. Cor. 4.

1. Cor. 10.
Heb. vlt.

Rom 3.
10. 1.
19. 14.

Heb. 11.

ad salutem post lapsum hominis, sic & fides redemptoris saltem in generali, vt diximus, potissimum ante Moſis legem. Nam data lege tenebantur Israëlitæ distinctiorem habere fidem in mediatorum, propterea quòd explicatius foret illis Christus prædicatus in lege, Psalmis & Prophetis. Vnde & dicebat Saluator: Oportet impleri quæ, &c. Consummabuntur quæ scripta sunt de Filio hominis. Moſes enim illis promiserat prophetam: Suscitabit, &c. & alij Prophetæ fusiis: Potissimum autem credere debebant natiuitatem, passionem, resurrectionem, & aduentum ad iudicium, vt ait Magister post beatorum Augustinum. Ratio verò quare potius fides horum quatuor exigeretur est, quia cum nullus merito suo liberari possit ab originali, necesse fuit, vt crederent merito Christi se posse consequi salutem. In isto autem merito quatuor sunt consideranda, videlicet persona satisfaciens, modus satisfaciendi, eius præmium, & præmiandi modus. Quantum ad primum oportebat credere natiuitatem, pro secundo passionem, pro tertio resurrectionem, pro quarto aduentum ad iudicium. Quòd si dixeris non fuisse necesse hominibus credere ante Christi aduentum, quòd Angeli ignorabant: Illi autem ignorabant mysterium incarnationis, vt constat: Mihi enim omnium sanctorum, &c. Quærunt Angeli quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Respondetur nullam esse hanc consequentiam. Quauis enim (vt in pluribus) Angeli prius illuminentur, quàm homines: Ad ta-

Fides Israëlitarum.

Luc. vlt.
Mat. 20.

Deuter. 18.

Ephes. 3.
Esai. 63.

men non est absolutè necessarium. Potest enim Deus quippiam hominibus prius reuelare, & credendum proponere, quàm Angeli id sciant, etsi Angeli perspicacioris intellectus sint, quàm homines: nequeunt tamen propterea arcana diuina citius cognoscere, quàm homines, sed illa duntaxat quæ naturaliter cognoscuntur. Dices fortasse, cum dicat Apostolus, vnus dominus, vna fides, vnde fides habet suam vnitatem, postquam plura credenda sunt ipsis mortalibus proposita? Non vtrique ab vnitatem sui primi obiecti (quod est Deus) sicut alij habitus intellectuales, vt quælibet disciplina liberalis dicitur vna ab vnitatem sui subiecti attributionis, quia Deus non est obiectum credibilium omnium, nec in eo sic continentur, vt ex illo deduci possit, eo modo quo veritates alicuius scientiæ deducuntur ex suo subiecto attributionis, licet vt causa efficiens omnia credibilia contineat, quippe qui omnium sit causa: sed habet fides vnitatem suam ab vnitatem reuelantis credibilia ipsa. Nam fides eis assentire facit, idcirco quod à Deo reuelata sint, & hæc vna ratio in omnibus reperitur. Potest etiam asserere, quod ex sese suam habeat vnitatem.

DISTINCT. 26. Q. VNICA.

An spes sit virtus Theologica à fide, & charitate distincta?

Prob. 2. q.
Ephes. 14.

S

Pes definitur certa beatitudinis future expectatio ex Dei gratia, & precedentibus meritis proueniens, cumque Deum habeat immediatum obiectum virtus est Theologica. Deus enim nostra existit beatitudo. Porro ad Theologam virtutem strictim acceptam tres desiderantur conditiones. Prima habere Deum pro obiecto immediato. Altera immitti, seu dirigi à regula prima humanorum actuum (quæ est supernaturalis veritas) non à prudentia acquisita. Tertia, quod immediatè à Deo infundatur, tanquam à causa efficiens. Et hac ratione fides, spes, & charitas acquisitæ non sortiuntur nomen Theologicæ virtutis, sed duntaxat cum ab ipso Deo nobis donantur: Veruntamen si fusiùs aliquantulum nomen ipsum Theologicæ virtutis acciperis, quomodo passim accipitur, adimásque postremam conditionem, tres illæ virtutes nuncubuntur Theologicæ, siue immittentur à Deo, siue frequentibus conquirantur actibus. Quemadmodum igitur de fide dictum est quod sit duplex, nempe acquisita, & infusa, & acquisita non sufficit absque infusa (quæ tamen ratione ostendi nequit naturali) consimiliter & de spe dicendum est. Cum enim suprema rationis portio, seu voluntas ipsa immediatè Deo subdatur, non perficitur perfectissimè ab aliquo agente creato: sed operæpretium est vt immediatè ab ipso Deo perficiatur infundente supernaturalem habitum. Hoc autem constat ex sacris literis, dicente Apostolo: Nunc autem manent, &c. 1. Cor. 13.

Spes quid sit.

Virtus Theologica tres requirit conditiones.

Spes duplex.

& assertionibus sanctorum doctorum. Ratio siquidem naturalis id demonstrare nequit. Distinguitur autem à fide & charitate, vt constat ex ipsarum actibus: Siquidem fidei actus est credere, non desiderare, quod est spei actus. Charitatis verò actus est amare amore iustitiæ, id est, diligere propter perfectiones, & bonū dilecti. Spei autem actus est amare amore concupiscentiæ, seu desiderare Deum ipsum, vt est merum bonum, quies, & fœlicitas. Præterea actus charitatis esse potest absque actu spei, hoc est, potest Deus diligere sine tali desiderio. Hoc insuper astruitur ex Anselmo, Qui in voluntate duas constituit affectiones, videlicet iustitiæ, & commodi. Quemadmodum igitur duæ illæ affectiones in voluntate distinctæ sunt, ita & habitus eas perficietes, & ad actus proprios eas inclinantes, distincti erunt. Charitas enim perficit voluntatem, vt est affectiua affectionis iustitiæ, qua fertur in Deum vt est bonus in seipso. Spes verò vt est affectiua affectione commodi, qua concupiscit Deum, vt sibi ipsi concupiscit bonum. Erunt proinde distinctæ hæ virtutes nedum ratione actuum (qui sunt amare, & desiderare) sed etiam ex subiectis, & susceptiuis immediatis, quæ sunt voluntas duplici illa affectione affecta. Sed obiciet beatitudinem naturaliter concupisci secundum Augustinum: igitur ad hanc desiderandam non est necessaria supernaturalis virtus. Respondetur eum locum intelligi de beatitudine in vniuersali, quæ ex naturalibus affectione commodi concupiscitur. Quia secundum Anselmum, Com-

moda

moda nolle non possumus, non autem de beatitudine in particulari, quam fide cognoscimus. Hæc enim ex naturalibus, aut fide acquisitis non perfectissimè desideratur sine spe infusa. Præterea obiciet virtutem Theologam non consistere in mediocritate quadam perinde ac moralis, cum in earum actibus nequeat esse excessus. Nullus enim potest plus æquo in Deum credere, eum desiderare, ac amare: Atqui spes media est inter duo extrema vitiosa, nempe præsumptionem & desperationem, igitur erit erit Theologa virtus. Respondetur virtutem Theologam consistere in medio, quemadmodum & moralis, licet non omnino consimiliter. Virtus enim moralis habet excessum, & defectum dupliciter. Primò ratione modi actus, quia potest aliquod obiectum immediatè consequi excedendo, vel deficiendo in ipso actu, licet non fuerit excessus, aut defectus in obiecto, vt cum quis auidius comedit etiam cibum, qui sibi est in quantitate & qualitate conueniens, aut lentius, quam par sit. Consimiliter dicas de aliis virtutibus à Temperantia. Virtus autem moderatur actum huiusmodi efficiens, vt mediocriter feratur circa tale obiectum ipsa potentia. Secundò ratione ipsius obiecti, nam fieri potest, vt obiectum sit maius, vel minus plusquam expedit, vt si quis plus cibi, aut minus assumeret quam eius incolumitati conueniret, & sic de aliis. Virtus verò tunc reducit ipsum cibum, aut etiam eius materiam ad mediocritatem. Virtus autem Theologa habet medium duntaxat altero modo, vt vide-

Dd

Spes à fide et charitate distinguitur.

De casu diaboli c. 14. & de concordia. cap. 9.

Libr. 13. de Trinit. c. 5.

De concordia cap. 9.

Eccles. 19.

1. Cor. 13.

licet ex parte actus, quem moderatur: & hoc pacto fides est media inter leuitatem, qua quis firmiter assentit, & cui non est assentiendum iuxta illud: Qui citò credit leuis est corde, & inter pertinaciam, qua quis respuit fidem adhibere credendis, nisi ei ratione naturali demonstrantur, qua detinebantur olim Iudæi, & gentiles, ne in Christum crederent, de quibus Apostolus: Iudæi signa petunt &c. Consimiliter dicas de spe & charitate: ex parte verò obiecti non est medium aliquod, quia obiectum virtutis Theologicæ est infinitum, Deus videlicet.

DISTINCT. 27. QV. VNICA.

Est ne virtus aliqua Theologica, quæ ad diligendum Deum super omnia inclineta

Charitas
quid sit.Charitas vir-
tus Theolo-
gicæ.

Charitas est virtus, qua Deus propter se diligitur, & proximus propter Deum, vel in Deo: cui cum virtutis Theologicæ conditiones competant, virtus est Theologica. Habet enim Deum pro obiecto immediatè: deinde innititur immediatè primæ regulæ humanorum actuum. Postremò à Deo quoque infundi potest, & propterea nata est supremam animæ potentiam vt puta voluntatem, vt est effectiua affectionis iustitiæ perficere.

quæ perfectissimè ab alio, quàm à Deo perfici nequit. Distinguitur autem à fide, vt liquet ex ipsis actibus, quia actus eius non est credere sicut fidei. Consimiliter & à spe; nam actus eius non est desiderare Deum vt commodum amantis, veluti est actus spei, sed actus charitatis est diligere Deum in se, & propter se, hoc est propter suam maiestatem, & immensas eius perfectiones: Quauis enim nullum prorsus à Deo beneficium reciperemus (quod fieri nequit) adhuc nihilominus charitas ad dilectionem Dei inclinaret. Sed quod est obiectum formale, & præcipuum huius habitus charitatis, & ipsius actus ad quam inclinatur, seu quæ est propria ratio in Deo, ob quam charitas fertur in ipsum, siue quæ nos mouet ad diligendum ipsum: Ea profectò est triplex, Prima & præcipua, quæ etiam sola sufficeret, imò non est alia strictim loquendo, est essentia, natura, & diuinitas Dei in se, hæc enim sola causa est, quare Deus sit obiectum omnium Theologarum virtutum, quod probatur, quia potentia habens aliquod obiectum commune (vt auditus sonum) nequit perfectissimè quietari, nisi in perfectiori singulari contento sub illo communi, vt sensus auditus non quietatur perfectissimè, nisi cum sonum concinniter sonorum percipit. Et visus non nisi in pulcherrimo colore &c. Atqui potentia rationalis, siue intellectus fuerit, siue voluntas, habet obiectum adæquatam ipsum ens in se, seu in communi, igitur quietari nequit nisi in omnium entium perfectissimo, quod est Deus ipse est non

Charitas distin-
guitur à fide,
& spe.Charitatis ob-
iectum.

quatenus creaturis benefacit, sed sub ratione deitatis duntaxat. Vnde facile colligitur, quod Deus in quantum Deus, sit charitatis obiectum. Prædictis adnecte illud Psalmistæ: Satiabor cum apparuerit gloria tua, & illud Augustini: Inquietum est cor nostrum & cætera. Secundò ratio mouens ad diligendum Deum, est ipsius in creaturas beneficentia, & liberalitas ampla. Quemadmodum enim nos ipsi amamus aliquem propter eius honestatem & virtutem, deinde & quia ille nos redamat, sic quod vtrumque horum nos mouet seorsum ad eum diligendum, consimiliter accidit & in Dei amore. Siquidem nedum infinita eius bonitas nos ad eius allicit dilectionem, verum quoque amor, quem ipse circa nos habet. De quo, Ego diligentes me diligo, & cætera. Qui diligit me & cætera. Ipse prior dilexit nos & cætera. Et ad hanc causam reducentur omnia beneficia nobis à Deo collata, vtputa creationis, conseruationis, reparationis, dispositionis ad beatitudinem. Omnia enim hæc concernit charitas ipsa ex æquo, & non magis vnum, quam alterum, & singula nos excitant ad redamandum Deum, iuxta admonitionem Ioannis: Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Tertia ratio, & causa mouens nos ad diligendum Deum est, quod ipse sit bonum nostrum beatificum, seu quod ipse sit nos donaturus vita æterna, & felicitate, quæ in ipso consistit. Sed potestne voluntas sine infuso habitu Deum super omnia diligere? Potest sanè saltem in statu naturæ institutæ,

Proverb. 8.

Galat. 2.

Ioan. 4.

Tertia ratio.

quod patet: nam voluntas potest ferri in illud, quod naturalis ratio ostendit, & dicat esse diligendum. Sed intellectus ex puris naturalibus potest ostendere bonum infinitum, quale est Deum esse summè diligendum, ergo & voluntas poterit se huic dictamini conformare. Præterea philosophus vult, quod fortis politicus secundum rectam rationem pro bono reipublicæ debet se morti exponere. (Qui enim non sperat aliquod præmium post hanc vitam, cum animæ immortalitas ab ipso Philosopho non fuerit cognita, sed circa ipsam fuerit ambiguus) Igitur multo magis erit diligendum bonum diuinum, quam bonum alicuius particularis reipublicæ, & pro eodem sese morti exponendum. Hic autem tria sunt obseruanda. Primum qualiter sit intelligendum Deum esse super omnia diligendum. Deinde quomodo ad hoc rationalis creatura obligetur, Tertiò quod licet ex puris naturalibus possit quis Deum diligere, nihilominus charitas infusa necessaria sit, & propter quam causam. Quantum ad primum illud (super omnia) potest bifariam intelligi. Primò extensiuè, vtputa quod Deus diligatur, plus quam omnia alia entia, & potius eligat homo omnia alia entia non esse quam Deum, et hoc modo optimè accipitur: Nam nihil aliud à Deo, nec omnia simul sunt æquè appetenda, vt Deus. Secundò potest intelligi intensiuè, vtputa quod ex maiori affectu velit quispiam Deo bene esse, quam

*3. Ethic. c. 3
& 9. cap. 9*

*Qualiter Deo
super omnia
sit diligend.
& quomodo
rationalis
creatura ad
id obligetur.
Charitas in-
fusa est neces-
saria.*

alicui alteri, & hoc nedū fortius, & firmitus (vt aliqui asserunt) sed etiam tenerius, & ardentius, qui etiam sensus verus est. Siquidem quemadmodum diligere Deum super omnia extensiuè tenemur, ita maiori etiam affectu voluntatis, quàm aliquod aliud. Exemplum autem quod alij obiiciunt de matre tenerius & ardentius filium diligente, patre vero fortius, & firmitus, quia maiori se periculo pro filij amore exponeret, & hoc pacto asserunt Deum debere firmitus quidem super omnia diligere, aded quòd nihil possit ab eius amore hominem auellere: Sed non oportere ipsum super omnia tenerius, & feruentius diligere, propterea quòd sepiusculè contingat hominem feruentius creaturam diligere quàm Deum nihil probat, quia solum hoc magis diligitur, quod firmitus amatur. Quòd enim feruentius aliqui dicantur diligere, qui tamen firmitus non diligunt, hoc non prouenit ex aliquo amoris voluntatis excessu, sed ex aliqua amoris sensitiui passione, perinde ac aliqui deuoti sentiunt nonnunquam maiorem dulcedinem aliis in amore Dei solidioribus, & qui promptius martyrium sustinerent, quàm habentes eam spiritualem dulcedinem, quæ non est elicitus voluntatis actus, sed passio quædam actui retributa, qua Deus allicit, & nutrit paruulos, ne in via deficiant. Quòd si obiicias ex hoc consequi nos posse pro statu isto implere præceptum illud: Diliges Deum tuum ex toto corde, & cætera, cuius

Deuter. 6.

tamen oppositum tenent Augustinus, & Anselmus. Respondetur quòd illud præceptum & intensiuè, & extensiuè in hac vita expleri potest, quantum ad substantiam actus & intentionem præcipientis, Dei videlicet, qui non intendit nos obligare supra vires: sed non potest ad impleri quantum ad omnes conditiones, quæ explicantur illis particulis, Extoto corde, & cætera. Propterea quòd nequeat esse tanta virium, & potentiarum recollectio, vt amotis quibuscumque impedimentis intellectus, & voluntas toto in Deum conatu ferantur, & sic intellexerunt Augustinus, & Anselmus. Nam asserere præceptum illud duntaxat datum fuisse, vt quid agere debeamus, & in cælo perpetuò sumus acturi cognosceremus, absurdum est: Nam pari ratione datum fuisset præceptum de visione Dei, vt Deum videlicet intueamur, non quidem vt impleretur, cum non sit possibile, sed vt sciremus quo esset tendendum, & quid in patria à nobis agendum foret. Quantum ad secundum, videlicet quantum teneamur Deum super omnia diligere, dico quòd illud præceptum est affirmatiuū, quocirca nedum obligat ad fugiendum eius oppositum, vt puta odium ipsius Dei, sed etiam obligat pro aliquo tempore ad actum amoris eliciendum. Et tempus illud determinatur illo præcepto, Sabbata sanctifices &c. Et ecclesia adhuc specificauit tempus, quo fit sacrum, seu Missa celebratur die Dominico, vt patet ex iure canonico. Et de hoc dictum est superius.

Præceptum primum in hac vita impletur.

Qualiter Deum diligere debeamus.

Exod. 20. & 16.

C. Missas de consecrat. dist. 1.

Charitas infusa an supponenda.

Lib. de Doctri. Christi. cap. 5.

8. Ethic.

9. Ethic. c. 4.

Quantum ad tertium, videlicet quando sit ponenda charitas infusa: dico quemadmodum dictum est de fide, & spe, quod naturali ratione astrui nequit, sed fide duntaxat accedentibus auctoritatibus sacrae scripturae, & interpretatione Sanctorum Doctorum, & maxime diui Augustini. Congruitas tamen adferri potest: Nam probabile est supremam animae potentiam non posse perfectissime perfici, & disponi ut in Deum feratur nisi immediate à Deo, quare charitatem diuinitus infundi rationi est consonum, & id quidem ut primò potentiam perficiat, ac decoret. Deinde ut concurrat cum potentia ad actus substantiam, ipsum intentionem reddendo. Postremò ut reddat potentiam ipsam, & actum Deo grata, & accepta. Obiicies fortasse Philosophum asserentem non esse amicitiam ad Deum, propterea quod Deus incomparabiliter excedat creaturam, & amicitia sit inter aliquo modo aequales. Respondetur amicitiam strictè acceptam (quae requirit aequalitatem amicabilium secundum Philosophum, non esse creaturae ad Deum ipsum, sed bene si accipiatur extensius. Et consimiliter accipiendum est illud eiusdem Philosophi: Amicabilia ad alterum mesurantur ex his quae sunt ad ipsum, id est, dilectio qua quis se diligit est mensura dilectionis, qua amicum diligit: Hoc inquam intellige de amicitia strictè accepta, quo modo ille Philosophus accipit.



Haritas quidem habitus est, quo Deus charus habetur, pariter & proximus, dicente Ioane: Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Nam si quispiam priuato amore sic Deum diligeret, ut nollet condiligentem habere, seu Deum ab aliis amari (quomodo zelotipi suas diligunt uxores) ille utriusque male ageret, & Deo displiceret, qui cum sit bonum commune, non vult esse alicuius bonum priuatum: Vnde Moses dicebat Iosue: Quid amularis pro me? Qui tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum? & Dimitte eis hanc noxam, &c. Et Apostolus: Optabam ego anathema esse, &c. Habitus igitur, qui ad diligendum Deum inclinat, inclinat etià voluntatem, ut velit Deum etiam ab aliis diligi. Et sic charitas habet Deum immediate pro obiecto, & omnia alia pro obiectis mediatis, quorum amor in Deum ipsum refertur. Nam per habitum charitatis diligitur quidem proximum, sed non propter se, sed propter Deum, quem desideramus à proximo diligi, & hoc pacto expetimus proximo maius bonum, quod habere possit, quia bonum iustitiae. Est autem proximus, quilibet cuius amicitia est Deo grata, quales sunt beati in caelis, idè absolute posse desiderare Deum ab eis diligi. Quantum attinet ad viatores in

*1. Ioan. c. 4.
Charitas inclinat ad diligendum Deum, & proximum.*

Numer. 11.

Rom. 2.

Proximus quis.

DISTINCT. 29. Q. VNICA.

communi etiam velle id debeo, quia supponendum est aliquos esse Deo gratos. In particulari verò dubium est de quocunque viatore signato. Ideò nõ absolutè, sed sub conditione debeo velle ipsum à Deo diligì, videlicet si placet ipsi Deo. Non enim debeo desiderare Deum diligì ab aliquo, cuius dilectio nõ est ei grata, & à quo non vult diligì, quales sunt dæmones, infideles, hæretici, & in peccatis obstinati: sed debeo istis desiderare prius vt respiscant. Obiicies autem habitum quo diligitur Deus esse theologum, & ex consequenti habere solum Deum pro obiecto, & nullatenus proximum. Respondetur hunc habitum habere Deum principaliter pro obiecto, & secundariò proximum, vt amor in Deum quoque refertur.

DISTINCT. 29. Q. VNICA.

Teneturne quilibet post Deum seipsum maxime diligere?

Matth. 19.
c. 22.



Diligere seipsum post Deum quilibet debet.

Ubi mensura perfectior sit mensurato, & dilectio sui sit mensura dilectionis proximi, iuxta illud: Diliges proximũ tuum sicut teipsum, &c. consequens est, vt quilibet immediatè post Deum teneatur ex charitate seipsum diligere. Hoc etiam confirmatur ex rationibus, & causis, quæ mouent ad aliquem diligendum, quæ sicut bonitas, & vnitas, seu coniunctio, & studiorum seu actuum conformitas: Nam post Deum, qui est bonum infinitum, in quo est per-

LIBER TERTIVS. 214

fectissima bonitatis ratio nos mouens ad illum super omnia diligendum, occurrit in seipso alia ratio maxima, scilicet vnitatis, quæ perfecta est identitas. Igitur quilibet naturaliter inclinatur ad sui dilectionem post bonum infinitum. Inclinatio autem naturalis recta est, præcipuè cum est conformis rectæ rationi, & regulis diuinis in præsentiarum, iuxta illud: Miserere animæ tuæ placens Deo. Sed dices quod amator sui vituperatur à Philosopho. Respondetur Philosophum loqui de eo qui inordinatè, & immoderatè seipsum amat. Deinde obiicies & Gregorium super illud: Misit illos binos, dicentem ad seipsum, propriè dicitur charitatem habere: Sed dilectio in alterum tendit, vt charitas dici possit. Respondetur quod etiam amor, quo quis se ex charitate diligit refertur tandè in Deũ ipsum, tanquã in obiectum finale, & hoc pacto tendit in alterum, quia in Deum tanquã in principale obiectũ sui actus.

9. Eth. c. 9.

Luca 10.

DISTINCT. 30. Q. VNICA.

Utrum necesse sit ex charitate inimicum diligere?



Inimicos necessariò diligere satis superque constat ex illis Matthæi, Ego autè dico vobis, diligite inimicos vestros, &c. Dimittite, & dimittetur vobis, & ex parabola serui, qui respuebat debitum conseruo dimittere. Veruntamen obseruandum est quod inimicus bifariam considerari potest. Primũ, in quãtum inimicus nos odio proseques, & Deũ offendens, ac in peccato existens:

Inimici diligendi.
Mat. 5. et 6.
Matth. 18.

Inimicus dupliciter considerari potest.

Et hoc modo non est diligendus, quatenus videlicet est malus, & vitiosus. Hoc enim modo Propheta Regius inimicos oderat dicens: Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt nō sint. Item, Iniquos odio habui. Sed considerari potest, vt homo conditus ad Dei imaginem, Christi sanguine redemptus, regni cœlestis particeps, &c. Et hoc pacto diligi debet. Sic enim præceptū est nobis. Sed vt exactè præceptum hoc noueris, obserua illud bifariam accipi posse, sicut & quocunque affirmatiuum præceptum. Primum quod prohibeatur inimicū odisse dūtaxat eo præcepto. Secundò quod præcipiatur nobis actu positio inimicū diligere, & ei cōmodare, & benefacere, & utroq; modo accipi debet. Primum tamen est magis necessarium. Quando quidem præceptis affirmatiuis potius nobis eorū opposita interdicitur, quàm eorum actus exequi iubeatur. Magis enim vetatur idololatria primo præcepto, quàm Dei dilectio super oīa præcipiatur: Et plus offendit idololatra, quàm Deū diligere negligēs, & sic de aliis. Si sic igitur accipiatur præceptū, quatenus videlicet inimici odiū prohibet, potest intelligi vel de odio boni spiritualis, vel vitæ corporalis, aut boni tēporalis. Quantum ad spiritalia bona, qualia sunt, respicere à peccato, interesse factis, concioni diuinæ, Deum diligere, & reliqua quæ animæ salutē concernunt, hæc utique nemo inimico citra magnam offensam odire, seu nolle nequit. Quia fieri nō potest, vt Deum diligas, & nolis eum ab aliis diligi, quorum dilectionē nescis Deo fore ingratam. Quantum ad bona tem-

*Psal. 103.
Psal. 118.*

*Inimicus nō
odiosus.*

poralia quæ adiaphora, & indifferentia sunt, vt-pote quibus & bene, & malè vtj possumus, qualia sunt bona fortunæ, & sanitas corporis. Dico quoddā quemadmodum possum licitè expetere, vt Deus ob mea peccata illis meipsum priuet, & in paupertatem, vel infirmitatem coniciat, si fuerit illi gratum, & salutem animæ meę expediens: Idem quoque posse circa proximum, vt eius peccata corrigantur, si videam illum abuti sospitate, & bonis externis in Dei offensam. Horum enim priuatio esse potest respicientiæ causā, vt patet in Manasse, Filio prodigo, &c. Cauendum tamen ne rancor, aut vindictæ appetitus latens sub prætēso iustitiæ zelo ad id moueat potius quàm syncerus Christi, & salutis eius amor, ac vera & Christiana charitas. Eadem quoque ratione, & sine gaudere possum, si hæc inimico iā acciderint. Quantum ad vitā corporalē, non potest quis absolute eam proximo nolle, seu velle simpliciter eius mortē etsi fuerit inimicus: Quia non possumus desiderare alicui absolute illud per quod impeditur quominus, & respiscat, & Deū diligere possit. Post mortē autē nulli salutis via patet: Vnde Ioānes: Venit nox, &c. Sub cōditione tamen potest quis licitè proximo corporalem expetere mortē, vt puta si credat eū perseueraturum tandē in malitia: tunc, in quā, potest eius mortē desiderare. Et id quidē ne impediatur, aut retrahat factos à vero Dei cultu, vt faciunt infideles, & heretici. Deinde ne ipse addens peccata peccatis thesauriseret sibi iram in die iræ, & acerbius apud inferos propterea crucietur. Hac pietate mota Sancta

Ioan. 9.

Anastasia (vt habetur in Legenda B. Grifogoni) scribitur eidem sancto de Publico eius viro quatenus Deum precaretur, vt si prouideret Deus ipse eum in infidelitate mansurum, iuberet eum locum dare sanctis, quod ei melius esset animam exhalare, quam Dei Filium blasphemare. Hoc zelo motus Apostolus dicebat: Vtinam abscondantur, qui nos conturbant. Vide Deuteronomium. Helias cōsimiliter interpellabat aduersus idololatrias: id igitur omnibus quoque iustitiæ zelo licet, nullatenus verò vindictæ appetitu. Si aduersus prædicta obiicias, quod iudex absolute rei mortem velit, cum contra illum sententiã mortis proferat: item & licet iudicis sententiã exequens, qui tamen non delinquant. Respondeatur quod illi non debent absolute proximi mortem velle, sed propter scelera, quæ commisit, & vt seruetur pacificus conuictus, ac cæteri sint ad iniuriam tardiores: quinimò desiderare, ac velle debent ipsum non admisisse flagitia ob quæ mortem demeruit. Quemadmodum & in præcedenti casu debet quis desiderare eum, qui Ecclesiã, seu bonos persequitur non esse reprobum. Quocirca cum tristitia quadam in his casibus iniquorum mors est opranda, dolendo de eorum iniquitate, & obstinatione. Quantum autem ad secundum præcepti intellectum, vt puta quod nos iubeat etiam inimicis benefacere, istud sic accipe: Si inimicus ad veram Dei religionem, & legis diuinæ absque tua instructione peruenire nequeat, aut à peccatis sine tua correctione respiscere: tenebis profecto tunc necessarid (si adsit facultas)

Gal. 3.
Dent. c. 13.

Inimicus est
benefaciendū.

illum instruere & commonere (vnicuique enim Deus mandauit de proximo suo) potissimum si competat sibi ex officio, saltem orando pro eius conuersione. Non enim potest quis (citra offensam) quempiam sua priuare oratione. Quemadmodum enim malus esset stomachus, qui nollet suam ipsius sustentationem manui, aut aliis membris proficere: sic & Christianus, qui nollet actus suos bonos aliis Ecclesiæ membris prodesse: Et hæc analogia desumitur ex Apostolo: Et Christus ipse ait apud Matthæum, Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus vos. Si autem inimicus aegritudine laboret, aut externorum patiat penuriam bonorum, & fuerit in maxima necessitate extrema, vel circiter, debet etiam quilibet (si possit) benefacere ei, nisi adeò malus esset, & in sceleribus obstinatus, quod nullatenus respiscere vellet, & verè pios à Dei cultu, & eorum salute impediret, tunc non teneretur ei subuenire: quia etiam in illo casu posset (vt dictum est) iustitiæ zelo infirmitatem, & paupertatem eidem desiderare, vt respisceret. Consimiliter quoque de vita corporali dici posset, si quispiam fame moriretur, aut aquis mergeretur, & cætera. Primum tamen, & perfectius esset in omnem euentum, proximo etiam inimico vitam seruare: quia si fuerit malus pie existimandum est quod corripiatur. Extra necessitatem, non tenetur quis necessitate salutis inimico quocunque subuenire. Ex prædictis facile colligitur animi rancorem, & odium circa inimicum

1. Cor. 12.
Matth. 6.

efficaciter dimittedum esse, siue veniam petierit, siue non. Signa autem rancoris in effectu, & gestu dimittere, est perfectionis secundum Bonauenturam: Neque ad hoc quis tenetur, nisi cum humiliter veniam postulet inimicus: Et id elicitur ex illo Luca: Si reuersus fuerit ad te dicēs, Pœnitent me, dimitte illi. Sic enim accipitur is locus. Actionem verò in iudicio non tenetur dimittere. Licet enim iniuriam sibi factam, & damnum in iudicio prosequi etiam post reconciliationem: & is qui est in culpa satisfacere tenetur. Sed hoc est perfectionis: Tamē in foro Dei debet illi pœnam æternam dimittere. Aduersus prædicta, quæ de inimici dilectione asserta sunt obiicit quispiam quòd Christus Phærisæo interroganti, quisnam esset illorum proximus. Respondetur, qui fecit misericordiam cum illo. Ex quo subsequi videtur eum nobis esse proximum, qui beneficus est, & nostri miseretur, quod inimicus non præstat, ergo non intelligitur nomine proximi ipse inimicus. Respondetur quòd nēdum Samaritanus erat proximus ipsi Iudæo, sed & Iudæus ipsi Samaritano. Proximus enim dicit relationem æquiparentiæ, sicut & amicus, & frater, & talem habuit eum Samaritanus. Nam licet Samaritani, & Iudæi capitales essent, tamen Samaritanus videns suum inimicum ita vulneribus affectum, vt esset morti propinquus illi benefecit. Quilibet enim cui benefacere possumus noster est proximus. Vnde Christus in fine parabola addit: Vade, & tu fac similiter, hoc est, exerce misericordiam tuā in eum qui opera tua indiget, etiam

Luc. 17.

Luc. 10.

etiam si inimicus sit, & iudica non amicum tantum, sed etiam inimicum proximum tuum esse. Dices adhuc inimici dilectionem non contineri in decem præceptis, quorum obseruatio ad salutem sufficit. Respondetur quòd sufficienter in illis continetur. Nam præcipiunt ne occidamus, furemur, &c. Illis enī explicatur dilectio Christi. Præterea in contrariis tenetur consequentia in seipsis, igitur si amicus est diligendus, inimicus est odio habendus: nam sunt contraria. Respondetur illud esse verum in contrariis percisis, hoc est, quæ non possunt vni contrariorum extremo conuenire, vt album visum disgregat, ergo nigrum congregat. In aliis autem non valet: nō enim sequitur, Album est calidum, ergo nigrum est frigidum, quia ambo prædicata harum propositionum possunt eidem subiecto conuenire.

2. Topic.

DISTINCT. 31. QV. VNICA.

Manebitne charitas in patria?

Nillus quidem habitus concedendus est frustra in beatis permanere, hoc est cuius inclinatio nihil profit tūc. Quocirca cum fides inclinet intellectum ad credendum in Deum latentem, & in enigmate, & per speculū cognitū, vt patet ex Apostolo, qui dicit esse substantiā sperandarū rerū &c. Et spes voluntatē propensam reddit, vt desideret Deum sibi commodū, & bonum absentem tamen. Nam spes quæ videtur non est spes. Non permanent igitur hi duo habitus in electis propter eam causam, vel maximè quia su-

Hebr. 11.

Rom. 8.

Fides et spes enachabuntur

E c

perfluere in ipsis essent, cum ad actum nullum incli-
narent. Nam obiectiue Deum facie ad faciem
videbunt, & sicuti est, & ipsum perfecte posside-
bunt, iuxta illud: Tenebo eum, nec dimittam. Si
verò dixeris hos habitus potentiùs perficere in-
tellectum videlicet, & voluntatem, & ex conse-
quenti non superuacue in patria poni. Respon-
detur hos habitus perficere quidem potètiàs, sed
(vt aiunt) in ordine ad actus, hoc est, quatenus po-
tentiæ ipsæ faciliùs huiusmodi actus eliciant &
non absolute. Quod si in testes sensum gustus, &
vires animæ vegetatiuæ, ac alios sensus esse in ele-
ctorum corporibus, qui tamen nullos habebunt
actus, igitur & hi habitus remanebunt. Respon-
detur hocce sensus non frustrà in beatis esse, licet
nullos exerceant actus. Nam ponuntur propter
naturæ perfectione, & decorè essentialem. Cha-
ritas autem qua Deum, vt est in se bonus diligi-
mus, quippe quæ non inclinet ad diligendū Deū
ipsum distinctè, vt est in se presens, seu clarè visus
nec vt in enigmate, & per solam fidem intuetur,
sed indistinctè, hoc est, inclinat ad Deum diligen-
dū in se quomodo cunque illi obiciatur, siue per
speculum, siue per speciem: vti que non euacua-
bitur, quia inclinatio eius erit in electis, igitur &
ipse habitus. Huc accedit Apostolus dicens: Cha-
ritas nunquam excidit. Quod si obiciat ea quæ
nunc sunt ex parte, id est, imperfecta assertore
Apostolo euacuari in patria, igitur & charitatem
ipsam, cum in via sit imperfecta, sicut fides, &
spes. Responderetur quòd charitas in quantum est
ex parte euacuabitur, quia tolletur imperfectio,

1. Cor. 12.
1. Io.

Charitas nū-
quā excidit.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

& addetur perfectio, id est, secundum suam natu-
ram remanebit, sed tunc comproducet actus in-
tēsiōres, & perfectiores. Tunc enim perfecte ad-
implebitur præceptum illud: Diliges dominum
Deum tuū ex toto corde, &c. Adde quòd & alia
imperfectio consequitur fidem & spem (vt puta
obiecti latentia, & absentia) quæ non consequi-
tur charitatem. Quamobrem non est ita ex par-
te, vt est fides, & spes.

DISTINCT. 32. QV. VNICA.

Diligite Deum ex qualitate equaliter omnia?



Vanquam Deus ipse omnia diligit
quæ sunt, & nihil oderit eorum quæ
fecit, nihilominus, vt ait Augustin⁹
super Ioannem, inter ea quæ fecit di-
ligit magis rationales creaturas, in-
ter quas amplius quæ sunt membra vnigeniti fi-
lij sui. Porro huius dilectionis inæqualitas, seu
gradus non debet accipi secundū actus diligēdi
intētionem, sed tantū secundū boni desiderati
perfectionem. Diligere enim aliquem nihil est ali-
ud quàm aliquod bonū illi velle, seu desiderare.
Dilectionis igitur gradus, seu æqualitas, & inæ-
qualitas dupliciter expēdi potest. Primū ex parte
ipsius actus diligēdi, quatenus est à Deo, & hoc
pacto Deus æqualiter se & omnes diligit crea-
turas, quia is est actus vnicus in Deo vnum ha-
bens obiectum motiuum, nempe suam essen-
tiam, in qua relucent ipsæ creaturæ quæ ne-
queunt esse primum obiectum diuini intelle-
ctus, aut voluntaris, sed solum secundarium.

Sup. 11.

Deus omnia
æqualiter di-
ligit.

Quia tunc vilescerēt illæ diuinæ potentia, & is actus nullam in se intensiōem recipit, aut remissionem. Secus Deus ipse (apud quē non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio) mutaretur. Secundò potest attendi dilectio Dei ex parte obiecti, hoc est suæ essentia, & ipsarum creaturarum, & beneficiorū quæ eisdem confert: Et hoc modò non æqualiter se, & creaturas diligit, sed plus seipsum: deinde rationales creaturas diligit magis quàm irrationales, quia perfectiores eas condidit, & inter rationales intensius aliquas aliis diligit, vt puta illas quibus excellentiora prestat beneficia. Præterea ordine quodam diligit Deus primùm finem ipsum, nempe suam ipsius essentiam, & tunc voluntas eius est beata. Secundò vult seu diligit ea, quæ immediatè attingunt talem finē, quales sunt predestinati. Tertio vult ea quæ necessaria sunt ad ipsum assequendum, vt puta bona gratiæ. Quarto vult propter electos ea quæ remotiora sunt, vt est hic mundus sensibilis quatenus eis inseruiat, vt sic verum sit illud, Homo est quodammodo finis omnium sensibiliū. Hoc etiam modo Deus inæqualiter dicitur creaturas diligere, neque propterea quòd inæqualiter diligit, dici potest personarū acceptor: Idcirco quod hæc bonorū dispensatio non sit necessaria, seu secundum meritum ipsarum creaturarum, aut bonitatem earum, sed gratuita, liberalis, & omnino voluntaria. Quia sicut diligit aliquam creaturam, & acceptat sic in tali gradu, (in quo Deus vult) est bona, & non è contrario, & hoc potissimùm quantum ad existentiam, &

2. Physic.

perfectiōem naturalem. Nam ad supernaturalem oportet nos cooperari: Dei enim sumus 1. Cor. 3. cooperatores.

DISTINCT. 33. QV. VNICA.

Vtrum virtutes morales in voluntate sint, vt in subiecto?



N sola voluntate morales propriè reperiri virtutes, vel hinc maximè constat, quòd virtus sit habitus electiuus. 2. Ethic. Electio autem est actus voluntatis, vel rationis. Habitus verò est illius 6. Ethic. potentia, cuius est per se talis operatio. Ex quo subsequitur moralem habitum esse per se & propriè ipsius voluntatis, Huc accedit quòd virtus sit per se principium, seu causa efficiens actus laudabilis. Atqui nulli præterquam voluntariè agenti laus debetur, igitur & virtus erit in libero agente, cuiusmodi est libera voluntas per se. Quòd si obicias opinionem Aristotelis, item & Commentatorem, qui collocant eas in parte irrationali. Respondetur in appetitu sensitivo esse quandam qualitatem seu habitum ex studiosis actibus generatum, qui virtus quoque, sed extrinseca denominatione dicitur, & minus propriè quàm is qui est in voluntate inclinans ad actionem. Dices insuper voluntatem perfici sufficienter virtutibus rheologicis, & propterea non egere moralibus. Verum id quidem est respectu boni diuini, & eius quod in Deum refertur, sed non in quantum virtutis actus propriam habet

Virtutes morales sunt in voluntate.

2. Ethic.

1. Ethic. cap. 3. & 6.

*In Angelis
sunt virtutes.*

bonitatem homini conuenientem secundum propriam rationem. Sed suntne in Angelishuiusmodi virtutes? Id profectò nequit à nobis planè deprehendi, cum eorum conuersatio à nostra sit aliena, & scriptura sacra nihil de eo traderit. Possumus enim id concedere, nam Angelus mei custos potest mihi temperantiæ bonum velle, & id pluries, ex cuius actus (cum sit temperantiæ) frequenti elicitione, in eo aggenerabitur habitus temperantiæ. Possumus quoque huius oppositum tutari, huic innitentes rationi, quia virtus non circa quodcunque bonum versatur, sed circa arduum, & difficile, nisi habenti appetitum sensitium, qui natus est appetere oppositum talis boni, & voluntas eiusdem nata est appetitui condelectari. Appetitus autem sensitivus non est in Angelis, igitur nec virtus. Adde quòd & virtutis bonum bifariam appeti potest. Primò voluntate simplici, quæ est quædam obiecti complacentia: Secundò voluntate efficaci, utpote cum quispiam efficaciter laborat, ut opus adsequatur, si non fuerit impedimentum: Et hic actus est propriè electio assertore Philosopho, qui nequit esse in Angelo respectu virtutis moralis, quamobrem nec virtus ipsa. Obserua postremò virtutes, quæ dirigunt in discernendo esse in intellectu, reliquas verò in voluntate: & ita omnes propriè in parte sunt rationali, siue intellectiua. Obserua etiam prudentiam dici virtutem materialiter solum, eò quòd circa easdem aliarum virtutum materias versetur, non autem formaliter, quia non est operatio rectæ rationi

Lib. 3. Ethic.

Prudentia virtus materialiter.

conformis, sed potius ipsa est recta ratio, cui virtutis operatio conformatur: sed hoc intellige quantum est ex conditione directionis. Aliunde enim potest dici virtus formaliter, ubi actu voluntatis reflexo effectiue imperaretur ipsius prudentiæ actus.

DISTIN. 34. QV. VNICA.
Suntne idem habitus, virtutes, dona, beatitudines, & fructus?



Virtutes Theologas enumerat Apostolus ^{1. Cor. 13.} dicens: Nunc autem manent fides, spes, & charitas tria hæc, &c. & multis in locis. Cardinales verò seu morales explicantur à Sapiente ^{Sapient. 8.} sobrietatem, & prudentiam docet, iustitiam, & virtutem. Sobrietatem vocat temperantiam: & virtutem fortitudinem: dona autem Spiritus sancti, spiritus sapientiæ, & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: & spiritus timoris domini beatitudines, Beati pauperes ^{Matth. 5.} spiritu, &c. Sed ut horum noueris inter sese discrimen, obserua quòd (cum pluralitas sine necessitate non sit ponenda) in homine illi ponetur dumtaxat habitus, qui eidem necessarij sunt, ut rectè sese gerat circa quodcunque obiectum creatum, vel increatum, sed habitus septem virtutum ad id sufficiunt. Igitur (præter scientias speculatiuas, de quibus non agitur in presentiarum) nullus alius habitus simpliciter, & re ipsa à septem virtutibus distinctus ponendus erit à viatore. Quòd autem septem virtutes morales sufficienter

Virtutes septem homini sufficienter.

disponant circa quodcunque obiectum, parer. Nam tres Theologicae hominem circa Deum commodè disponunt. Fides intellectum perficit, vt Deum cognoscat: Spes & charitas voluntatem, vt in Deum feratur, illa desiderando veluti sibi bonum, hæc amando eum in se, id est propter eius perfectiones. Quatuor autem virtutes morales satis supérque viatorem disponunt, vt rectè creaturis omnibus vtatur. Prudentia quidem intellectum perficit, vt possit dictare, quid agendum, & fugiendum. Fortitudo, Iustitia, & Temperantia voluntatem. Iustitia quidem vt oprimè se gerat circa alterum: fortitudo, & temperantia circa seipsum. Temperantia immediatum subiectum est vis concupiscibilis, cuius obiectum est desiderabile, seu concupiscibile. Fortitudinis verò propinquum subiectum est vis irascibilis, cuius obiectum est vis offendens. Exemplum desume eius, qui baculum tenens panem cani porrigit. Obiectum enim concupiscibilis est panis, irascibilis verò baculus; Prædictæ ergo septem virtutes viatorem sufficienter perficiunt, quantum in hac præsentia vita perfici potest intelligendo per has virtutes, species quoque earum homini necessarias, quæ etiam inter beatitudines, dona, & fructus spiritus sancti explicantur. Quocirca nõ distinguuntur beatitudines, dona, & fructus re ipsa, aut simpliciter, sed sicut idem habitus. Nam quòd alius sit expressus beatitudinis donorum, & fructuum numerus, quàm virtutù, hoc ideo fit, quòd aliquæ septem virtutum species aliter exprimuntur in vno loco, quàm in a-

Virtutes, dona beatitudines & fructus non distinguuntur.

alio, & aliquæ quæ non exponuntur in vno loco, explicantur in alio, & non quòd sint alij habitus, qui non sunt earum virtutum species. Adde quòd & sacra scriptura eadem secundum rem exprimens, variis vertitur verbis, & terminis, & quæ alicubi omittit, alibi explicatius exprimit, & adiungit. Huc accedit Ambrosius in primo capite dona spiritus sancti nuncupans virtutes, & Gregorius in tertia expositione super illud Iob: Nati sunt ei septem filij, & tres filiæ.

*De Trinit.
1. lib. c. 1. de
sanctis, c. 20.
& ult.
Lib. 1. cap.
18. Iob. 1.*

DISTINCT. 35. QV. VNICA.

An sapientia, scientia, intellectus, & consilium, sint habitus intellectuales?



Sapientia quidem (cum sit charitas) est habitus appetitiuus includens scientiam, intellectum, &c. tanquam præmium quoddam, perinde ac voluntatis actus, actum intellectus præexigit. Scientia & intellectus circumloquuntur habitum fidei perfectum, & imperfectum. Cõsilium acceptum pro habitu est habitus prudentior: vnde tria posteriora sunt habitus intellectuales, non illi quidem qui à philosophis assignantur. Nam qui à philosophis præscribuntur naturaliter sunt, & in anima hominis generantur. Illa autem dona virtutes sunt, quæ per gratiam animis fidelium infunduntur, vt per eas rectè viuant. Horum autem rationes, & discrimen vide apud Magistrum hac distinctione.

*Sapientia,
scientia, in-
tellectus &c.
quoniam sunt
habitus.*

Suntne virtutes morales connexæ?



Vatuor hîc obseruabimus: Primū an morales virtutes inter se connexæ sint, aded videlicet, vt vna sine aliis haberi nequeat: Alterū an sint singulæ connexæ cum prudentia: Tertium an cum theologicis virtutibus. Quartū an ipsæ theologicæ adinuicē connexæ sint. Quātum attinet ad primū, virtutes morales inter se se haud connexæ sunt: Nam cū quælibet virtus sit hominis perfectio partialis, non totalis (quia sic aliæ superflue essent) & perfectibile pluribus perfectionibus possit esse perfectum secundum vnā illarum, licet non habeat alias, vt homo, qui quinque sensibus perficitur, potest perfectē videre, quamuis non perfectē audiat, nec ambulet &c. Poterit quoque quispiam temperantiam habere, licet fortitudinem, & iustitiam non habuerit: verum tamen non erit talis simpliciter moralis, seu studiosus, nisi omnes habuerit, perinde ac nec quiuis dicitur perfectē sentiens, nisi omnes bene dispositos sensus habuerit. Quod si obiicias Gregorium dicentem quod vna virtus sine alia, non est virtus omnino, vel minima est. Responderetur Gregorium loqui de virtutibus in quantum per illas meremur: quantumuis enim quis temperatus fuerit, si fortitudine in aduersis careat, aut iniuste se erga alterum gerat, non meretur sua

Virtutes morales nō sunt inter se connexæ.

2. x. moralium. c. 5.

temperantia. Vt enim actus alicuius Deo sint accepti, operæpretium est ipsum necdum esse ab in temperantia immunem, sed etiam ab aliis vitiis reliquis virtutibus oppositis. Respexit enim Deus primum ad Abel, & deinde ad munera eius: Proferes deinde & Commentatorem dicentem, non existente temperantia qualiter erit iustitia? Et idem asserit virtutes ad inuicem esse sorores, cui subscribit glosa in illud Apocalipsis: Ciuitas in quadro posita est, &c. Responderetur, quod quemadmodum sorores mutuo se iuuant ad conuiuendum, sic etiam ipsæ virtutes mutuo se intertenent, tamen vna non est altera, sicut nec sorores, nec vna ad alterius acquisitionem necessaria, nec vna alteram essentialiter perficit. Quantum ad secundum articulum, qui est de connexione earum cum prudentia, duo hîc sunt inquirenda. Primum de cuiuslibet virtutis cum sua prudentia connexione: et quantum ad hoc, dicendum est, quod rectum dictamen esse possit in intellectu absque recta electione illius dictati in voluntate. Poterit quoque prudentia esse in intellectu absque virtute morali conformi in voluntate. Huc accedūt plerique sacræ scripturæ loci, vt illud Matthæi: Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui tulistis clauem scientiæ, &c. Et illud Lucæ: Ille autē seruus, & illud Apostoli: Tu cū Iudæus sis, &c. Augustinus super illud Psalmistę, Fiat mensa eorum corā ipsis, &c. ait, quid est vitiis cōsentiētes, nisi sciētes nō debere consentire? Ecce norūt mucipulā, & pedem ponunt. Obiicias illud Dionysij, nul-

Super. 6. Ethicor. in principi. In 6. cap. ethic. Apoc. 21.

Virtus moralis non est cū sua prudentia connexa.

Matt. 23. Lucæ 12. Rom. 2. Psal. 63.

De diuinis nominis.

Lib. 3. Ethic.
Sapient. 2.

Excecatio
mentis unde.

6. Ethic. cap.
vlt.

lus operatur malum, ad malum respiciens &c. Et philosophus ait. Omnis malus ignorans &c. Cui consentit Sapiens; Excæcavit eos malitia eorum. Respondetur malitiam, intellectum dupliciter excæcare. Primò priuatiuè, cum voluntas ipsum à recta auertit consideratione ad contemplationem oppositi illius recti, aut saltem alicuius impertinentis. Secundò positiuè cum voluntas eligens aliquem finem malum præcipit intellectui vt contempletur, & inquirat media per quæ illud consequi possit: Et ex huiusmodi dictaminibus iniquis generatur habitus malus, qui dicitur error imprudentiæ, seu stultitiæ: sicut ex dictaminibus rectis generatur habitus prudentiæ. Sic igitur mala voluntas intellectum excæcat, non quidem efficiendo vt erret circa aliqua principia, sed quia est causa, quòd malus habitus generetur in intellectu: è contrario autem sunt connexæ. Nam virtus moralis nequit esse sine prudentia. Nulla enim electio potest esse recta moraliter nisi fuerit suæ regulæ, & mensuræ (quæ est dictamen rectum) conformis. Adde quòd & talis conformitas in virtutis definitione ponitur, igitur absque ea esse nequit. Alterum quòd hic inquiritur est, an omnes virtutes morales vni sint connexæ prudentiæ. Et vtique non sunt: Nam quæ admodum factibilia diuersa varias requirunt artes, nec est vna omnium factibiliū ars, ita diuersa agibilia prudentias diuersas. Et sicut aliquis potest esse assuefactus vni virtuti, & non alteri, sic potest esse propensus, & expeditus ad bene dictandum de vna materia alicuius virtutis, & non est

alterius. Cùm igitur Aristoteles ait prudentiæ vni inexisteri omnes inerunt, cui Commentator subscribit: Id non est intelligendum, quòd sit vna formalis prudentia omnium virtutum, sed virtualis solum: Aut si exponatur de vna formali, intelligendum est quòd illa sit perfecta non solum secundum intensionem, sed etiam secundum extensionem, vt omnes complectatur virtutes. Tertium in hac distinctione obseruandum est de connexionione virtutum moralium cum theologicis, quæ proculdubio non sunt connexæ. Nam ratio virtutis moralis potest in aliquo perfecte saluari absque virtute theologa, vt patet de Romanis. Huc accedit Augustinus in sermone de patientia, & habetur in decreto de hæretico & scismatico, si moriatur (inquit) ne neget Christum, nunquid eius patientiam cõmendabimus: Habet igitur talis patientiam sine fide, & charitate. Quapropter cùm Augustinus contra Iulianum ait, non esse perfectas virtutes sine charitate, propterea quòd habens virtutes reliquas sine charitate, nequeat in domino gloriari. Hoc accipiendum est non de essentiali virtutum perfectione, cùm in seipsis perfectæ sint sed de eis quæ ordinant hominem ad suum vltimum finem, qui est Deus, id est conducunt illi ad beatitudinem consequendam, quòd vtique absque charitate præstare nequeunt, vt dilucidius habet Apostolus: Si linguis hominum loquar, &c. Et quantum ad istud, non dicuntur veræ, sed imperfectæ absque charitate. Idcirco etiam dicuntur informes absque charitate, & formatæ per eam, quia charitas

Illo loco

Virtutes morales nō sunt Theologicis connexæ.

De penit. dist. 3. Cap. 5. Quis.

Lib. 4. c. 20.

1. Cor. 13.

*In sermo. de
operibus mi-
sericor.*

refert eas, & earum actus, & fines in Deum. Hoc modo interpretaberis etiā illud Augustini: Nostra charitas, quæ deseri potest nunquā vera fuit; id est, non perfectē coniunxit fini, seu beatitudini, & quantum ad hanc perfectionem, non fuit vera, licet in sua specie vera esset. E cōtrario quæ theologicæ non præsupponunt morales: Nā si quis adultus vitiosus baptisetur, aut pœnitentiæ sacramentum suscipiat, Theologas recipit virtutes, nō autem habet morales saltem acquisitas. An autem simul cum Theologicis infundantur morales nouit Deus, Doctores enim variant. Nam Theologicæ id præstare possunt, quod morales infusa. Fides enim docet modum qui seruandus est in actibus bonis, pariter & modum tenendum: Charitas sufficienter inclināt ad finem quem morales acquisitæ in suam spem nequeant adsequi. Quamobrem non est necesse ponere morales, nisi acquisitas in eas qui frequentatione actuum studiosorum eas concurrunt, & in eis solis remanēt in patria, vt enim aliis infundantur, qui eas non acquisierunt non est necesse pro beatitudinis perfectione. Quod si eas habituri sunt; iuxta aliquorum sententiā dici potest, quod in instāti primo beatitudinis illis infunduntur. Postremo Theologicæ virtutes nō sunt adinuicem connexæ, nā in beatis remanet charitas sine fide, & spe. In viatoribus, qui sunt in mortali fides, & spes sine charitate modo, in infidelitate, aut desperationē non prolābātur, tunc enim has quoque amitterent. In infusione etiā nō necessariō connectuntur, sed & diuina liberalitate,

*Theologica
virtutes non
sunt inter se
connexæ.*

quia Deus totum spiritualiter, sicut & corporaliter perficit hominem, intellectu per fidem, voluntatem per spē & charitatē. Obserua insuper fidem, & spem sine charitate esse virtutes, & in sua specie perfectas, sicut & morales, quatenus videlicet sunt causæ propriorum actuum respectu propriorum obiectorum: Sed perfectionem illā vltimam, qua perducunt hominem ad beatitudinem, sine charitate habere non possunt, nec possunt quicquam.

DE PRÆCEPTIS.

DISTINCT. 37. QV. VNICA.

An omnia Decalogi præcepta sint legis naturæ?

LEx naturæ est notitia de Deo, & Dei voluntate, quæ cōditis nobis mēti nostræ per Deum est indāta, qua intellectus cum generali Dei auxilio, & naturæ suffragio absque scriptura quauis, & extrinseco doctore agēda, & fugiēda cognoscere valet: De hac Apostolus: Cū enim gentes &c. Aliqua autem dici possunt legis naturæ bifariā. Vno modo, quia sunt prima principia practica nata ex terminis (id est ad quorum assensum enidentem generandum sufficiunt simplices terminorum apprehensiones) vel conclusiones necessariō, & euidēter ex eis illatæ, & hæc strictissimè dicuntur de lege naturæ, cuiusmodi sunt præcepta primæ tabulæ. Primū, Nō habebis Deos alienos corā me: Secundū, Nō assumes nomē Dei tui in vanū: Ex quibus necessariō subsequitur, quod si sit vnus Deus, quod is sit amādus, vt Deus, & nihil aliud hoc sit honore colendū, &

*Lex naturæ
quid.*

Rom. 1.

*Legis natura
ve duo gra-
dus.*

quod nulla ei irrogari debet iniuria, & in his etiam Deus dispensare nequit. Tertium præceptorum de sanctificatione sabbati, præcipit cultum Deo determinato exhiberi tempore, vt puta diebus festis. Et quamuis admittatur quòd sit iuris diuini, quantum ad interiorem Dei cultum, què exigit, non tamen quantum ad temporis determinationem. Ideò quantum ad hanc fieri potest dispensatio, propter necessitatem, & charitatem Dei, aut proximi. Hæc enim in omnibus dispensant exterius, iuxta illud Ozeæ: Misericordiam volo magis, quàm sacrificiū. Quocirca non peccauerunt Machabæi præliantes in Sabbato, nec Apostoli spicas vellentes, aut Christus diebus sabbati curans infirmos. Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatū. Altero modo quædam dicuntur legis naturæ, quia sunt ei multum consona, licet non necessariò, & practicis sequantur principiis, quæ ex terminis nota sunt: Et hoc modo omnia præcepta etiam legis naturæ, sunt legis naturæ, non autem primo modo, quia plura sunt præcepta legis secundæ tabulæ, vt non furtum facies, non occides, non mœchaberis, quia non sunt principia practica, nec conclusiones ex illis consequentes, quia bonitas præceptorum affirmatiuorum secundæ tabulæ, non est adeò necessaria ad vltimum finem (nisi lege posita) vt sine ea non possit quis saluari, nec malitia præceptorum negatiuorum secundæ tabulæ est adeo grauis, vt si non esset prohibita, impediret à vitæ æternæ consequitione. Prædicta hoc tibi exemplo erunt manifeste-

Ozeæ 6.

Lib. i. Mac.

cap. 2.

Matt. 23.

Mar. 2.

manifestissima. Suppone hoc principiū iuris positiui, pacificè in politia, seu communitate viuendum est: Hinc consequitur necessariò, quòd possessionum distinctio esse debeat inter ciues. Nam licet omnia forent communia, nihilominus pax & còcordia inter illos posset esse, quemadmodū erat in primitiua Ecclesia inter fideles, vt patet ex actibus Apostolorum. Sed distinctionem bonorum esse, plurimum pacificæ consonat conuersationi ob infirmos moribus, & improbos, qui propria bona còmunibus præferunt, & malunt sibi ipsis, quàm còmunitati prodesse. Quinimo omnia sibi appropriare malunt, quàm còmunitati. Prædictis obiicies Apostolum dicentem: Non mœchaberis, &c. Diliges proximum sicut teipsum. Igitur in præcepto dilectionis proximi includuntur præcepta secundæ tabulæ necessariò: vnde subsequitur, qui diligit proximum, legem impleuit, & Christus, in his tota lex pendet & Prophetæ. Sed proximi dilectio necessariò ex hoc sequitur præcepto, Deus est diligendus: Igitur de primo ad vltimum omnia præcepta secundæ tabulæ erunt conclusiones primi præcepti, & ex consequenti legis naturæ strictè sumptæ. Quòd autem sequitur patet, quia Dei amor nõ debet esse zelus propriè: sed cum Deus sit bonum còmune, debemus optare, vt omnes eum diligant. Respondetur quòd ex primo præcepto infertur quidè quòd debemus velle proxime diligere Deum, & tunc proximum maximè diligere: Non enī sequitur ex hoc, quòd debeamus nolle eius mortem, aut bona eius furari &c. nisi

Act. 2.

Rom. 13.

Matt. 22.

quatenus declaratum ira est à Christo, & Apostolo eius, non autem ut concluditur ex principiis legis naturæ. Quod verò præcepta secundæ tabulæ non sint legis naturæ strictè acceptæ patet, quia in talibus Deus non potest dispensare: sed dispensauit cum Abraham in homicidio, & cum Saule, & in furto cum filiis Israël. Rursum obiicies, præcepta decalogi semper debuisse seruari, igitur erant naturali nota lumine. Admitto id quidem, quod debuerunt semper obseruari, sed dico quod illa fuerant patribus primitiua à Deo reuelata, & patres eadem filios docuerunt, nec fuit necesse ea scribi, quia facile ea discere, & memoria tenere poterant; cum homines tunc longioris essent vitæ, & melioris dispositionis in naturalibus, quam subsequenti tempore. Quam obrem cum infirmitas & hebetudo, ac concupiscentia in genere humano creuisset, operæ pretium fuit tunc legem dari, quæ Deum & eius voluntatem demonstraret.

DISTINCT. 38. QV. VNICA.

Est ne omne mendacium peccatum?

Mendacium quid.



Mendacium assertore Augustino & falsa vocis significatio, cum intentione fallendi, & semper est peccatum, propterea quod ex ratione sua importet malam inclinationem, videlicet decipiendi alterum. Quæuis enim aliqui actus mali possunt accedente aliqua circumstantia bene fieri,

ut homicidium sententia iusta iudicis, aut Deo præcipiente, veluti præcepit, & ablatio rei alienæ. Nihilominus actus qui malam includit intentionem, nunquam potest bene fieri, quia malitiã habet inuolutam, ut adulterium: quia actum talem non solum significat, sed quod committatur cum aliena. Similiter furtum, quia non solum denotat rei alienæ ablationem, sed quod id fiat inuito quocunque domino & inferiori, & superiori. Eodem pacto sentiendum est de mendacio, quod non solum quorumcunque verborum prolationem significat, sed quod proferantur cum conscientia oppositi, & ex consequenti cum fallendi intentione: quocirca nequit vnquam bene fieri citra aliquam offensam. Huc accedit Augustinus in libro de mendacio: vide Magistrum sententiarum: Præterea mentiri est contra præceptum legis naturæ; Quod oderis tibi, vide ne alteri, &c. Nullus autem vult à proximo decipi, quando proximus tenetur illi veritatem dicere, quare nec alteri imponere debet. Præterea mendacium est contrarium virtuti necessariæ, nempe veritati, quæ est iustitiæ species, qua quilibet debet mentis conceptum proximo communicare. Postremo est abuti voce, quæ ad hoc concessa est mortalibus & vocabula adinuenta, ut ait Plato, ut præsto fiant voluntatis indicia. Mentiens autem non vitur vocibus veluti indicibus voluntatis, sed è contrario, igitur peccat quicumque mentitur. Sed ut noueris quale sit peccatum, obserua mendacium esse triplex, videlicet Perniciosum, Officiosum, &

Lib. 1. Reg. cap. 15. Exod. 1. 12.

Mendacium semper est peccatum.

Tob. 4.

In Timæo.

Mendacium triplex.

Mendacium perniciosum quid. Iocosum. Perniciosum est quod alteri nocet, vel in bonis animæ, vel corporis, vel externis, & huiusmodi ex deliberatione dictum semper est mortale, prohibitum eo præcepto, Non falsum testimonium dices. Non enim falsum testimonium solum est in iudicio, sed cum aliquis ex certa deliberatione asserit quod ignorat, vel cuius oppositum scit, cum intentione alium decipiendi. Officiosum est quod nulli nocet, & alicui utile est, vt mendaciū obstetricum Ægyptiarū. Iocosum est cum aliquis iocando decipere intendit, non tamē in aliquo, quod notabile proximo adferat damnum. Tale asserit Augustinus fuisse mendacium Ioseph, cum diceret fratribus suis, quod essent exploratores. Narrare enim fabulam, quam omnes qui audiunt sciunt non esse veram, vbi nullus decipitur, nec eius narrator decipere intendit est mendacium aliquod. Duo posteriora ex sua natura sunt tantum peccata venialia. Possunt autem ex aliqua circumstantia in perfectis fieri peccata mortalia. Illi verò dicuntur perfecti, qui vel sunt in statu perfectionis exercendæ, (vt Prælati ecclesiastici, & magistratus seculares. Vt vnde, Nemo adolescentiam tuam, &c. Vos estis lux mundi &c.) vel in statu perfectionis acquirendæ, (vt religiosi). Reliqui verò à Theologis imperfecti seu communes, ac seculares nuncupantur. Si igitur Prælati ecclesiastici, aut iudex politicus exercendo actus, qui ipsorum competunt statui (vt sunt prædicare, docere, iudicare) iocò, aut officiosè mentiantur, mortaliter peccant. Vnde Apostolus, Oportet seruum Dei o-

Mendacium officiosum. Exod. 1. Mendacium iocosum. Gen. 42. 1. Tim. 4. Matt. 5. 1. Timot. 2.

perarium esse inconfusibilem, rectè tractantem verbum Dei, & alibi: Veritas Dei in nostro mendacio abundare non debet. Huius autem causa est, quia aufert authoritatem doctrinæ, quam prædicant, iuxta illud Augustini. Si ad scripturas sacras admissa fuerint qualiumcunque iocosa mēdacia, nihil remanet in eis soliditatis: Si enim Prælati prædicans ioco mentiantur, existimabit populus seria & vera, esse cōsimiliter ioco dicta, idcirco illis non assentiet: & hoc pacto docentis auctoritas, & populi utilitas perit. Cōsimiliter de Iudice sentiendum est in solemnium iudicio. Istud autem intelligitur, quando talis ex modo quo iocosè mentitur non significat spectatoribus se iocosè loqui, & non seriò. Quod si id significet, poterit iocationem aliquam citra noxam miscere. Tunc enim non sequeretur propterea officij, aut doctrinæ contemptus. Præterea intelligitur quoque de his qui talibus asseruti sunt: aliàs iocosè, vel officiosè mentiri non est illis mortale, modò nullum imminet scandalum. Religiosus autem quia non ad plura quàm cæteri Christiani est obligatus, præter ea quæ vouit nisi doceat, aut prædicet; mentiendo prædictis modis non peccat mortaliter, magis quàm alius Christianus, nisi ratione sui status scandalum immineret imperfectis. Obserua præterea facta non esse expendenda ex scandalo subsequenti passiuo, & accepto, de quo Christus: Sinite illos, cæci sunt, &c. Sed de scandalo actiuo & dato, de quo apud Matthæum, Vt illi per quem scandalum venit. & apud Pau-

Roma. 3. In epistol. ad Hieronymū. Matt. 18. 1. Cor. 8.

lum: Si frater meus scandalisatur non manduca-
 lo &c. Hæc igitur mendacia non sunt magis
 mendacia in religioso, quàm in seculari. Quam-
 obrem cum Bernardus ait: Nugæ in ore secula-
 rium, sunt blasphemix in ore religiosorum, non
 intelligit quantum ad materiam, sed accipi de-
 bet ratione scandali imminentis. Obiicies ple-
 rosque in sacris scripturis commendari etiam
 quantum ad actus in quibus mentiebantur et-
 iam officiosè, vt Abraham dicens: Ego, &
 puer &c. Iacob dicens se esse primogenitum,
 Ioseph dicens fratribus quòd essent explorato-
 res, Item & abscondens scyphum in sacco Ben-
 iamin, Raab dicens exploratores abscondos ab-
 iisse, Iudith Rachel celans idola patris sui, &
 dicens sibi accidisse iuxta consuetudinem mu-
 lierum, Obstetrices Ægyptiæ dicentes mulie-
 res Hebræas callere artem obstetricandi, &c.
 Respondetur prædictos quidem in eis actibus
 commendari, sed non propterea quòd in eis
 mentirentur, sed ob pietatem, ex qua illos ex-
 cecebant actus. Insuper non inconuenit patres
 mentiendo, aut aliàs deliquisse venialiter, cum
 & aliquando (sicut Apostoli ante susceptio-
 nem Spiritus sancti) mortaliter peccare potue-
 rint. De facto tamen Abrahæ ait Iosephus,
 Quòd cum solus cum filio montem ascen-
 deret insinuauit illi, quòd esset miraculo
 diuino conceptus, &c. Et quòd si immolare-
 tur resuscitaret eum Deus, & hoc certò ex-
 pectauit Abraham, vt colligitur ex Apostolo:

Gen 22.

Gen. 27.

Gen. 42.

Iosue 20.

Iudith

cap 10.

Genes. 31.

Exod. 1.

Libro antiq.

Factum A-

brahæ expen-

ditur.

Rom. 4.

In repromissione etiã Dei, &c. Fide obrulit Isaac *Hebr. 11.*
 &c. suscitare, idcirco non est mèritus. Nec etiam
 Iacob, quia non fallere, sed dirigere patrem in-
 tenderet. Adhæc non intendebat asserere se es-
 se Esau quantum ad personam, sed quantum ad
 primogenituræ, & benedictionis dignitatem,
 quam sibi à Deo vindicarat. Deinde hic non mo-
 tu proprio, sed matris imperio, & Spiritus san-
 cti consilio, id peragebat. Sed dices, non est ma-
 ius peccatum simulatio in verbis, quàm in fa-
 ctis: atqui mendacium, seu simulatio in factis
 non est semper peccatum, vt patet in facto Da-
 uidis, qui coram Achis simulat se furere, & Ie-
 hu, qui simulabat se Baal colere, &c. Ergo men-
 dacium, in verbis non semper erit peccatum. Re-
 spondetur quòd simulare quidpiam contingit
 multipliciter. Primò potest quis signis externis,
 vt genu flexionibus, &c. pietatem ostendere,
 quam tamen non haber, & cum sit hypocrisis
 peccatum est. Secundò potest indicare signis ex-
 ternis, se non esse irretitum aliquo peccato, cui
 tamen addictus est sicuti luxuriosus, cum inter-
 cidit sermo de mulieribus in signum castitatis
 terram conspuat, & est consimiliter peccatum,
 nam ibi est hypocrisis, & sæpè est mortale. Ter-
 tiò potest quis aliqua signa externa ostendere,
 quæ spectantibus quidpiam significant, quod
 suapte natura non habent representare, vt per-
 mittere saliuam per barbam defluere ex se non
 insanæ mentis indicium est, fieri tamen potest,
 vt quibusdam id representet, & in aliqua natio-
 ne, & qui tale signum facit illud nouit, & hoc

*Factum Ia-
cob expendi-
tur.**1. Reg. 21.**4. Reg. 10.**Simulare an
licet.*

nullum est peccatum, quæ etsi non liceat cui-
piam mentiri, potest tamen quilibet pro suo aut
alterius commodo veritatem tacere, & occulta-
re. Tale autem erat Dauidis factum: Iehu autem
non excusatur à mendacio, quia nec à cultu Hie-
roboam recessit, nec fuit verus Dei cultor.

DISTINCT. 39. QV. VNICA.

Utrum omne periurium sit mortale peccatum?



Periurium considerabimus iuramenti
rationem, deinde periurij, tandem
iuramenti distinctionem. Iuramen-
tum imprimis est assertio dicti hu-
mani, & hoc vltimatè, hoc est per te-
stimonium, quo maius dari non potest, quia in
corroborationem dicti sui inuocat iurans diuinũ
testimonium, quo maius nullum est: Vnde Apo-
stolus: homines enim per maiorem se iurant, &c.
Si dixeris eos qui per creaturas iurāt, non iurare
per maius, & ex consequenti non esse ibi iuramē-
tum: insuper quòd talis non inuocat diuinũ te-
stimonium. Respōdetur, in omni iuramento in-
uocatur Deus, seu diuinum testimonium imme-
diatè, vel mediatè. Quādo enim iuratur per crea-
turas, hoc fit in quantum, in illis relucet Dei o-
pera & perfectiones, & ex consequenti diuinum
mediatè adhibetur testimonium: Propterea
Christus dicebat: Nolite iurare per cælum,
neque per terram, &c. Iuramentum deinceps
Christianis licitum est adhibitis tribus comiti-

*Iuramentum
quid sit.*

Hebr. 6.

Matth. 5.

bus, quæ ab Hieremia ponuntur. Iurabis ait Do-
minus in veritate, & iudicio, & in iustitia: In ve-
ritate inquam, & non pro mendacio, aut aliquo
dubio, sed pro illo solo cuius veritas est tibi certa
& explorata: In iudicio nāque discretionis, id est,
cum magna prudentia, & diligenti rei inquisi-
tione, non leuiter passim, & indifferenter. In iusti-
tia, id est pro iusta causa, & proximi, & rei publicæ
utilitate, nō pro refruola, turpi, aut illicita. Ad-
hibitis igitur his tribus iurare licet. Cū enim
homo fallere, & falli possit, & propterea non illi
credatur, quod per alios confirmare nequit, con-
cessum est vt inuocet illius testimoniũ, qui om-
nia nouit, & verissimus est, qui nec falli, nec deci-
pere potest, nempe ipsius Dei, cuius oculi in om-
ni loco contemplantur bonos, & malos. Ex his
colligitur periurium esse, cū in asseueratione
falsa diuinum quispiam inuocat testimonium.
Quàm græue sit, & quanta hoc pacto Deo irre-
uerentia inferatur, ex hoc liquet, quia peierans
adducit Deum in testem tanquam ignorantem
veritatem, & non omnia scientem, vel adducit
Deum, veluti volentem testificari, quod falsum
est, quo quidem quid potest esse Deo contume-
liosius? Offendit igitur talis mortaliter, si deli-
beratè peieret, transgrediens præceptum illud
primæ tabulæ, Non assumes nomen Dei tui in
vanum. Quæres verò an indeliberatio excuset
periurium à mortali peccato. Excusat profectò
quantumcunque quis frequenter peieret. Nam
ad actum vitiosum non minus requiritur, quòd
fiat cum deliberatione, & certò proposito, quàm

Hier. 4. ca.

*Iuramenti
comites.*

*Periurium
quid sit.*

*Periurium in-
deliberatum
veniale.*

ad actum meritorium; cum Deus prior sit ad miserendum, & benefaciendū, quā ad puniendum, & condemnādū, atqui ut actus sit meritorius requiritur deliberatio, ergo etiam ad hoc ut actus sit vitiosus moraliter. Obserua tamen quōd quemadmodum studiosus, quasi in tēpore imperceptibili occurrente alicuius virtutis materia deliberare potest ex dist. 33. huius, sic vitiis assuefactus periurio, aut alij peccato. Quamobrem hęc deliberatio sufficit ad rationem peccati, perinde ac sufficit ad rationem meriti. Causa proinde cur periurium sit mortale est deliberatio, id est, quia fit ex pleno consensu, & tunc est contra præceptum primæ tabulæ, & per consequens immediatè auertens à fine ultimo, Deo videlicet. Causa verò, cur nonnunquam sit veniale est indeliberatio. Sed an habitus, seu consuetudo peierandi reddat periuriū semper mortale, aut ipsum aggrauet? non, quia habitus est causa naturalis, quia nullus ex se malitiam habet, sed solum ex actibus. Ideò si actus ex quibus genitus est fuerint veniales, erunt & illi ad quos inclinabit. Veruntamen admodū detestabilis est nedum peierandi, sed & iurandi consuetudo, propter imminetia pericula, vnde Sapiens: Iurationi non assuecat os tuū, multi enim casus in illa, &c. Et loquela multum iurans, &c. Nec defunt, qui periurium ex se veniale assueverent mortale, si fiat consuetudine. Propterea monet Christus, Ego autem dico vobis, nolite iurare omnino neque per cælum: sit sermo vester, est, & Iacobus, Ante omnia fratres mei, nolite

*Periuriū de-
liberatiū mor-
tale.*

*Iurandi con-
suetudo.*

*Iurandi con-
suetudo dete-
stabilis.*

Eccles. 23.

Eccles. 27.

Mat. 5.

Iacob. 5.

iurare, &c. Sed an is qui in re dubia iurat, confirmans partem, quam credit esse veram mortaliter peccet, hac in re habenda est ratio, eius cui fit iuramentum. Si enim is apprehendat iuramentum tale veluti simpliciter, & absolute assertiuè eius quōd iurans asseuerat, iurans peccat mortaliter, in quocunque dubio, & foro iuret intelliguntur omnes qui aduersus reum adducuntur in testes, de hoc in actibus Apostolorum: Non est consuetudo Romanis, &c. & in Deuteronomio, Non stabit testis vnus, &c. Et apud Apostolum: Aduersus presbyterū, &c. Ex quibus colligitur nihil debere affirmari corā iudice contra aliquem in causa criminali, aut infamiæ, nisi certò constet de facto ipso. Hęc enim peccata de quibus non constat relinquenda sunt diuino iudicio, iuxta illud Deuteronomij: Abscondita Deo nostro, &c. & illud, Iuste quod iustum est persequeris. Si autē ex consuetudine constet testes non testificari adhibito iuramento, nisi tanquam de re, quam credunt ita esse, quemadmodum fit, cum quæritur de idoneitate ad munus ecclesiasticum, aut politicum, ut quōd promoteatur quis ad ordines sacros, ad magisterium in vniuersitatibus, ad prælationem in religionibus, tunc iurans modò ex signis probabilibus conieciuret talē esse idoneū, non peccat, si asseueret eum esse idoneum. De hoc habetur extra. Et in talibus promouens talem non peccat, cum consuetudo sit talem testificationē de credulitate sufficere. Hic enim fauor ampliatur, & odium restringitur, iuxta regulam iuris: In odiis enim,

*Iurans in re
dubia an pec-
cet.*

Act. 25.

Deuter. 20.

1. Tim. 5.

Deuter. 29.

Deuter. 16.

*Ext. de te-
stim. & ser-
tin. In ord. sa-
ci. Vnico.*

& in quibus proximus læditur, necesse est dicere veritatem, quæ certò constat. In fauoribus verò sufficit credulitas. Iurans autè, siue in odiis, siue in fauoribus de illo, quòd omninò dubium est, nec magis credit vni parti, quàm alteri, aut si iuramento asseuerat eam partem, cuius oppositum magis credit esse verum, mortaliter peccat, propterea quòd adducit Deum in testem eius quòd nullo modo est sibi certum. Ex prædictis colligitur iuramentum non solum esse contra præcepta primæ tabulæ, sed etiam contra illud secundæ. Non dices contra proximum tuum falsum testimonium. Iuramentum postremò est duplex, videlicet assertoriũ, & promissorium: Assertorium est respectu presentium, aut præteritorum: Promissorium verò futurorum. Et ne quis peieret in iuramento, sufficit ipsum intendere prestare, quòd promittit dum iurat, sed oportet vt postmodum stet pollicitis, si fieri iustè, & debitè possit. Et huiusmodi iuramentum promissorium est quadruplex, videlicet dolosum, incautum, coactum, & carens his tribus in debitis conditionibus. Dolosum est quando quis dum iurat intendit facere oppositum eius quòd iurat, & talis mortaliter peccat, licet non teneatur post iuramentum adimplere quòd promissit, quia non intendebat se obligare: Et in obligationibus priuatis nullus obligatur si non intendat, & proponat se obligare. Incautum dupliciter fieri potest: Primò quando quis iurat se facturum quidpiam illicitum, vt pote occisurum hominem, furaturum, & is mortaliter peccat, si habeat hanc intentionem, quia

*Iuramentũ
duplex.*

*Iuramentũ
promissoriũ
quadruplex.*

*Iuramentũ
dolosum.*

*Iuramentũ
incautum.*

velle mortaliter peccare, est peccare mortaliter. Peccat etiam mortaliter, si non habeat hanc intentionem implendi illud, quia adfert Deum in testimonium falsi: factò tamen iuramento nõ debet illud implere, quia adderet peccatũ peccato. Secundò fit iuramentum incautum, quando quis iurat de hoc quòd non est licitè iuramenti materia, vt si quispiam iuret se non perfecturum perfectionis opera. Et talis etiam mortaliter peccat, quia ponit obicè Spiritui sancto, & non obligatur postea iuramentum illud tenere: licet enim possit non implere perfectionis opera licitè, non tamen licet habere fixum huiusmodi propositum, cum hoc repugnet motioni Spiritus sancti. Esset quoque incautum iuramentum, si quis iuraret se facturum, quòd non potest, credens tamen quòd possit: Et talis, si possit, in futurum debet adimplere iuramentum, si non possit excusatur in fauorem. Coactum iuramentum est quòd metu alicuius pœnæ quis facit, & in foro Ecclesiæ secundum Bonauenturam non est obligatorium, quia præsumitur eum non iurasse voto adimplendi, quæ promittebat, sed potius vt euaderet periculum. In foro tamen Dei est obligatoriũ, quia voluntas simpliciter nequit cogi, sed induci duntaxat. Quare si iuramentum fuerit rei licitè in foro conscientiæ est tali consulendum, vt adimpleat iuramentum. Iuramentum verò promissorium carens his tribus, nempe dolo, imprudentia, & coactione obligat iurantem ne habeat velle oppositum, licet differre illud possit propter rationales causas. Quamobrem

*Iuramentũ
coactũ quid.*

DISTINCT. 40. QV. VNICA.
mox vt resilit à tali proposito efficitur periur-
rùs, quia tunc primò vult Deum falsum testem
fuisse.

DISTINCT. 40. QV. VNICA.

Est ne noua lex veteri grauior?



Rauitas alicuius legis supra alterá
ex duobus pendet, vt puta ex one-
re imposto, & ex remedij ad im-
positum onus ferendum defectu.
Onera in veteri lege posita erant
triplicia: Præcepta nempe moralia, carimonia-
lia, & iudicialia, ad quæ omnia adstringebantur,
quæ erant sub illa lege, secundum illud Deutero-
nomij quod refert Apostolus: Maledictus om-
nis, qui non permanserit in omnibus, quæ scri-
pta sunt in libro legis, vt faciat ea. In lege autem
noua eadem sunt moralia, quæ & tunc, nempe
decalogus, tamen per Christum, & frequentius
per Apostolos declarata: quocirca in his neutra
est altera grauior. Carimonia verò multò pau-
cióra, & leuiora per Christum, quàm per Mo-
sem imposta sunt. Quamobrem & lex vetus
quantum ad hoc grauior extitit, & quantum ad
multitudinem, & quantum ad difficultatem ob-
seruandi. Ait enim Augustinus & habetur in Iu-
re canonico. Omnia vniuersaliter quæ Rabi Mo-
ses enumerauit, plusquàm sexcenta præcepta, ad
quæ omnia illi deuincti erant: ideò que plæraque
difficilia erát admodum, vt quòd omne masculú

Deter. 27.

Galat. 3.

Math. 5.

*Lex veteris
supra nouam
grauitas.*

*In inquisitio-
nes Januarij,
distinct. 12.*

ter in anno conueniret Hierosolymis sisteretur
quantumcumque distarent, deinde quod septi-
mum colerent annum. Quamobrem duobus *Leuit. 25.
& Deut. 15.*
annis nihil fructuum coligebát postea de non tã-
gendo morticio, & eo contacto, quòd ablueré-
tur, &c. Aded vt dixerit Petrus, Nunc ergo quid *Act. 15.*
tentatis Dominum imponere iugum super cer-
uices discipulorum, quòd neque nos neque pa-
tres nostri portare potuimus. Lex autem nostra
(assertore Augustino) paucis, & manifestis sacra-
mentorum ritibus est contenta, quorú nec om-
nia sunt Christiano simpliciter necessaria, vt sa-
cer ordo, matrimonium, &c. Iudicialia à Christo
nulla sunt imposta: volunt enim, vt non vulgari
dilectione sese inuicem prosequeretur fideles, &
proprias imperfectiones mutuo sufferrent, ac in-
iuriam potius paterentur, iuxta illud. Alter alte-
rius onera portate, &c. Et iam quidem delictum *Galat. 6.
1. Cor. 6.*
omnino est in vobis, &c. Si quis te percusserit, *Math. 5.*
&c. Quocirca etiam quantum ad ista lex noua,
vt est à Christo tradita, lege veteri (in qua erant
multa præcepta iudicialia) leuior vtique est. Vn- *Mat. 11.*
de & Christus. Venite ad me omnes qui labora-
tis, &c. Et Ioannes, Mandata eius grauiora non
sunt, & Paulus, Nihil ergo damnationis est his *1. Ioan. 5.*
qui sunt in Christo Iesu, &c. Licuit tamen po-
stea ob hominum malitiam, & pacificum inter-
tenendú cõuictú minoribus vtriusque fori leges
fancire, etiã desumptas aut cõformes legi Mosai-
cæ, & alias vt vident expedire, quas & subditi ob-
seruare debét, non propterea quòd lege Mosai-
ca

fancitę sunt. Sed quia directore spiritu sancto ab Ecclesia, aut principibus Christianis ordinatae sunt, vnde Paulus, Omnis anima, &c. & obedite praepositis vestris, &c. Dummodo diuinę legi non repugnēt, tunc enim oportet obedire Deo.

Rom. 1.
Hebr. 13

Lex noua
presertim quę
vetus habet
remediu m.

Quantum ad remedium vtrinque collatum, obserua imprimis passionem Christi exhibitā, plus gratiæ mereri fidelibus, sic eam credentibus, quā exhibenda meruerit, vnde illud. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Quare Sacramenta nouę legis, quę à passione iam exhibitā efficaciam habent maioris sunt efficaciam, signa gratiæ, quā veteris legis Sacramenta, vt ostendit Apostolus, potissimum cum tunc non fuerit aliquod Sacramentum proprię acceptum, propter circuncisionem in remedium originalis peccati, & nos plura habemus. Deinceps & habemus diuinam doctrinam explicatius traditā, & sanctorum quoque plura, & efficaciora exempla. Quamobrem Apostolus ait: Accessistis ad Syon montem, &c. Propterea & sancti iam donati beatitudine in cęlis; pro nobis solliciti sunt nostram desiderantes salutem, ac suis orationibus nos iuuantes. Postremò vita æterna passim obseruatoribus Euangelij promittitur, quę raro, & obscurius in veteri testamento promittebatur, sed frequentius bona temporalia. Bona autem æterna plus mentem alliciunt, quam terrena, & transitoria. Quocirca ex parte remedij lex quoque noua veteri facilius est.

Hebr. 7. 9.
c. 10.

Heb. 12.

Finis resolutionum Tertij Scoti.

Lauds Deo.

LIBER



LIBER QVARTVS.

DISTIN. I. QV. I.

An creatura possit creare?



VM creatio virtutem requirit infinitam ipsi, creaturę nullatenus competere potest, nec principaliter, nec instrument aliter: quippe quę potentię est finitę, & limitatę. Hoc autem astruitur primùm locis scripturę, quę omnium creatorem Deum solum attestant. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul, &c. Nunquid non vnus Deus creator tuus, &c. Qui autem omnia creauit Deus est, &c. Quia tū creasti omnia, &c. Creator omnium Deus, &c. Deinde hoc astruitur auctoritatibus veterum & sanctorum Doctorum, maximè beati Augustini super Genesim & aliis infiniticis locis librorum ab eo conscriptorum, quemadmodum citat doctor subtilis, & maximè illo, non est creator, nisi qui principaliter ista format, &c. Postremò confirmatur rationibus, quia si creatura creare posset, vel esset creatura merè spiritalis, vel alia, non primùm, quia Angelus (qui

Creatio requirit virtutem infinitam.

*Eccles. 18.
Malach. 2.
Heb. 3.*

*Apo. 4.
2. Machab. 1
Super genes.
li. 9. c. 15. &
l. 12. de ciuit.
cap. 24. & l.
3. de Trinit.
ca. 8. & 14.
Lib. 3. de Tri-
nit. cap. 9.
Creatura ne-
quit creare.*

Gg

talis est creatura) nihil agere potest nisi per intellectum & voluntatem, qui in ipso accidens est, sed nullum accidens necessario præexigitur ad creandam substantiam, vnde Angeli hac ratione creare nequeunt, nec alia creatura id potest. Patet, quia cum operationes ascribantur ipsis formis, hoc fieret per ipsam formam, sed hæc non minus dependet à materia in agendo, quam in in essendo: nequit autem esse sine materia, ergo nec agere. Insuper sequeretur effectum præstantiorem esse sua causa, & hæc ratio idem includit de accidentibus quibuscunque. De materia verò prima nullus relinquitur dubitandi locus, cum omnium entium sit infimum, & de genere sterilius ab omnibus dici meretur. Creatura igitur nulla creare potest.

DISTINCT. I. QV. 2.
An definitio sacramenti data à Magistro
sit per se vera?

Sacramenti
definitio.

Quandoquidè definitio quid rei (quæ sola propria est) est primò entis veri, hoc est possibilis existere, & non impossibilis negationis, aut priuationis. Secundò entis per se vnus, non autem entis vnus per aggregationem, aut vnus per accidens. Tertio entis realis, & nõ entium rationis, quæ scilicet per solum actum in intellectus collatiuum habent esse. Quarto conceptus complexi Physicè, vel Metaphysicè, non autem conceptus simpliciter simplicis. Quintò vniuersalis, & nullo modo singularis. Horum quinque tertia sola conditio obstat, quo minus

Sacramentum hac definitione proprie dicta definitur, nihilominus definitur pro formali seu præcipuo significato, tanquam conceptus per se vnus, & quemadmodum alia entia rationis, vt puta definitione data per adiumentum hoc videlicet. Sacramentum est signum sensibile, gratiam Dei, vel effectum Dei gratuitum, ex institutione diuina, efficaciter signans. Cuius quidem definitionis signum est genus, ex institutione diuina, & efficaciter, differentia, sensibile, fundamentum ipsius relationis, quam denotat ipsum Sacramentum: gratiam Dei, vel effectum gratuitum, alterum est extremum, & correlatiuum Sacramenti. Et hæc Doctoris definitio, licet verbis alia sit à definitione Magistri, non tamen sensu. Vnde consequitur Magistri definitionem esse commo- dè asignatam.

DISTINCT. I. QV. 3.
Vtrum pro tempore cuiuscumque legis à Deo data,
debuerit institui aliquod sacramentum?

PRIMVS ARTICVLVS.
Sacramentum fuit instituendum.



Sacramentum institui non fuit necessarium, nec ex parte Dei, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ: nec ratione gratiæ, nam alio modo haberi poterat secundum voluntatem ipsius Dei, qui non alligauit potentiam suam sacramentis. Congruum tamen fuit, vt homo ex sensibilibus certius cognosceret, & feruentius desideraret, effectum illum inuisibile

Ad Ephef. 3.

Dei, nempe gratiam ipsam, & propter hominis eruditionem, exercitationem, & humiliationem. Ad hæc ut illi qui verè Deum cognoscerent conuenirent in aliquibus signis externis, quibus sese inuicem noscerent, & iuuarent, & alterius sectæ homines vitarent. Decuit autem signum hoc esse practicum denotans videlicet effectum talem vel in esse, vel in fieri, & non speculatiuum tantum. Insuper & certum, non æquiuocum, aut dubium: Certum, inquam, cum certitudine demonstratiua, ad quod semper sequutus fuisset effectus, sed certitudine ut in pluribus, hoc est semper certum ex parte ipsius signi, nisi obstarat indispositio suscipientis, torpor & indeuotio.

SECUNDVS ARTICVLVS.

A quo fuit institutum.

CVM autem signum aliunde habeat, quòd significet practice, id est effectum aliquem, nempe ex sui institutione, & aliunde quòd sit certum, nempe ex determinatione voluntatis determinantis, seu ad causandum effectum, quoties adhibebitur tale signum, primum non impedit quo minus à creatura potuerit institui, secundum nullus potest dare certitudinè alicui signo practico, nisi possit causare signatum illius signi. Atqui solus Deus potest causare effectum Sacramentorum videlicet remissionem peccatorum, vnde illud Esaiæ: Ego sum qui deleo iniquitates propter me, & Matthæi: Quis potest remittere peccata nisi solus Deus: &c. Et conferre gratiam,

*Esai. 42.
Matth. 9.*

iuxta illud Ioannis: Gratia, & veritas per Iesum *Io an. 1.* Christum facta est, & illud Psalmistæ: Gratiam & *Psal. 83.* gloriam dabit Dominus. Quare ipse potest solus Sacramentum instituere. Creatura autem iam institutum potest promulgare, ut Iacobus extreme *Iacob. 5.* unctioem, infirmatur quis in vobis inducat presbyteros, &c. & Diuus Marcus, vngebant *Marci. 6.* infirmos, &c.

TERTIVS ARTICVLVS.

Pro quo tempore debuit institui.

QUIA verò morbus, scilicet peccatum originis fuit in natura humana, semper post lapsum *Rom. 9.* Adæ, regnavit mors, &c. Omnes peccaverunt, &c. Omnes in Adam, &c. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Congruum fuit *Esai. 3.* *1. Cor. 1.* *Psal. 50.* pro omni tali tempore Sacramenta institui, ut viator per sensibilia manuduceretur ad inuisibilia. In statu autem innocentie non congruebat Sacramentum institui, quia nullum habebat salutis impedimentum, nec mens grauiabatur corpore quo minus ferret libere in Deum ipsum, *1. Ioan. 3.* nec in statu partiæ, nam videbimus eum sicuti *1. Cor. 13.* est, & facie ad faciem, & nihil conquinatum intrabit in illud, &c. *Apoc. 21.*

QVARTVS ARTICVLVS.

An diuersa.

SACRAMENTUM postremò diuiditur in propriè, & impropriè dictum: Primum gratiæ *Sacramenti diuisio.* confert, secundum est signum rei sacre, quod

cumque fuerit. Deinde diuiditur ratione sensibili-
 lium diuerforum, vt Baptismus habet aquam, Eu-
 charistia panem, & vinum. Postea diuiditur ra-
 tione diuersæ significationis, quia Baptismus si-
 gnificat gratiam inhaerentem, Eucharistia verò
 gratiam assistentem, corpus scilicet, & sanguinem
 Christi. Postremò diuidi potest ratione maioris
 effectus, vel minoris, qui confertur per ipsa sa-
 cramenta, vt licet circuncisione conferatur gra-
 tia, velut baptisinate, maior tamen baptisinate
 confertur. Vnde colligitur eadem sacramenta
 improprie dicta potuisse esse eadem in diuersis
 legibus, vt genuflexiones, non autem sacramta
 proprie dicta. Quia in processu generationis hu-
 mana semper creuit notitia veritatis. Et lex pos-
 terior semper fuit perfectior priori, quare de-
 bebant habere maiora auxilia ad sui obseruatio-
 nem. Et congruum est vt perfectius adiuro-
 rium signaretur alio signo, ab eo quod erat in
 priori lege: nam illud semper significaret id ad
 quod primò significandum fuerat institutum.
 Hæc autem maximè congruebat de illo sacra-
 mento, quo debebatur originale, quod quidem
 in lege naturæ erat oblatio pueri ipsi Deo, cum
 quibusdam verbis deprecatoriis: in lege scripta
 circuncisio, in Euangelica baptisimus.

DISTINCT. I. QV. 4.

*Vtrum sacramentum habeat causalitatem
 actiuam respectu gratia conferenda?*

*Gregorius
 super Exe-
 chielem.*



Acramentū non efficit gratiā, si qui-
 dem ea à solo Deo dicitur, Gratiam,
 & gloriam dabit dominus, &c. Qui
 bonus est hauriet sibi gratiam à do-
 mino, &c. Gratia, & veritas per Ie-
 sum Christū, &c. Gratia vobis & pax à Deo, &c.
 Per quem accepimus gratiā &c. Humilibus dat
 gratiam. Et huic assertioni subscribit B. Tho-
 mas. Nec est sacramentum causa efficiens instru-
 mentalis dispositionis præuix ad gratiam, vt as-
 seuerat. D. Thomas. Quandoquidem dispositio-
 nem sacramentis initerabilibus dicit caracte-
 rem esse. In aliis verò aliquem animæ ornatum
 characteri proportionatum, siquidem ista aliter,
 quam per creationem esse nequeunt, quæ tantū
 soli Deo competunt. Insuper hæc plura non
 sunt necessaria, nec sufficienter probari possunt.
 Sed propterea à Magistro, & vetustioribus do-
 ctoribus sacramentum asseritur causa gratiæ, quæ
 eius susceptio sit dispositio proxima necessitans
 ad effectum signatum, gratiam videlicet: dispo-
 sitio inquam, non ex natura rei, sed ex diuina in-
 stitutione liberè, & secundum consiliū volun-
 tatis suæ, & non alligauit potentiā suam sacra-
 mentis, sed necessitans secundum quid, hoc est
 secundum legem datā, & potentiam Dei ordina-
 tam, quæ nobis innotescit per sacras scripturas.
 Decreuit enim, & huius decreti Ecclesiam certio
 rem reddidit, quòd suscipienti sacramentum ipse
 conferret effectum signatū, nempe gratiā, modò
 obex suscipientem non impediat. Decretum au-
 tem istud, & eius certificationem habes his locis,

*Sacramenta
 non efficiunt
 gratiam.*

Psal. 85.

Prouerb. 12.

Ioan. 1.

Roma. 1.

Iacob 4.

1. Pet. 3.

*Sacramenta
 dicuntur gra-
 tia causa.*

Ephes. 1.

*Sacramenta
 suscipiunt
 gratia con-
 feruntur.*

Marc. 16.
Iacobi 5.

quibus instituta fuerunt, aut vulgata sacramenta vt de Baptismo: Qui crediderit, & baptisatus, &c. & de extrema vnctione, Infirmatur quis in vobis, &c. De aliis patebit in subsequenti- bus. Tamen sacramentum dicitur causa actiua gratiæ, seu instrumentalis eo modo quo merita sunt causa instrumentalis respectu præmij, & per ipsa habemus beatitudinem, vt patet ex illis Apostoli locis. Cum meru, &c. Thesaurizare sibi, &c. Talibus hostiis promeretur Deus, &c. Factus est omnibus operantibus sibi causa salutis æternæ. Et tamen meritum non efficit præmium, sed Deus ipse, nec dispositionem aliquam, sed ipsummet est dispositio præuija ad præmium. Deinde motus etiam dicitur causa termini ad quem, quem tamen non producit, nec dispositionem aliquam, sed ipsemet est dispositio proxima ad terminum. Postremò instrumenta artis dicuntur secare, polire ligna, lapides, &c. Et tamen non sunt actiua proprie, sed sunt receptiua motionis per quàm fiunt tales effectus: ita & sacramenta sunt instrumenta quibus assequimur gratiam. Potest etiam adferre exemplum de incisione, & applicatione aliarum medicinarum, quæ non causant actiue sanitatem, licet dicantur ipsius causæ.

Phil. 1.
1 ad Tim 5.
Heb. 11.
Heb. 9.

DISTINCT. I. QV. 5.

Utrum in sacramentis possit esse virtus aliqua supernaturalis.



UN sacramentis nequit esse virtus aliqua supernaturalis (hoc est qualitas aliqua realis, & absoluta à Deo causata inhærens ipsis sacramentis) quæ habeat esse in fieri (hoc est dum actu sacramenta recipiuntur) & continuò dependens à sua causa, vt res aliæ successiuæ: quomodo videlicet lumen habet esse in aëre continuò dependens à sole, vt species sensibiles obiectorum coporeorum habent esse in medio, vt asserit D. Thomas. Frustra enim poneretur huiusmodi qualitas, quippe quæ in animam nihil efficere posset, & absque ea per ipsa sacramenta immediatè iuxta institutionem, & decretum diuinum, possumus recipere effectum sacramentorum. Insuper sicut sequenti rationem naturalem non sunt ponenda plura, nisi quæ ratio naturalis concludit: ita sequenti fidem, non sunt ponenda plura, quàm fide veritas requirat. Veritas autem fidei id non requirit, cum id non constet ex sacris literis, & pacto Christi cum Ecclesia, Quare nõ est ponenda huiusmodi supernaturalis virtus. Cũ autè August. ait super illud: Vos mundi estis propter sermonè, & recitatur. 1. quest. 1. detrahe, Quæ est ista virtus aquæ. Respondetur virtutè accipi (etiã iuxta Philosophos primo cœli & mûdi) pro vltimo de potentia, cum videlicet agens agit quantum potest. Vltimũ autem de potentia signi practici,

Sacramenta non habent in se naturalem virtutem.

Tom. 9. in
Ioan. c. 15.

Sacramentorum virtus.


hoc est perfectius, quod signum practicum potest efficere, est significare effectum signatum præuie, certò, & efficaciter. Nam non posset signo practico (vt est practicum) maior competere potentia. Hanc autem virtutem significanti videlicet certò, & efficienter concedimus ipsis Sacramētis, iuxta institutionem ipsius Christi. Hæc enim ex sacris literis constat, & hæc virtus nihil aliud est, quàm conformitas signi ad signatum, hoc est veritas, & certitudo ipsius sacramenti, quæ est de essentia ipsius Sacramenti, aut saltem accidens concomitans ipsum sacramentum vt in pluribus, id est semper, nisi indispositio suscipientis impediatur, quia Deus qui fecit te, sine te non iustificabit te, assertore Augustino.

De verbis Apostoli sic. 15.

Utrum in Circumcisione ex vi circumcisionis gratia conferebatur?

Circumcisione peccatum deletur & gratia conferebatur.

Rom. 4.

ircumcisione peccatum originis deletur & gratia conferebatur. Suffragatur Paulus, Signum accepit circumcisionis, &c. Si enim Circumcisio iustitiæ signum fuit, haud dubiè signum erat certum & efficax, cum scriptura exprimat hoc ipsum à Deo traditum, cuius solius est sacramentis virtutem, & efficaciam tribuere: vnde Apostolus, Circumcisio quidem prodest, si legem obserues, & Hieronymus in

Rom. 2.

illud Apostoli, Prodest suo tempore signum si iustitia (cuius est signaculum) adsit. Cum itaque iustitia sit signaculum, constat eam gratiam contulisse: huc pertinet quod Augustinus dixit baptismi loco circumcisionem præcis patribus fuisse, qui scripsit circumcisionem ad hominis nouationem valere, sicut & baptisimus. Innuatio autem vitæ non nisi per gratiam fit, igitur ipsa gratiam contulit. Item asserit glosa & Beda idem salutiferæ curationis auxilium circumcisio in lege agebat, quod baptisimus tempore gratiæ agere consuevit. Respondetur ad hæc, quia nullo tempore Deus reliquit genus humanum sine remedio ad salutem necessario, maximè eos quos peculiariter sibi deligebat: & non legitur aliud ab isto tunc collatum remedium. Igitur circumcisio, & peccatum originale deletur, & gratia conferebatur populo Dei ab Abrahamo vsque ad Christum. Præterea per locum ab oppositis idem astruitur. Non est Deus pronior ad condemnandum, quàm ad miserendum, sed qui respuebat, circumcisioem peccabat, vt patet ex Genesi, Masculus cuius caro præputij circumcisa non fuerit, &c. Igitur qui eam accipiebat, habebat gratiam. Et hæc inter omnia duntaxat veteris legis sacramenta gratiam ex opere operato, id est ex vi sacramenti, siue effectus passionis Christi conferebat, sicut & sacramenta nouæ legis, vnde & propriè erat sacramentum. Alia verò impropiè erant sacramenta, vt expiationes, oblationes & sacrificia, quæ solum ex opere operante, id

In epist. ad Dardanum 58.

Lt. 2. de nuptiis concupis.

c. 11.

Ioan. 4.

In 4. cap.

Rom. 2.

In 2 c. Luca

Gen. 17.

Sacramenta impropria quomodo gratiam conferebant.

DISTINCT. I. QV. 6.

est ratione fidei in Messiam venturum, & charitatis operantiū ac obedientiæ præceptis diuinis gratiā conferebant, non secus, ac quæuis alia bona opera, quibus obseruabatur decalogus. Proinde cum Ambrosius asserit circuncisionē nihil habere dignitatis, sed esse signū tantū. Tertullianus similiter, Chrysostomus in plerisque locis, ac alij doctores: dicendū circuncisionē, vt circūcisio est, & res huiuscemodi nihil in se habere dignitatis, cū in partibus obscænis, & pudēdis fieret, sed quia à Deo erat instituta in signum iustitiæ plurimi erat facienda. Insuper doctores volunt indicare circūcisionē suapte natura non iustificasse absque merito passionis Christi præuise. Adhæc patres præsci diuinæ etiam gratiæ participēs vitam hinc commigerantes nequaquam salutem sunt cōsecuti nisi Christi sanguine nostræ salutis prærio in ara crucis effuso, iuxta illud Apostoli: Per propriū sanguinē intrauit semel in sancta æterna, &c. Possunt & hæc intelligi de nonnullis gentilibus, qui ante Christi aduentū circuncidebantur, nihil tamen legis prorsus obseruabant, Sicque nihil vtilitatis, aut emolumenti ex eacōsequēbantur, quorū meminit Origenes. Circūcisio quoque non tantā conferebat gratiā, quantū baptisimus, neque sicut baptisimus, qui et si gratiam in recipiente reperiat eam adauget, nisi fuerit summa, non autem circūcisio: vnde Abraham iam iustificato nihil ex vi operis contulit.

QVÆSTIO INTERMIXTA.

An Deus possit delere peccatum originale non infundendo gratiam?

Expenduntur dicta doctorum de circūcisione.

Heb. 9.

Lib. 3. contra Celsum.

LIBER QVARTVS. 239



Otest quidem Deus ex sua potentia absoluta (qua quidquid non implicat contradictionem præstare valet) originale culpam, delerem, licet gratiam non conferat, & huiusmodi homo si decederet esset in puris naturalibus, si neque iustitiam originalem, aut aliud supernaturale donum ei tribuerit, quod sanè eadem potentia efficere posset, sicut & in lapsa virgine absoluta omnia reparare potest, non autem efficere quin ceciderit. Potētia verò ordinata (quæ videlicet in sacris literis nobis est manifestata) & iuxta leges à Deo præscriptas id efficere nequit, vt deleatur videlicet alicuius originale, aut mortale peccatum absque receptione gratiæ. Quia inter filios regni, & carceris non est medium, loquendo de potentia ordinata, id est, conformi legibus sapientia, & volūtate diuina determinatis.

DISTINCT. I. QV. 7.

Vtrum tempore legis natura fuit aliquod sacramentum respondens circūcisioni?



Vm Deus Opr. Max. nolit mortē morientis, sed potius velit omnes saluari, nullo tempore dimisit cultores suos sine remedio necessario ad salutē, cum & ipsis gentibus non defuerit. Qui in præteritis nationibus, &c. vsque corda eorum, & aliquos eisdem præstiterit, qui eos in sui cognitionem instituere possint, vt Melchisedech, Iob, Getho, so-

Ez. ecb. 18.
I. ad Tim. 2.
Nunquid fuit derelictū humanū genus sine remedio salutis.
Act. 14.
Gen. 14.

Deus peccatū delere potest sine infusione gratiæ.

Gen. 37. &
39.

cerum Moysis. Insuper hoc sine permisit etiam Ioseph venundari Aegyptiis, Iacob quoque cum omni sua familia in Aegyptum descendit, & illic inter gentes commorati sunt quadringentos triginta annos. Permisit etiam Deus populum Iudaicum, propterea saepius in captiuitatem duci licet ob sua peccata id commeruissent. Quod si haec gentibus praestitit multo magis populo suo praesentissimum remedium reuelauit, quo a peccato illo originis liberarentur, sine cuius deletione nec gratiam ipsi Deo, aut salutem consequi poterant. Ergo & sacramentum aliquod pro hac re instituit. Et magis probabile est tale sacramentum fuisse sensibile, id est, actum aliquem exteriorem, quam intelligibile, id est, actum solum interiorem, quia post lapsum congruit homini, vt per sensibilia ducatur ad spiritualia. Huiusmodi autem sacramentum iuxta communiorem opinionem, aut pro adultis sacrificium aliquod nobis quidem ignotum, vna cum fide vnus Dei, qui pollicitus fuerat semen, quod contrituum esset caput serpētis. Pro paruulis autem parentum fides, vna cum oblatione ipsius paruuli cum prece aliqua, aut sola protestatio & inuocatio Dei, verbo tamen exteriori ad paruulum relata. Vndelicet fides absque sacrificiis sufficeret pro paruulis, non tamen sola fides sine quocunque exteriori actu.

*Tempore legis
natura sacramentum
pro deletione peccati
originis.*

*Primum sacramenta noua legis habeant efficaciam
à Christi passione?*



Vandoquidē euangelica lex perfectissima est, quam Deus decreuerit viatoribus dare, tū quia est vltima, vnde Apostolus vocat illud testamētū æternū, & posteriora perfectiora existūt, tū quia est proxima statui perfectissimo nempe beatitudinis, Nunc autem propior est nostra salus, &c. Et eius obseruatores immediatē ingrediuntur vitam æternam. Pœnitentiā agite appropinquat enim regnū cœlorum. Postremō quia dilectus Dei filius in hac persoluit redemptionem generis humani, & obsequium exhibitū magis acceptatur quā prauisum, & exhibendū. Idcirco præ cæteris legibus euangelica debet habere maxima auxilia, quō meli⁹ possit obseruari, hoc est perfectissima sacramenta. Sed quantum ad inensionem, id est, quōd verē gratiam significarent, & certō darent, veluti instrumenta quædam, & quantum ad extensionem, sic videlicet quōd homo haberet omnia necessaria illi ad salutem: regenerationem quæ fit per baptismum, roborationem quæ fit per confirmationē, nutritionē per Eucharistiā, reparationē, per pœnitentiā, præparationem ad exitū finalē, per extremā unctionem, multiplicationem fidelium carnalē, per matrimoniū, & multiplicationem spiritualē per sacramentū ordinis. Hęc autem omnia à Christo (quatenus Deus) instituta sunt sacramēta & per Apostolos promulgata, atque fidelibus exhibita, vt patet ex sacris literis. Hęc proinde sacramenta prædictam efficaciam significandi verē Dei gratiam, & certō conferendi eam regulariter,

*Lex euangelica
caomniū perfectissima.
Heb. 13.*

Rom. 13.

Math. 3.

*Lex euangelica
pro cæteris
maiora habet
auxilia.*

*Sacramentā
vnde habeāt
efficaciam.*

Matth. 26

Luc. 1.

Ioan. 3. & 1.

Rom. 5.

1. Cor. 13.

Eph. 3. & 5.

1. Cor. 8.

1. Cor. 10.

Heb. vii.

*Reparationē
hominis conco-
mitantur mi-
sericordia, &
iustitia.*

Rom. 9.

Ephes. 3.

ad Tit. 3.

1. ad Tim. 1.

Heb. 5.

id est omnibus eadē suscipientibus, modō nō po-
nant obicē, habent à Deo, tanquā à causa princi-
pali & effectiua, quippe qui solus eorū effectus
causare potest. A Christo autē homine, seu ab eis
passione, veluti à causa meritoria, siquidē ipse so-
lus acceptissimus, Hic est filiūs meus dilect⁹, &c.
Et cui ad mensurā nō est collata gratia, vidimus
eū plenū gratiæ, &c. mereri potuit peccati remissio-
nē, & patri nos reconciliare, cū ceteri filij Adē
labe originis infecti essent. Ecce enī in iniquitati-
bus cōceptus sū, &c. Vnde & pater cœlestis nihil
vnquā mortalib⁹ cōtulit nisi in virtute, & merito
hui⁹ oblationis Christi in cruce factæ. Et propter
eādē præfigurātā in sacrificiis, & oblationib⁹ pa-
trū, ac ab ipsis implicitē, vel explicitē cōcreditā,
illi patres & eorū sacrificia fuerūt grata. Hic enī
odor sacrificiorū patrū, quē odorabat pater cœle-
stis: vnde Agnus occisus est à cōstitutione mūdi,
&c. habētes eūdē spiritū, &c. Oēs eādē scā, &c.
Iesus Christus heri, & hodie, &c. In hoc tādē re-
medio nobis gratis exhibito cōcurrerūt miseri-
cordia & iustitia, misericordia, & veritas. Primò
ex parte patris. Maximè enī misericordię op⁹ fuit
homini inimico conferre tale remediū: vnde Ap-
ostolus non ex operibus iustitiæ quæ, &c. Non
secundum opera nostra, sed secundum proposi-
tū suum & gratiam. Maximæ etiam iustitiæ fuit
opus propter obsequium tam gratum, tam gratę
personę, tam dilectæ, hoc remediū conferre illius
pro quib⁹ de persona obtulit illud obsequiū. Iu-
stū siquidē fuit hoc acceptare, vnde Paulus: Qui
in diebus carnis suæ. Ex parte quōsq̃ue ipsius
Christi

Christi fuit misericordia maxima, quòd seipsū
obtrulerit pro inimicis, scilicet trinitatis, Nemo
tollit eam &c. Oblatus est &c. Item tradidit
in mortem &c. Fuit etiam maxima iustitia tam
in comparatione ad Deum, quàm ad hominem
lapsū. Quia non visus fuisset intimè diligere
Deum & proximum, nisi pro tanto bono com-
muni, videlicet beatitudine hominis (ad quam
eum Deus prædestinauerat, nec decreuerat eam
alio, quàm hoc medio illi cōferre: Qui præde-
stinauit &c. Nā quos prædestinauit &c.) vellet
istud obsequium exhibere: Qui autē quærīt
gloriam eius &c. Si honorifico patrem meum
&c. hostias & oblationes &c.

Ioan. 10.

Esaya 50.

Ephes. 1.

Rom. 8.

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Hebr. 10.

DISTIN. 2. QVÆST. 2.

*Utrum baptizati baptismo Ioannis astringerentur
ad Christi baptismum suscipiendum?*

Bosteaquam Christus suum instituit
baptisma, si eius forma Ioanni per
Christi discipulos, aut alios innotue-
rit, & deinceps hac forma vsus fuerit
videlicet, Baptizo te in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus sancti Amē, baptizati ab eo, nequa-
quam rebaptizari debebant, licet explicitē non
crederent in personarum trinitatem, modò ad-
esset intentio suscipiendi, quòd per ipsum ba-
ptismum conferebatur. Sin autem alia forma
Ioannes baptizans vsus fuerit, vt puta, Baptizo
te in nomine venturi, vt magister deducit, &
Alexander Alexis, ac S. Thomas ex 19. act. vbi

*Baptizati ab
Ioanne non
debuerunt
Christi bap-
tismo ab-
lui.*

dicitur Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ, aut nulla prorsus forma vsus fuerit, vt refert Durandus, & Gabriel Biel dicentes, non explicari formam ipsius Ioannis, sed ipsius doctrinam, nempe quòd prædicaret & pœnitentiam, & fidem in venturum Christum, qui licet venisset quantum ad assumptionem naturæ humanæ, necdum tamen erat manifestatus, iuxta illud, *Ioan. 3.* Illum oportet crescere, me autem minui. Haud dubiè ab eo baptizati Christi baptismo initiari debebant, Tum vt satisfacerent generali Christi præcepto, Nisi quis renatus fuerit, &c. vt hoc medio fierent ecclesiæ membra, & communicarent cum aliis in communi exteriori signo, Tum vt reciperent gratiam, quam Ioannis Baptisma haud conferebat: iuxta illud, *Ioan. 3.* Ego baptizo in aqua &c. & Ioannes quidem baptizauit aqua &c. Erat siquidem Ioannis baptisma præparatio quædam solùm ad Christi baptisma, vt iam assuefacti hoc ipsius baptismo minime abhorrerent à Christi baptismo. *Ioan. 1. Act. 1.* Hoc item medio Christus erat manifestandus in Israël. Propter has quinque rationes erant baptizandi, licet crederent ipsam trinitatem. Siquidem in hoc errauit Magister asseuerans oppositum. Et si aliquos baptizauit Ioannes vtens forma Christi non credentes ipsam trinitatem explicite, non erant denuò baptizandi, sed instruendi, & confirmandi in vera fide.

*Baptismus
Ioannis propter
quid cõferebatur.
Ioan. 1.*



Nihil prohibet baptismum defini definitione quid rei, quæ quidè Aristoteli sola est proprie definitio, nisi quia non est ens reale, id est non habet esse absque actu intellectus, & voluntatis diuinæ: Quare est quædam relatio rationis, quæ habet pro fundamento vel aquam tantum seu ablutionem, accedente nihilominus ministri intentione, & verbis à Christo institutis, tanquam circumstantiis concomitantibus ipsum fundamentum: vel habet pro fundamento ablutionem simul, & verba, quod est verisimilius, cum verba sint præcipua pars ipsius baptismi, iuxta illud Christi, Vos mundi estis propter sermonem &c. Et interpretationem illius loci secundum *Ioan. 15.* Beatum Augustinum. Iuxta quam diuersitatem fundamenti variæ dantur à Scoto definitiones, quæ tamen idem prorsus significant, & exigunt: Magistri tamen definitio accipit ablutionem ipsam solùm pro fundamento: Quæ quidem bona est, modò sic cõpleatur. Baptismus est ablutio hominis aequaliter consentientis facta ab alio in aqua, simul verba certa cum intentione debita proferente, significans efficaciter ex institutione, ablutionem animæ à peccato.

DISTIN. 3. QVÆSTIO 2.
 DISTINCTIO. 3. QVÆST. 2.
 Vtrum hæc sit præcisa baptisimi forma, Ego bap-
 tizo te in nomine patris, & filij,
 & spiritus sancti, Amen.



*Baptisimi
 forma.*

*Ioan. 15.
 Lib. 2. de do-
 ct. Christi
 cap. 1.*

*Necessaria
 ex parte mi-
 nistrantis sa-
 cramenta.*

*Necessaria
 ratione sacra-
 menti.*

Vm sacramentum denotet ens per ac-
 cidens, relationem videlicet cum suo
 fundamento, forma propriè sacramen-
 ti est ipsa relatio signi ad signatum,
 materia verò sacramenti est ipsius fundamentum.
 nihilominus, quia ad ipsum fundamentum bap-
 tismi plura cōcurrunt, aqua videlicet, seu ablu-
 tio, & verba: Si hæc inter se conferantur, verba
 dicentur forma baptisimi, & aqua, seu ablutio
 materia. Nam verba sunt magis præcipua, &
 spiritualia, ac efficaciora, iuxta illud Ioannis,
 Vos mundi estis propter sermonē &c. Et Augu-
 stinū, Verba inter homines obtinuerunt princi-
 patū in significādo. Quānā porrò sint verba ad
 baptismum necessaria, haud dubiè assequeris, si
 in sacramento bifariā quædā expenderis, id est
 ex parte ministrantis sacramentum, Deinde ex
 parte ipsius sacramenti. Illa autem dicuntur ne-
 cessaria ex parte ministri, quæ si minister nō ob-
 seruet, offendit mortali noxa, licet propterea sa-
 cramentum nō minus compleatur. Et quātum
 attinet ad propositum, Minister latinæ ecclesiæ
 hanc formam seruare debet, Ego baptizo te in
 nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.
 Illa autē dicuntur necessaria ratione sacramenti,
 quæ si non obseruentur, nō confertur sacramen-
 tum, vt sunt verba præcipua huius formæ, vide-

licet inuocatio trinitatis expressis verbis, & ver-
 ba quibus significatur actus, & suscipiēs. Sed nō
 est necessariū absolutè ea exprimi verbo indi-
 catiui modi, & nomine secundæ personæ, cum
 græci aliter ea exprimētes verè baptizent. Quā-
 tum autem ad mutationem, quæ fieri potest ho-
 rum verborum, dicitur quòd si mutantur quan-
 tum ad substantiam, & loco eorū ponantur alij
 termini diuersum omnino habentes significa-
 tum, vt in nomine Petri, & Pauli &c. non con-
 fertur baptismus: vel si ponantur alij termini
 idem significantes, sed sub aliis rationibus, vt in
 nomine Genitoris, geniti, & spirati, qui imme-
 diatè significāt personarum proprietates: Pater
 verò, Filius, & Spiritus sanctus significant prin-
 cipaliter ipsa supposita subsistētia in essentia di-
 uina: Nec si baptizetur in hoc nomine trinita-
 tis. Quantum ad nomen Christi, dubium an sit
 baptizatus, non esset verè baptizatus, quare re-
 baptizari debet sub conditione. Deinde si mu-
 tentur hæc verba, quantum ad quantitatem, &
 addatur quidpiā repugnās verbis principalibus
 aut diminuēs, vt in nomine patris maioris &c.
 nō fit baptismus, nec si ponatur cōditio falsa, vt
 ego baptizo te, si sum omnipotens, nec si vtatur
 oratione distinctiua, vt ego baptizo te, vel illū.
 Si autem fiat interpositio, quæ nō interrumpat
 vnitatem formæ, non desinit idcirco baptizatus
 esse. Si verò subtrahatur quidpiā ex verbis prin-
 cipalibus, & id fiat dedita opera, aut ex negli-
 gentia, rebaptizandus est. Tertiò si mutetur
 qualitas, congruitas orationis, modò id fiat ex

*Mutatio for-
 mæ quæ im-
 pedir sacra-
 mentum bap-
 tismi con-
 ferre.*

ignorantia linguæ latinæ, aut balbutia, nō desinit esse verum baptisma. Postremò si fiat variatio quantum ad vbi, & hæc dictionum transpositio variet omnino substantiam ipsius orationis, vt Ego primò baptizo te in nominis filij, nihil confertur. Si verò non mutetur propterea sensus orationis, vt Ego baptizo in nominis filij & patris, verus est baptismus. Id tamen in omnibus perpetuò obseruandum est, quòd si varians quocunque modo hanc formam, interdicit vti his verbis, quibus vtitur tanquam forma ecclesiæ præcisè non baptizat, quia intendit inducere errorem contra Ecclesiæ fidem: Ideo non habet Ecclesiæ intentionem: insuper & ipsam ecclesiam errare arbitratur, quare nihil confert, Quia sacramēta administrantur in fide, & intentione ecclesiæ, quam talis non habet.

DISTIN. 3. QVÆSTIO 3.

Vtrum aqua naturalis, & pura sit sola baptisimi materia?

Baptisimi materia.

Materia baptisimi (si propriè vocem acciperis, nempe pro altera compositi parte) est totum quod in baptismo est sensibile, videlicet aqua, & verba, & huius materiæ ratio, quæ dicitur signum, est forma. Veruntamen, quia in illo toto sensibili aqua est minus principalis, & determinabilis, idcirco dicitur respectu verborum materia baptisimi, sed remota tamen. Ipsa autè ablutio propinqua est. Materia siquidem ipsa cum verbis

tanquam signum propinquum signat baptisimi effectum. Non oportet autem hac ablutione corporis sordes abluere, sufficit enim quòd actiue ab alio fiat. Aqua autem (quam dicimus remota materiam) naturalis esse debet, vnde artificialis ad id minimè conuenit, propterea quòd sit alterius speciei à naturali aqua. Quod sanè colligitur ex diuersitate qualitatum vtriusque secundum totam speciem. Siquidè cuncta indiuidua aquæ artificialis aliquas habet qualitates, quæ in nullo aquæ naturalis indiuiduo reperiri possunt. Debet insuper esse pura, hoc est aliena à mixtione, quæ alteret, & variet eius speciem, quia si per aliquam constitutur extra speciem aquæ, non potest esse cōueniens baptisma in materia, vt patet in saliuâ, vrina, & aliis humoribus per digestionem resolutis. Si autè foret mixta per iuxta positionem solum, sic quòd ea mixtio nō variaret aquæ speciem, nec impediret eam esse cōuenientem ad abluendum, posset in ea baptismus fieri: Vnde cōsequitur in glacie, niue, grâdine, & aqua existente in spongia aut luto &c. nō posse fieri baptisma, quia aqua in illis existens potest quidem corpus contingere, sed non abluere. Quare si non possit aqua abundè haberi, comprimenda sunt illa primùm, deinde puer baptizandus ex aqua illuc educta. Horum autem ratio est ipsa Christi institutio dicentis, Baptizantes eos &c. & alibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Alias eius rei causas habes in Scoto super Magistram, videlicet figuras, & prophetarum oracula.

*Matth. vii.
Ioan. 10.*

DISTIN. 3. QVAESTIO 4.
DISTINCT. 3. QVAESTIO 4.
Vtrum baptismi institutio circumcisionem euacuet?

*Baptisma
quando insti-
tutum.*

*De consecrat.
distinct. 4.
cap. Per aquam
baptismi.*

*Lib. de sacra
mentis.
Tom. 2. aduer-
sus Lucife-
rianos.*

*Baptisma
fuit sub con-
silio.*

Matth. 15.

2. Cor. 6.

Quanquam Scōtus vertat in dubium tem-
pus institutionis ipsius baptismatis, tamē
facile conicitur ipsum fuisse institum,
& primò promulgatum, cum Christus à
Ioanne in Iordane baptizatus fuit. Habetur e-
nim in decreto, de consecrat. distinct. 4. cap.
Per aquam baptismi §. non facrat aqua, nisi
Spiritus sanctus descendat, quia tum Christus
formam baptismatis dare venit ad Ioannem, &
est testis Ambrosius. Idem etiam confirmat
glossa cap. Ex quo instituta est. His accedit &
Hieronymus dicens, Ipse Dominus noster Ie-
sus Christus statim vt caput extulit de fluento
Spiritu sanctum accepit, nō quod vnquam
sine spiritu sancto fuerit, sed vt illud verum no-
bis monstraret esse baptismum, quo Spiritus san-
ctus adueniat. Vnde & manifestū euadit Chri-
stum ipsum proprio baptismo fuisse ablutum,
nēpe in nomine patris, & filij & Spiritus san-
cti, amen. Fuit autem ipsum baptismum primò
quidem sub consilio datum, & id potissimum
congruebat, quādoquidem euangelica lex per-
fectissima est, quamobrem non debuit stricta
obligatione statui: Pollicetur ad eō ingentia, &
ampla beneficia, quae sufficiunt homines (etiam
absque peccato) ad eandem & recipiendam, &
obseruandam allicere. Propterea Christus ipse
benignè mortales ad se aduocabat dicens, Ven-
nite ad me, & Apostolus, Hortamur vos &c. Et

LIBER QVARTVS. 247.

Ioannes in priore canonica, per totam episto-
lam humanissimè hortatur fideles. Adde quod
& synagoga sepelienda erat cum honore, non
statim depellenda, sicut idololatria, quae mala
erat. Deinde & sub præcepto prædicatum fuit
baptisma, secus nunquam necessarium fuisset
ipsum suscipere. Et hoc prædixit Christus di-
cens Nicodemo, Nisi quis renatus &c. Licet
igitur iam institutum fuisset à Christo, nemo
tamen ad ipsum adstringebatur, priusquā suffi-
cienter probatum fuisset Iesum hunc Nazare-
num verum esse Messiam per miracula quae ede-
re debebat, iuxta prophetarū vaticinia, & con-
staret ipsum instituisse hoc baptismum, ac proin-
de circumcisionem esse abrogatam. Siquidem
nullus aliqua lege positua, & data confringi-
tur, quin fuerit illi debitè prius manifestata, se-
cus de lege natura, quae insculpta est nostris cor-
dibus, quare non eget externo promulgatore.
Tempus verò quo ipse baptismus erat dūtaxat
sub consilio, fuit à prima eius promulgatione
facta in baptismo Christi, vsque ad sufficien-
tem euangelij promulgationem, quae Hieroso-
lymis quidem facta fuit in die Pentecostes,
Samaritiae post annum à Christo passo, vt habe-
tur in actibus Apostolorum, Cum audissent
Apostoli &c. Ephesi decimoquarto anno, vt
patet, ex actibus Apostolicis, Paulus autem ope-
ra gratis &c. Aliis autem vrbibus, & nationib⁹,
cum ad eos peruenerūt Apostoli, aut discipuli.
Post celebrem hanc euangelij prædicationem
fuit baptismus sub præcepto his quibus inno-

*Baptisma
sub præcepto.*

Ioan. 3.

*Baptisma
quādo circū-
cisionem eua-
cuauit.*

Act. 8.

Act. 19.

tuerat. Eo igitur tempore, quo consultus erat
baptismus, reuocata erat iam circumcisio ipsa
quantum ad necessitatem, at non quantum ad
licitum & utilitatem adhuc: Sed licebat, ac suf-
ficiebat alterum illorum recipere. Cum verò præ-
ceptus fuit baptismus, non amplius fuit circumci-
sio utilis, nihilominus permittebatur, ut hac san-
cta prudentia, & Spiritus sancti consilio paula-
tim Iudæi adducerentur à lege ipsa, & perduce-
rentur ad Christum. Hoc etiam consilio & ipsi
Apostoli eam etiã Christo passo obseruabant,
ut patet ex actibus Apostolorum, de Petro di-
cente, quod nihil immundum vnquam comedis-
set, & de Paulo circumcidente Timotheum & se-
metipsum purificante, ac de mulieribus præpa-
rantibus vnguenta, quæ sabbato quidem serui-
runt. In hunc finem & Apostolus omnibus fie-
bat omnia, Ait enim, Nam cum liber essem &c.
Adde quod Christus non venerat personaliter
in carne ad dissoluenda quæcunque legis præ-
cepta, sicut dixit, Non sum missus nisi ad oues &c.
ut videlicet peccem in propria persona, ita &
hic. Vnde non dicit non soluam, sed non veni
soluere. Et in actibus Apostolicis testes contra
Stephanum dicunt Stephanum dixisse, quod
Iesus Nazarenus mutabit traditiones, in futuro
dicunt mutabit, non mutauit in præterito. Chri-
stus etiã Samaritanæ dixit, nec in mote hoc &c.
Vbi futuram abolitionem significauit à cere-
monialibus: Cum his quod suapte natura vin-
culum legis cessauerit ex primo aduentu Chri-
sti, quia data erat lex donec veniret semen.

*Act. 10.**Act. 16.**Act. 21.**Luc. 23.**1. Ad Cor. 9.*

*Christus in
propria per-
sona non dis-
soluit legem.
Matth. 15.
Matth. 5.*

Act. 6.

Cum autem obiicitur Paulum Petro restitisse
in faciem Antiochiæ ob id quod obseruaret
legem, ut scribitur apud ipsum Paulum. Res-
pondetur cum Augustino, quod meritò id fecit
Paulus. Quandoquidem post tertium concilium
Hierosolymis celebratum, de quo in
actibus Apostolicis non expediebat inrer gen-
tes legem obseruare, cum oppositum iam ab
ipsis Apostolis simul esset decretum: Quare
Petrus ipse, qui antea conuescebat cum gen-
tibus, & aduenientibus Iacobi discipulis sese
ab illis segregauit, peccauit, sed venialiter dun-
taxat, quia id fecit ex pusillanimitate, timens
offendere discipulos Iacobi, quod tamen time-
re non debebat, cum esset eorum prælatus. Si
dixeris postremò circumcisionem datam Abra-
hæ in fœdus sempiternum, Respondeo præter
dissolutionem Scoti, quod Olam Hebraicæ, id
est seculum, Latine non significat omnino per-
peruitatem, cum etiam spatium quinquagin-
ta annorum vocetur, Olam. Quemadmo-
dum dicitur in lege de seruis, Seruiet ei in se-
culum, id est vsque iubileum. Ita & hic signi-
ficatur tempus vsque ad Christum, veluti &
Paulus luculentissimè explicat in epistola quæ
est ad Galatas.

*Ad Gal. 4. c.
Paulus meri-
tò Petro in
legalium ob-
seruatione re-
stitit.*

*Galat. 2.**Act. 15.*

*Circumcisio
fœdus sempi-
ternum.*

DISTINCTIO. 4. QVÆSTIO I.

Vtrum paruuli sint baptizandi?

S Acris literis manifestum euadit puell-
 los labem originis contrahere, cum
 affeueret Paulus, quod omnes pecca-
 uerunt, & per vnum hominem pec-
 catum in hunc mundum intrauit &c. In Adam
 omnes moriuntur &c. Erasmus natura filij iræ
 &c. Et Psalmista, In iniquitatibus conceptus
 sum &c. Et Iob, Quis potest facere mundum
 de immundo conceptum femine &c. Subscri-
 bit beatus Augustinus, & tota veterum patrum
 Catholicorum ceterua. Ad huius autem pec-
 cati detestationem (quæ necessaria est ad salu-
 tem) baptizandi sunt paruuli ipsius Christi
 præcepto, Nisi quis renatus fuerit. Siquidem,
 cum Christus præcepit Apostolis, vt docerent
 prius baptizandos, & ab eis prius exigent fide-
 dem, sole clarius est ipso contextu, quod ista
 expetiuerit in ipsis adultis, qui & doctrine sunt
 capaces, & fide (quæ est ex auditu) euangelio
 assentiri possunt. In ipsis autem paruulis infusa
 desideratur & sufficit fides sine qua profecto
 nullus Deo placere potest.

DISTINCT. 4. QVÆSTIO 2.
 Vtrum paruuli baptizati baptismi effectum
 recipiant?

CUm post primum parētis peccatum Deus
 de potentia ordinata nulli culpam remit-
 tat, cui non donet simul & gratiam, con-
 sequitur puellum ipso baptismate nedum libe-
 rum fieri à labe originali, sed & recipi in Dei

Originale in
 paruulis.

Rom. 3.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

Ephes. 2.

Psal. 50.

Iob. 14.

Baptisma
 paruulis con-
 ferendum.

Ioan. 3.

Matt. vlt.

Mar. vlt.

Rom. 10.

Heb. 11.

Baptismi
 effectū par-
 uuli recipiūt.

fauorem gratia diuina præcepta. Id autē natu-
 rali ratione nequaquam cōmōstrari potest, sed
 fide solam, qua assentitur his quæ nobis in sacris
 literis proponuntur. Dixit autem Christus, Qui
 crediderit, & baptizatus fuerit &c. Baptizetur
 vnusquisque &c. Quicumque baptizati sumus
 &c. Quicumq; baptizati estis &c. Sicut in Adā
 omnes moriuntur &c. Adhæc Deus in veteri
 lege circūcidi iussit infantes, vt infererentur sy-
 nagogæ, & adiicit pactum promissionis, Ego
 Deus &c. Ergo per baptismū (qui circuncisioni
 successit) pueri inferuntur ecclesiæ, extra quam
 non est salus, ne excludantur à regno Dei, quod
 Christus ad eos pertinere aperte asseruit dicens,
 Sinite paruulos &c. Nō est voluntas &c. Videte
 ne cōtemnatis: Quibus verbis testatur paru-
 los Deo placere, & per Deū custodiri. Et sicut
 pactū circuncisionis nō ideo minus ad infantes
 pertinuit, quod nō intelligerent quid ageretur,
 ita nec baptismus propterea minus valet infan-
 tibus, quod nondum intelligant pactum gratiæ
 diuinæ, quo remittitur illis peccatum originis.
 In fide enim Ecclesiæ, quæ nunquam deficiet,
 promissore Christo, Ego vobiscum sum &c.
 Item, rogauit pro te Petre &c. Apud Ioannem
 quoque promisit Spiritum veritatis mansu-
 rum cum fidelibus in æternum, per verbum
 eredentis, tingentis, offerentis, etiam tantilli
 mundantur infantuli, quanuis nondum cor-
 de credere valentes ad iustitiam, vt ait Augu-
 stinus. Recipiunt quoque vnā cum peccati
 remissione fidem, spem, & charitatem, quæ à

Mar. vlt.

Act. 2.

Rom. 6.

Gal. 3.

1. Cor. 19.

Gen. 17.

Matth. 9.

Mar. 10.

Luc. 10.

Matth. vlt.

Luc. 25.

Epist. 2. ad

Bonifacium.

*Baptismate
conferuntur
fides, spes &
charitas.*

Deo illis infunduntur in baptisinate, quib⁹ sanè habitibus Deo placent, ac potentia animæ ipso-
rum decorantur, ac perficiuntur, vt puta in-
tellectus fide, voluntas verò spe, & charitate.
Hi tamen habitus soli, absque acquisitis cor-
respondentibus minimè sufficiunt cum perue-
nerint ad annos discretionis, vt credant, spe-
rent, & Deum diligant. Propterea quòd non
habeant secum species obiectum repræsentan-
tes, sicut habitus acquisiti, qui ex actibus ge-
nerantur.

DISTINCTIO. 4. QVÆST. 3.

*Vtrum paruulus in matris utero existens
baptizari possit?*

*Baptisma
existentibus
in utero.*

Ioan. 3.

Ad Tit. 3.

1. Cor. 15.



Utm ex doctrina Christi ad Nicode-
mum baptismus quedam sit renascen-
tia: Ait quippe ad eum, Nisi quis re-
natus fuerit &c. Et assertore Apo-
sto-
lo Deus, quæ sua est misericordia, nos saluos
fecit per lauacrum regenerationis: nec prius
quod spirituale, sed quod animale, deinde quod
spirituale, manifestum euadit puellum omnino
in matris adhuc visceribus conclusum, cuius
inquam nulla extrinsecus pars apparet, nõ posse
baptizari, nec enim in causa est, quòd sit (vt nõ-
nulli asseruerunt) causæ suæ corruptionis con-
iunctus (nempe matri) quia consimili ratioci-
natione magis illi propria caro etiam cum est
extra vterum obesset, atque impediret. Sed ra-
tio desumitur ex prædictis sacræ scripturæ locis,

& ipsius baptismi definitione inde collecta. Est
enim corporis ablutio exterior. Accedit his
canon, Qui in matris, Item, Si baptizata, Ex
quibus facile colligitur puerum aqua contingi
debere, vt baptismo renouari possit. Non est
tamen necessariũ paruulum prorsus extra vterũ
eductũ fore, vt baptizari valeat. Quandoqui-
dem si aliqua sui corporis pars promineat, ba-
ptizari iure potest, & si ea pars principalis fue-
rit, quale est caput, in quo nedum tota anima,
sed & omnes sensus existunt, rebaptizari non
debet. Sin fuerit aliqua minus præcipua, vt pu-
ta manus, aut pes, si superuiuat, optimum fue-
rit rebaptizare sub conditione tamen, vt doce-
tur extra de baptismo, & eius effectu. Si ve-
rò moriatur, commendandus est Ecclesiasticæ
sepulturæ, pièque credendum Deum sua cle-
mentia supplere, quod humanis viribus sup-
pleri nequiuat. Non enim sacramentis suam
alligauit omnipotentiam. Subest illi posse,
cum voluerit alia via, quàm baptismo paruu-
lis subuenire, vt factum legimus de Hieremia
Propheta, ad quem ait, Priusquam te forma-
rem in utero, noui te, & antequam exires de
ventre, sanctificauit te. Et de Ioanne Baptista,
de quo Angelus ad Zachariam, Et Spiritu san-
cto replebitur. Nec desunt nonnulli, qui et-
iam id collatum fuisse Iacob Patriarchæ, ac
Iosippo virginis Mariæ sponso piè credant, sed
ex sacris minimè constat.

*De consecrat.
distin. 4.
eadem dist.*

*Cap. de qui-
bus, extra de
baptismo.*

Sapient. 12.

Hierem. 1.

Luc. 1.

DISTIN. 4. QVÆSTIO 4.
 DISTINC. 4. QVÆSTIO 4.
Potestne adultus etiam si non consentiat, baptis-
mi effectum suscipere?

*Adulti non
 cōsentientes
 baptisimi esse
 Etum an re-
 cipiant.*

INter adultos reperiuntur dementes aliqui, quibus semper ademptus fuit rationis vsus, & hi mox baptizandi sunt sicut & paruuli, si desperetur de eorum conualescentia: quòd si esset spes aliqua conualescentia, ad illud vsque tempus, quo illud cum maiori reuerentia susciperent: Sin fuerit quispiã, qui aliàs vsus fuerit ratione, impræsentia autem non vtatur, is sanè, si dum vtetur ratione, consenserit, seu decreuerit baptizari, & ab hoc sancto instituto minimè resiliuerit, est baptizandus. Nam censetur habitualitèr consentiens, & is ad debitam susceptionem cōsensus sufficit. Veruntamen, si esset spes conualescentia, præstolandum foret. Si esset habitualitèr dissentiens, propterea videlicet quòd dum ratione vteretur, abhorreret baptismum, non est baptizandus, nec quidpiam illi prodest, si baptizetur. Adultus autem ratione vtens si non consentiat negatiuè (hoc est habeat actualement diffensum) & contrariè, hoc est habeat actualement diffensum, ac respuat ipsum baptismum, non recipit sacramentum. Nam ait Dominus per sapientem, Præbe mihi cor tuum, & Augustinus, Qui creauit te, sine te &c. Et perinde est, si reclamet, siue non, quantum ad Deum, qui scrutatur corda. Non reclamantem tamen ad legis

Proverb. 23.

legis euangelicæ obseruationem astringit ecclesia, quæ semper exteriores actus interpretatur in potiorem partem. Si verò quispiam secundum quid dissentiat (cuiusmodi foret is, qui ne amitteret bona temporalia baptizaretur) & simpliciter tamen consentiat baptismum, & sacramentum non vt puram ablutionem recipere, verè est baptizatus. Debet nihilominus de illo dissensu conditionali pœnitere. Si quis autem consentiat negatiuè tantum, vt puta, quia dum baptizatur est distractus circa alia, habeat tamen cōsensum virtualè, aut habitualement, baptismi suscipit effectum. Difficile siquidem foret in sacramentorum susceptione, aut administratione nullatenus distrahi: Et ad hanc difficultatem noluit nos Deus obligari, cuius madata grauia non sunt. Iugum enim eius suauè est &c. Tamen si quis esset omnino non consentiens, nec dissentiens, tam actualitèr, quam habitualitèr, & tamen non vtens ratione, non esset baptismi capax. Siquidè cum ratione vtatur, debet ad ipsum aliquam habere deuotionè.

*1. Ioan.
 Math. 11*

DISTINCTIO. 4. QVÆSTIO 5:
*Recipit ne baptismi effectum fictus
 adultus?*



Fictus, qui est hypocrita dicitur, qui aliud exterius præ se fert, quàm interiorius corde intendat. Quemadmodum *Fictus ab
 baptismi ef-
 fectum con-
 sequatur.* iij, de quibus Psalmista, Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, ex

Act. 8. quorum albo Symon Magus, & Pharifæi, qui-
 Matth. 13. bus improperebat Christus, Ve vobis, qui e-
 Matth. 15. stis similes sepulchris dealbatis, Item, Populus
 hic labiis me honorat &c. Potest autem in bap-
 tismo fictio bifariam interuenire ex parte bap-
 tismum suscipientis, Primum vt significet
 verbis aliisque externis actibus se velle bap-
 tisma, sicut confertur ab ecclesia, suscipere, inten-
 tionem autem hanc non habeat in corde, Is du-
 bio procul non recipit sacramentum, quare
 si resipuerit, rebaptizandus est. Cogeretur ta-
 men ab Ecclesia ad legis euangelicæ obserua-
 tionem. Deinde potest esse fictus common-
 strans se esse dispositum ad suscipiendum ip-
 sum baptismum, vt puta quod habeat veram fi-
 dem, & ei præterea peccata displiceant, cum
 tamen contrarium existat, & vel actu peccet
 inter suscipiendum baptismum, aut nullo mo-
 do doleat de admissis peccatis, Is certe bap-
 tismi quidem characterem suscipit, quare nec
 aliquando est rebaptizandus, at peccatorum
 remissionem & gratiam nullatenus habet,
 Quia Spiritus sancti disciplina effugiet fictum.
 Item Chrysostomus, Deus nolentes non cogit,
 sed volentes trahit. & Augustinus, Qui
 creauit te sine te, &c. Quomodo autem sic
 fictus possit post peccatorum remissionem
 recipere, cum baptizari nequeat, dicitur quod
 per penitentiam, per quam quidem deletur
 talis fictio, seu peccatum, quod fuit huius
 causa fictionis. Alia verò peccata baptismi
 virtute delentur, qui tunc (cum eum verè pœ-

Sapient. 1.
 De peniten.
 can. omnis.
 Itē de consec.
 dist. 4. can.
 omnis qui.
 Chrysostom.
 tom. 6. Hom.
 de conuer. d.
 Pauli.

nitet) suam habet efficaciam. Aliis verò placet huic fictio verè pœnitenti maiorem conferri gratiam, quàm si pœniteret de commissis post baptismum, eò (vt dicunt) quod talis penitentia includat perfectionem gratiæ pœnitentialis, & baptismalis. Alij autem è contrario asserunt, quod is quem pœnitet peccatorum post baptismum commissorum (in quo suscipiendo non fuit fictus) tantum recipit gratiæ, quantum is qui fictè fuit baptizatus, & postea resipiscit, propterea quod restituitur illi omnis gratia à qua ceciderat, & insuper gradus aliquis correspondens suæ penitentia, & hoc reipsa si feruens fuerit penitentia, vel in acceptione diuina si remissè pœniteat. Mihi verò postrema magis arridet assertio, nempe eum qui fictè baptismum suscepit, & postmodum pœniteat, non ampliorem suscipere gratiam (cæteris paribus) quàm si non fuisset in baptismum fictus, & postea caderet in peccatis, & per penitentiam resurgeret, quia æquè penitentibus, & de eisdem æqualis debetur gratia, Quare nec his quispiam baptismi virtutem suscipit, cum eius susceptio mortua fuerit, sed absolutus est ab hoc præcepto.

DISTINCTIO. 4. QVÆST. 6.

Utrum iam iustificatus teneatur ad baptismi
 susceptionem?

li ij



Onstat ecclesiae vniuersalis doctrina baptismi effectum, nempe peccati remissionem, & gratiam (cum non sese offert occasio sacramenti suscipiendi) aliter haberi posse, vt puta sanguinis pro fide (ex Christi euangelio) effusione, assertore Christo, **Qui me confessus fuerit**. Totus quoque Augustinus in hoc est dicens baptismi vicem aliquando supplere passionem, vt in illo latrone, qui etsi non fuerit martyr quantum ad causam, fuit tamen quantum ad voluntate. Deinde & fides cum cordis conuersione, seu poenitentia, baptismi vicem supplet, vt ex eodem exemplo sanctus deducit Cyprianus. Accedit & Apostolus, **Qui priusquam baptismo lauaretur Spiritum sanctum recepit: nihilominus quacunque via alia à baptismo fuerit quispiam iustificatus, adstringitur ad baptismum affectu, seu voto, & cum dabitur facultas ad ipsum reipsa suscipiendum, & si grauissima quæque pro Christo subierit supplicia, modo superuiuat**. Huius autem potissima causa est Christi præceptum: Deinceps & obedientiae meritum, quæ sacrificio præfertur. Tertio humilitas, qua quilibet debet se peccatorem existimare, iuxta illud, **Cum feceritis &c.** Quarto proximi ædificatio, ob quam debet prouidere bona nedum coram Deo, sed coram omnibus hominibus. Postremo quia debet medium facilius, & certius ad animæ salutem procurandam assumere, secus iudicaretur aut gratiam contemnere, aut eam non admodum æstimare. Adde quod & Apo-

Matth. 10. Et

Luc. 9.

Baptismi vicem suppleant martyriū & fides.

Luc. 23.

Cyprianus lib. 4. de baptismo.

Rom. 10.

Iustificatus baptisma suscipere debet.

Matth. 5. Et

Ioan. 3.

1. Reg. 15.

Luc. 17.

Rom. 12.

2. Cor. 8.

stoli fuere aut à Christo, aut à se inuicem baptizati, quemadmodum tenet B. Augustinus, & habetur in decreto. Debebant enim sicut & Christus, prius facere, deinde docere. Siquidem qui fecerit, & docuerit &c. Idem etiam credimus piè de B. virgine, cum voluerit & purificari iuxta Mosis legem. Nec tamen frustra baptismus à iam iustificato suscipitur, quandoquidem illi vel gratia vel merita, dum obedièrit diuino præcepto, accumulatur. Ipsum denique sacramentum in tali haud est incertum signum aut falsum, cum non significet gratiam semper concedi tunc, sed vel concedi, vel iam collatâ, qualis fuit in Abrahamo ipsa circuncisio &c.

De consec. dist. 4. can. Quando a-kius Hierosolymis & seq. Matth. 9. Luc. 2.

DISTINCT. 4. QVAESTIO 7.

Recipiunt ne ex æquo baptismi effectum quotquot baptisma ipsum debite suscipiunt?



Vanuis iuxta diui Bonauenturæ, ac Richardi assertionem, plures sint baptismi effectus, quorum character quidem, & omnis culpæ ac pœnæ amotio ex æquo omnibus conferuntur: fomes verò eorum sententiâ in omnibus adultis (licet bene in paruulis) non æquè remittitur, sed amplius in eo, qui maiore recipit gratiam. Veruntamè cum præcipuus baptismi effectus (quæ idcirco vnicum ponit Scotus) sit gratia, ad quam dubio procul efficiendam Deus ipse, vt causa præcipua, & efficiens, Christus vt causa me-

Baptismi effectus an sit in omnibus equalis.

ritoria, baptizatus, vt suscipiens concurrunt, & habita sigillatim cuiuslibet horum trium ratione, possit inæqualis gratia baptizatis exhiberi. Primò ex parte Dei, qui potentiam suam sacramentis minimè alligauit: Quocirca vni, quàm alteri maiorem conferre valet. Deinde ex parte Christi, qui potuit suam passionem efficacius pro vno, quàm pro altero patri offerre. Postremò ex parte suscipientis, qui (si adultus fuerit) potest seipsum melius ad sacramentum altero disponere, Si paruulus, potest iuari precibus deuotis, aut parentum, (vt B. Nicolaus) aut baptizantis, vt saltem aliquod donum gratis datum recipiat, cum gratiam nullus mereatur ei, qui non cooperatur. Nihilo secius si habuerimus rationem sacramenti duntaxat, & decreti diuini (arbitramur siquidem Deum statuisse determinatum gratiæ gradum se collaturum præcisè ratione signi à seipso instituti) constat æqualem omnes virtute baptismi gratiam recipere. Propterea si adultus quispiam maiorem paruulo, aut alio adulto minus disposito (aliave circumstantia interueniente) gratiam confequatur, non erit hîc excedens gradus ipsi sacramento, sed illi circumstantiæ, tanquam medio adscribendus: Nam effectiuè gratia à solo Deo datur. Hæc autè assertio nêpe quòd vi sacramenti æqualis detur gratia, astrui potest ex eo, quòd omnes id recipiant sacramentum, Et quia vnicus est eius institutor, Christus videlicet. Huc accedit, quod habet Apostolus, Cû enim gloriaretur Corinthij de baptistis, diuisus est (inquit)

I. ad Cor. I.

Christus &c. Quasi dicat non maior est virtus in vno, quàm in alio. Itè, Vnicuiq; nostrû data est gratia secûdum mensurâ donationis Christi.

DIST. 4. in 9. Questionem scholium.

POtior opinio est, quòd Iudæorum paruuli inuitis parentibus non baptizentur. Siquidem magnam auctoritatem habet ecclesiæ consuetudo vetus, quæ semper est cumulanda. Nam & catholicorum dicta Doctorum ab Ecclesia auctoritatem accipiunt. Propter quòd multo maior est ecclesiæ auctoritas. Nunquam autem fuit ecclesiæ cõsuetudo, vt Iudæorû pueri inuitis parentibus baptizarentur, licet fuerint pleriq; Imperatores Christiani admodum religiosi, & Episcopis familiarissimi, vt Constantinus, & Theodosius. Quinimo cum Cõstantinus Imperator cõuersus, & baptizatus voluisset Romanos ad fidem cõpellere, sanctus Syluester persuasit oppositum. Beatus Iacobus Apostolus dixit, Non est nostræ disciplinæ quæque ad fidem compellere. Insuper leges iustæ, & principes reipub. non solum mala tolerant, sed & licita iubet, ne malæ vitæ homines impediatur, aut molestentur, vt habet Driedo de libertate Christiana tertia parte consideratione septima. Insuper quantum ad Iudæos Deus statuit in sua prouidentia, vt vsq; ad finè mûdi in suis remaneat posteris, quatenus prædestinati ex eis tempore præstituto nascantur, & conuertantur. Ob alias quoq; vtilitates vult Deus, vt inter Christianos

*Super psal. 38**De ecclesiast. dogma. lib. 1. ca. 1. & lib. 2 cap. 1.**Can. Qui sint eera d. 4. & ca. de Indeis.*

viuere permittantur : vnde Psalmista in persona Christi, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Vnde & Augustinus, Bene inquit cum ecclesia actum est, quod non vniuersi Iudæi fuerint occisi, sed dispersi virtute Dei, nequando obliuio fiat legis, & populi Dei. Vide Driedonem. Ad Scotum dicitur, quod homines non sunt cogendi ad aliquid, quod non prodest coactis, nec ecclesiæ, sed quod cogantur non prodest illis, nisi virtute actus interioris voluntatis, ad quam cogi non possunt: Quinimo infideles sic occulti obessent ecclesiæ, seducendo Christianos. Præterea parentes iure naturali, & diuino habent curam, & dominiū in paruulos, & quoad corpus, & quoad animam, donec habuerint vsum rationis. Ad rationem, quod magis sunt sub dominio Dei, quam parentum, Responderetur Deum nihilominus velle quod parētibus maneat ius saluum, quod habent in corporibus paruulorum suorum, quo iure manente esset in dedecus fidei eorum baptizatio. His accedit canonica dispositio.

*DISTIN. 4. QVÆST. VLTIMA.
Sintne Iudæorum paruuli, ac aliorum infidelium inuitis etiam parentibus baptizandi?*

Iudæorum paruuli, & infidelium an inuitis parentibus baptizandi.

Vanuis primatus quiuis nequeat ab infidelibus proprios vi auferre liberos, cum nullum in eos habeat dominiū, Nihilominus summus magistratus, vt Papa, impera-

tor, aut Rex (assertore doctore subtili) licitè id agere potest, quantum ad eos, qui illi subdūtur, propterea quod Deus maius habeat in hos liberos, & paruulos dominiū, quam ipsi parētes, quod sanè Dei dominiū protegere, ac vindicare debet magistratus, potiusquam parentes, veluti efficere debet, vt satius superiori obediat quis domino, quam inferiori, cauere tamen deberet ne id in puerorum dispendium, aut fidei christianæ contemptum vergeret. His accedit quod post aliquot generationes fieret tota illa generatio Christiana. Possunt & hæc addi rationes, Si pater vellet, aut alius paruulum occidere, aut aliud inferre corporale nocumentum, tenetur quis eum eripere, ergo & à morte, & damnatione æterna. Deinde abutens suo iure, potest eo merito priuari, Sed ita est impræsentiarum, cum pater deberet educare filium iuxta doctrinam Apostoli in fide & timore domini, Igitur meritò potest illi auferri proles baptizanda. Tertio innocens iniuste condemnatus potest licitè eripi à morte, Sed hic paruulus adiudicatus est æternæ morti absque actuali culpa propria, Ergo liberari debet. Quarto videns aliquem proprio se iugulantem gladio, debet ab eo gladium auferre, sed magis deliquit pater non permittens filium baptizari, quare debet illi obstiti, ne paruulus spiritualiter moriatur. Insuper matrimonium infidelium dissolui potest, vt habetur apud Paulum, si alter discesserit à Christianismo, Ergo & vinculum patris, & filij propter eandem rationem. His autem & consumi-

1. Cor. 7.

libus rationibus respondent qui aduersam & potiore tutantur partem, hæc quidem fieri debere, cum iuste fieri possunt. Iuxta illud Deuteronomij, *Quod iustum est, iuste exequeris.* Si autem proles auferretur parētibus, ante quam habeat rationis vsū, fieret contra ius naturæ & diuinum, quod habent parentes in paruulos & quo ad corpus, & quo ad animam. Quod si obieceris illud Lucæ, *Compelle eos intrare &c.* non intelligi de compulsione violenta, sed efficaci monitione, & rationabili inductione, conformiter ad illud Apostoli, *Argue, obsecra, increpa &c.* Ad Augustinum dicentem, *Quod terror legum multos compellit ad gratias agendum Deo, Respondetur ipsum loqui de iam baptizatis.*

Deutero. 16.

Luce 14.

2. ad Tim. 4.

DISTIN. 5. QVÆST. I.

Impedit ne ministri malitia verum conferri baptisma?

Ministri malitia baptismi efficaciam haud impedit.

Vando quidem baptizatis efficacia nõ est ab ipso ministro, sed à Deo, qui & aufert peccata & gratiam confert, idcirco siue bonus, siue malus fuerit minister, quauis moris malitia sit, siue schismatis, siue hæresis, aut infidelitatis, modò obseruet formam à Christo institutam, & Ecclesiæ intentionem habeat, verum confert baptisma, dummodo suscipiens non impediatur characteris, aut gratiæ infusionem propria ma-

licia. Huius autem propria causa alia non est, quam Dei voluntas, quæ nobis innotescit ex illo Ioannis, *Super quem videris Spiritum descendentem &c.* Et ex illo Apostoli, *Neque qui plantat &c.* Et ex iure canonico. Deinde congruum est Deum suo assistere signo, non habita ratione malitiæ, aut dignitatis ipsius ministri. Secus tamen sacramenta vera, certa, & efficacia non essent signa, si videlicet penderent ex ministri bonitate, quæ profecto nulli potest esse certa, cum dicat Apostolus, *Nemo scit quid sit in homine &c.* Et Iacobus, *In multis offendimus omnes &c.* Adde quod iniquum foret aliquem pro alterius iniquitate (ipso non demerente) spiritualiter puniri, & aduersus testimonium sacræ scripturæ asserentis Filios non puniri pro patrum iniquitatibus: multò minus sacramenta suscipiens pro ministrantis delictis. Quamobrem si in medium proferantur assera beati Augustini, & cæterorum patrum negantium hæreticos, & alios perfidos verum conferre baptisma, dices, (quemadmodum veritas habet) eos profecto intelligere quando aut hæretici, & cæteri perfractæ fidei non obseruant Ecclesiæ formam necessariam & intentionem; aut ipsi suscipientes adulti, hoc ipso quod ab ipsis baptizantur, intendunt eorum sectam insequi, aut aliàs sunt indispositi. Insuper Deus non acceptat ea ad operantis salutem, cum ipse malus est, sed tamen ad recipientis bene. Et propterea passim legitur in sacris literis Deum

Ioan. 1.

1. Cor. 3.

1. questio. 1.

can. Si iustus.

1. Cor. 2.

Iacobi 3.

4. Reg. 4.

Deutero. 24.

Ezech. 18.

DISTINCTIO. 5. QVÆSTIO 2.
abhorrere impiorum nedum sacramenta, sed
& sacrificia, oblationes, & cætera obsequia.

DISTINCT. 5. QVÆSTIO 2.
*Peccat ne mortaliter qui à malo ministro sciens
baptisma suscipit, aut pro paruu-
lo expetit?*

*Baptismus à
malo mini-
stro expeti
potest.*

*Lib. 6. de
consec. D. 4.
can. Quomo-
do parag. ni-
hil interest.
1. Reg. 21.
Matth. 12.*

1. Cor. 5. c.

Malus potest dici minister bifariam, aut quòd omnino ab ecclesia (vt de-gradatus) vel ad tempus (vt suspensus à suo ministerio) sit præcisus, aut non præcisus aliquatenus, sed permissus. Si minister fuerit omnino, vel ad tempus præcisus, seu excommunicatus, licet adulto (si alius non possit haberi) ingruente mortis necessitate ab eodem baptisma suscipere, vt deducitur à B. Augustino de baptismo contra Donatistas, & habetur in iure canonico. Siquidem quod aliàs est illicitum, necessitas licitum facit, vt patet de Dauide, & sociis comedentibus panes propositionis, Et de Apostolis vellentibus spicas die Sabbati, Item de Machabæis præliantibus die Sabbati. Insuper præceptum minus, videlicet ecclesiæ, immediatè maiori cedit, nempe præcepto iuris naturæ, & diuini. Præterea iste adultus, cum non adhuc sit intra Ecclesiam, non astringitur præceptis ipsius Ecclesiæ, nisi aliàs vt puta naturali iure, aut diuino esset astringtus. Id patet ex Apostolo, Quid mihi de his qui foris sunt iudicare &c. Hæreticus quoque in æquali necessitate non est vitandus, licet iu-

LIBER QVARTVS. 257

re diuino sit excommunicatus, Paulus hæreticum hominem &c. Sin autem minister malus quidem fuerit, sed non ab Ecclesia præcisus, aut suspensus, & peccatum illius fuerit secretum, vno videlicet idipsum duntaxat sciente, si tali ex officio competat baptizare, debet ab eo suscipere: sed si fuerit publicè (duobus videlicet scientibus) aut notoriè (pluribus scientibus) malus, & fuerit curatus, id est rector parochiæ, non peccat, qui ab eo baptizatur, aut illi baptizandum paruulum offert, cum expetat ab eo debitum. Si verò non fuerit parochus. tamen sacerdos, & non possit haberi melior illo, in necessitate potest ab eo baptisma exigere. Et licet adesset laicus sanctioris vitæ, tamen à sacerdote deterioris potius suscipiendum baptisma: Propterea quòd sacramentorum administratio in ecclesia ipsis competat sacerdotibus ex officio. Et quauis sacerdos ipse peccet baptizando, tamen is qui expetit ab eo baptismum, non peccat, cum non cooperetur peccato illius directè, Cum non inducat eum ad actum, qui ex se sit peccatum, sed peccatum ex malitia procedit sacerdotis, & ita indirectè solum baptizandus cooperatur eius peccato.

Ad Tit. 3.

DISTINCTIO. 5. QVÆSTIO 3.

*Debet ne quispiam baptizare eum, cui timet
mortem ex ipso baptismo imminere?*

DISTIN. 6. QVAESTIO I.

SI certò nouit quispiam mortem subsequi ex modo quo aliquem baptizare existimat, vt puta è fonte propellens baptizandum in flumen, aut in puteum altum ipsum proiciens, non debet tunc hoc attentare, quia & delinqueret homicidio mortali, & non baptizaret sic proiectum. Propterea quòd baptismus (sicut & reliqua sacramenta, & Dei beneficia) ordinatur ad vitam recipiendam. Si verò fuerit præsumptio aliqua (minimè tamen certa) accelerationis mortis in paruulo, aut adulto existenti in mortis articulo, tunc erroneam illam conscientiam deponere debet, & eundem baptizare. Secus offenderet, & baptizando stante tali conscientia (nam omne quod non est ex fide, peccatum est) & permittens eum mori sine baptismo, Quia unicuique mandauit Deus de proximo. Item diliges proximum tuum &c. Veruntamen si sacerdos remanente hac conscientia baptizaret, licet peccet mortaliter (eò quòd agit contra conscientiam) tamen non efficitur irregularis re ipsa, debet tamen abstinere ab executione sui ministerij, quandiu existimabit se homicidam, si mors baptizati subsecuta fuerit, sed deposita conscientia, non eget dispensatione aliqua.

DISTINC. 6. QVAESTIO I.

Potest ne solus sacerdos baptizare?

Ioan. 3.

AD baptismum conferendum tria omnino & solum sunt necessaria, vt puta ablutio cum aqua, Nisi quis &c. Prolatio verborum

LIBER QVARTVS.

258

à Christo institutorum, Baptizantes eos &c. Et intentio. Quare operæpretium est baptizaturum habere motiuam potentiam, deinde loquelæ usum, Postremò & rationis usum: vnde sequitur paralyticum, mæcum, mutum, & morionem non posse baptizare. Omnis verò intellectualis creatura, cui hæc tria suppetunt, baptismum conferre potest, vt angeli in assumpto corpore, etiam si mali fuerint, modò id Dei præcepto exequatur & certa reuelatione nobis constet ita esse: Deinde & omnes viri, & mulieres. Nihilominus extra necessitatis causam nulli hominum competit, nisi solis presbyteris, quando haberi possunt. Nam huius sacramenti administratio, sicut & cæterorum, illis ex officio competit, vt deducitur ex illo Apostoli, Sic nos existimet homo &c. & præcepto facto Apostolis, & discipulis, Baptizantes eos &c. Item ex decreto Gratiani, Constat baptismum à solis presbyteris esse tractandum. Insuper per baptismum quis suscipitur intra ecclesiam. Spectat verò ad habentem auctoritatem, aliquem recipere in aliquam communitatem, is autem est sacerdos, quare ad eum pertinet.

DISTINCT. 6. QVAESTIO 2.

An baptismi unitas requirat, quod ab una solum conferatur?

QVADRIMEMBRIS hic esse potest intellectus, Primò quòd plures eundem baptizent, & vterq; totum, quod in baptismum exigitur efficiat, & hoc modo verum confertur baptismum. Quia neutrius actio alterius operationem

Matth. ult. Baptizaturus necessaria.

Baptizare valet omnis intellectualis creatura.

1. Cor. 4. Matth. ult. De consecr. dist. 4. can. Constat.

Baptismus an ab unico conferri possit.

DISTINCT. 6. QVÆSTIO 3.

impedit: vnus tamen opus superfluit illius nempe, cuius Dominus voluerit. Deinde si neuter baptizantium totum peragat, sed vnus abluat, alter verò verba proferat, nihil efficiunt. In causa est Dei institutio, qui voluit vnicum esse ipsius sacramenti ministrum, perinde ac vnus est ipse præcipuus baptisimi author. Id innuunt Christi verba, Baptizantes eos &c. Et ecclesia ipsa, ac patrum decreta latius explicuerunt. Tertio si idem minister plures simul baptizaret eosdem adinuicem distinctos, manifestè vtens forma pluralis numeri, verè baptizat, Peccat tamen, cum negligat modum, & formam ab ecclesia institutam, nisi ad id moueretur necessitate ineuitabili, qualis foret mors imminens alicui illorum, si seorsum ac sigillatim baptizarentur, eruntque tot baptisimi, quot baptizati. Postremò si fuerit monstrum aliquod, & constet ibi duas esse, indistinctas tamen personas, quòd potissimum deprehendi poterit ex diuersitate actiua intellectus, aut voluntatis, seorsum baptizari debent. Si verò non possit facillè cognosci, baptizari debet forma consueta, & abluui in illis partibus, quæ præcipuè ad vnum pertinent. Deinde & abluenda sunt aliæ partes, quæ non pertinent ad illud, cum forma, qua baptizantur illi de quibus est dubium an sint baptizati, videlicet, Si sis baptizatus, non te baptizo &c.

DISTIN. 6. QVÆSTIO 3.

Requiritur ne in baptismo simul esse & abluuionē,
& verborum prolotionem?

Quoniam

Matth. vii.

Baptizari
possunt plu-
res.

LIBER QVARTVS.

257



Voniam Deus ipse, quia est in mortales clementia propensus, noluit admodum difficilia nobis imponere, non requiritur exacta illa abluitionis, & prolotionis verborum existentia, quam domini Canonistæ assignant. Sufficient enim dum vnum, priusquam alterum compleatur, reliquum ponatur, vt puta, quòd non prius absoluator ablutio, quam incipiatur verborum prolatio, nec prius omnino verba proferantur, quam fiat baptisandi ablutio.

Baptisatus non requirit exactam abluitionis, & verborum co-existentiam.

DISTINCT. 6. QV. 4.

Oportetne baptisantem à baptisato distingui, aut potestne idem seipsum baptisare?



Ominus Innocentius consultus super facto Iudæi cuiusdam, qui cum illi mors immineret, nec adesset qui eum baptisaret in aqua, semetipsum immerfit dicēs, Ego baptisome, &c. an esset baptisatus: Respondet nequaquam. Et id quidem sapienter. Nam satis innuit Christus ipse baptisantem à baptisato discretum esse debere, cum ait Apostolis, Baptisantes eos, &c. Ipse quoque Christus, vt id significaret, non seipsum baptisauit, sed à Ioanne baptisari voluit. Adde quòd baptisma est spiritualis generatio, in qua sicut in corporali oportet generantem, & genitum distinctos esse. Nec est eadem ratio huius sacramenti, & Eucharistiæ, quam sibi idem sacerdos administrat. Nam Paulus sufficienter in-

Baptisare seipsum nullus valet.

Ext. de baptis. & eius eff. c. debitiū. Matth. vii.

1. Cor. xii.

K k

dicat sacerdotem sibiipſi Eucharistiā debere exhibere: Ait enim, Dominus Iesus, &c. Deinde accipite; & manducate. Item Eucharistiā perceptio non est sacramentum, sed perceptio sacramentalis. Insuper Sacramentum Eucharistiā est quid permanens, non autē baptisma, quod consistit in usu, seu in fieri. Postremò non stat locus sacræ scripturæ, quo constet eundem posse seipsum baptisare. Quinimò Petrus Iudæis non dixit, Baptisate vosipſos, sed baptisetur vnusquisque vestrum, ab alio videlicet.

Act 2.

DISTINCT. 6. QV. 5.

Requiriturne in baptisate intentio baptisandi?

Baptisantis
intentio quæ
esse debet.



Intentio (Quantum attinet ad præfens institutum) esse potest, & respectu actus baptimi, & respectu finis eiusdē. Respectu actus minister habere debet intētionem, cum actus ille non sit fortuitus, sed humanus, ad quem obligatur & minister, & baptisandus. Quantum ad finem baptismi præcipuum, & remotū, qui est vt baptisatus hoc modo fiat regni filius, & æternæ vitæ particeps per gratiā, quam in baptismo recipit. Is finis non debet necessariò intēdi, nam Iudæus, Turca, & quantumuis atheos baptisare potest, qui tamen hunc non intēdunt finem: Sed circa finem proximum, & minus principalem (qui est vt is qui baptisatur fiat Christianus) requiritur intētio saltem in generali, vt videlicet intēdat circa eum facere, quod Christiani circa suos agere solent.

DISTINCT. 6. QV. 6.

Requiriturne in eo qui baptisat actualis intentio?



S actualē habet intētionem, qui actu considerat, & aduertit circa actum, quem exequitur, habitualem verò, qui aggeneratum iam habet habitum ad talem inclinantem actum. Virtualem autē, qui virtute alicuius intētionis præhabitæ actu perficit quæcunque actum illum concernentem. Ad baptismi igitur administrationem non iufficit (sicut nec ad reliqua Sacramenta & actus meritorios) habitualis intētio, quæ etiam in dormiente reperitur: Propterea quòd ab illa non possit actus dici humanus, quod tamen in baptisate desideratur. Nec requiritur actualis intētio in prædictis exequendis, quam vtique semper habere admodum foret difficile, ne dicam impossibile. Quare ad eam nos non construxit Deus, cuius iugum suaue, & onus leue, &c. Et mandata non sunt graua, &c. Porro virtualis omninò saltem necessaria est, nempe quòd aliquando actualē habuerit, circa opus ipsum intētionē: Ex qua deinde actuali intētionē permanant cætera, quibus opus ipsum perficitur. Quòd si experieris quòd fieri possit, vt actus subsequentes producantur ab intētionē illa, quæ tunc non existit. Responderetur hoc fieri à voluntatis imperio, quo inferioribus imperauit potentiis talis actus executionem, vnde cessante illò voluntatis actu, & proposito inferiores imperatum ipsiſ prosequuntur actum.

Intentio actualis, & habitualis.

Habitualis intētio non sufficit baptisanti.

Intentio actualis non requiritur.

Math. 11.
1. Ioan. 5.

Virtualis intētio sufficit.

*Potestne baptisma iterari?**Baptisma iterari nequit.**Heb. 6.**Rom. 5. 19.*

Digitum ad hoc attollunt omnes, ut asseuerent ipsum baptisma iterari non posse. Huius autem conuenientior causa praescribi nequit, quam Dei voluntas, qui sic hoc instituit Sacramentum. Eam vero nobis ignota manifestauit Apostolus dicens: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati. i. baptisati: siquidem veteres baptismi Sacramentum, Sacramentum Photismaton. i. illuminationum vocant, gustauerint etiam donum Dei, &c. Impossibile est, inquam, eos qui haec gustauerunt, & nihilominus prolapsi sunt rursus reuocari ad poenitentiam, poenitentiam videlicet baptisatis, ut exponit Cyrillus. Nam de ea intelligi satis indicat verbum, Anathemoseos. i. renouationis, quando per solum baptismum verum innouamur ab omni prorsus culpa, & poena immunes, & liberi. Id etiam indicat locus subsequens, videlicet: Rursus crucifigentes, &c. Huc accedit quod baptisma fuerit institutum praecipue in remedium peccati originis, ut elicitur ex Apostolo, quod sanum unicum est. Deinde delinquendi causa praeberetur hominibus, si iterato baptismate possent in dies ab omni poena & culpa absolui, quod non fit in poenitentia, quae satisfactionem exigit.

DISTINCT. 6. QV. 8.
Suntne alicui obnoxii poena, qui baptismum reiterant?

S

I baptisma certa scientia iteretur, & conferens, & recipiens irregularitatis poenam haud dubie incurrunt, ut patet ex decretalibus, licet ius ipsum ignorent: quippe quod scire astringitur hoc in facto ius, videlicet diuinum, quo prohibetur baptismum iterari: Et quauis Ius canonicum nescierint, nihilominus poenam ab eo inflictam incurrunt, in his quae alioqui iure diuino prohibita sunt, & additur poena a canone, ut melius illa vitentur. Is enim quia mortaliter peccat est in dolo, in culpa, atque contemptu, non canonis quidem, aut conditoris illius, sed diuinae legis: unde clericum percutiens, et si ignoret excommunicationem latam per canones, tamen eas incurrat, & homicidae irregularitatem. Quod si dixeris neminem debere excommunicari, nisi praecesserit trina monitio, iuxta Christi doctrinam: Si peccauerit in te frater tuus, &c. nisi etiam fuerit contumax: Verum id quidem est, quando a iudice fertur sententia, sed non quando a iure diuino, ut de haereticis, Haereticum hominem, &c. Aut Iure canonico, in his, quae aliis iure diuino sunt prohibita. Insuper licet talis non fuerit verum contumax, est tamen praesumptum. Praesumitur enim, quod cum diuinum contemnat praecipuum, magis sit humanum neglecturus. Adde quod & Ecclesia non absque diuino instinctu, potestate sibi a Christo collata hoc modo statuit excommunicari delinquentes ad maiorem cautelam: sin ignoranter (ignorantia videlicet facti) reiteretur baptismus, nec conferens, nec recipiens poenam aliquam canonum incurrunt, nisi

*Poenam iteratum baptismum.**De apostat. & iterat. bapt. c. Ex literarum.**Matth. 18.**Ad Tit. 3.*

foret ignorantia affectata, aut crassa. Pœna enim canonica nõ incurritur, nisi canon expressè contineat eam ipso facto incurri. Ad ratione autem canonistarum asserentium eum, qui bis baptisatur, licet ignoret se baptisatum, incurere irregu-
 laritatem, quod astruunt ex illo canone, Qui bis, Responderetur canonem illum esse defumptum ex pœnitentiali Theodori Episcopi simpliciter vnus Dicc̄cesis, qui nõ habuit potestatem super totam Ecclesiam: Quare Canones collecti à Gratiano, nisi fuerint ab Ecclesia, aut summo Pontifice recepti & approbati, non obligant ipsam Ecclesiam.

Can. Qui bis de consecrat. distinct. 4.

De charactere pro 9. questione.

Characteris acceptio.

Heb. i.



Character aliquando figuram significat, seu formam ex alio impressam, vt habet Paulus: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Græcè habetur χαρακτῆρ, & hoc modo literas characteres dicimus: Ad hunc modum & in Apocalypsi accipitur. Generalius etiam accipitur pro quocunque signo: sed impressentiarum est quoddam spirituale impressum à Deo suscipienti Sacramentum initerabile, quo assimilatur aliis habentibus id ipsum, & distinguitur à non habentibus. Est præterea rememoriatiuum suscepti iam Sacramenti, & conformatiuum Christo, pariter & obligatorum. Quamuis autem naturali ratione ostendi non possit

Apocal. 13. 14. 16. et 19. Characteris definitio.

fit tale quid inesse animæ, neque explicitè in factis contineatur literis, & manifestè ex illis eliciatur, nihilominus, quia sentiendum de Sacramentis Ecclesiæ, sicut Romana sentit Ecclesia, vt habetur in Decretalibus: Idcirco propter ipsius Ecclesiæ autoritatem admittimus characterem. At enim Innocentius tertius: Tunc characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obstantem. His subscribit Beatus Hieronymus super eum locum, Signati estis Spiritu promissionis, & super illum: Nolite contristare Spiritum sanctum. Athanasius quoque in eisdem locis Apostoli. Fuit autem figuratus character, assertore Hieronymo, in sanguine agni, quo superliminaria domorum Israëlitarum linebantur. Itè per signum Thau, de quo Ezechiel. Congruit præterea receptum in Christi familiam distingui à non recepto per aliquod sibi intrinsicum, id est, per characterem. Non est autem necesse admittere cum Diuo Thoma ipsum characterem absolutam esse formam, cum sufficiat si dixerimus, quod sit respectus extrinsecus adueniens ipsi animæ, productus immediatè ab ipso Deo in susceptione initerabilis sacramenti. Huius porro respectus fundamētum proximū est ipsa anima nuda. Distinguantur verò diuersi tales characteres ex seipsis formaliter, perinde ac si essent formæ absolutæ, quamuis etiã extrinsecè differant ad differentiam Sacramentorum, & effectuum priorum. Quod si exquisieris, causam quam obrem tres duntaxat characteres admittantur, tres.

Character anime imprimitur.

Ext. de heret. c. ad abolendum.

Ext. de bapt. c. maiores.

To. 9. In Epistola.

Ephes. 1. 6.

Ephes. 4. 6.

Characteris signa.

Exod. 12.

Ezech. 9.

Pro 10. 98.

Characteris forma.

Characteres tres.

D I S T I N C T. 7. Q. 1. 2. 3. 4. ET. 5.
 ea sanè in hac consistit, quòd tria solùm sacra-
 menta hominem in certo constituunt gradu in
 Ecclesia. Primus enim gradus in Ecclesia, & qui-
 dem vniuersalissimus est recipi in familiã Chri-
 sti, quod fit in baptismo. Secundus specialis est
 in militia ad defensionè fidei Christianæ, quod
 fit in confirmatione. Tertius cõstituit in patrem,
 & pastorem ad recipiendum, & introducendum
 alios in Ecclesiam, & dirigendum, & instruendũ
 eos: Patet ex Paulo. Hoc præstatur in Sacramen-
 to ordinis, alia verò Sacramenta hoc non præ-
 stant. Vide analogiã desumptam ex politiis hu-
 manis ex doctore.

Ephes 4.

*Sed restat
duo dybia,
&c. circa fi-
nem.*

**D E S A C R A M E N T O C O N -
F I R M A T I O N I S.**

D I S T I N C. 7. Q. 1. 2. 3. 4. ET 5.



Christus benedictus Ecclesiam suam
 in optimo esse spiritali instituit,
 quantum statui viæ congruebat,
 (Dei enim perfecta sunt opera.)
 quod esse spirituale diuersa opera,
 & exercitia producit spiritalia, per quæ inno-
 tescit, ad quæ sanè expetuntur varia Spiritus san-
 cti dona, cum non simus sufficientes aliquid cogi-
 tare ex nobis, nedum pro communi vtilitate
 Ecclesiæ, vt habet Apostolus, & ipse quosdam
 quidem dedit Apostolos, &c. verum quoque
 pro singulorum membrorum salubri consisten-
 tia. Exigitur autem gratia iustificans fideles,
 vt credatur ad iustitiam. Expetitur & gratia

Deut. 32.

1. Cor. 3.

Ephes 4.

corroborans, vt ore confessio fiat ad salu-
 tem, ergo sunt dona Spiritus sancti distin-
 cta, & ex consequenti distinctè & diuerso tradi-
 tempore possunt, & forinfecus diuersa illius
 traditionis habere signa diuinitus instituta.
 Quod autem istud sacramentum Christus in-
 stituerit ex facto probatur Apostolorum, qui
 nihil ad salutem fidelium pertinens sine Chri-
 sti instructione, & institutione egerunt, aut Spi-
 ritus sancti inspiratione. Ipsi autem, vt patet
 ex actibus Apostolicis, baptisatis manus impo-
 nebant. Habetur enim in hunc modum. Cùm
 audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis &c. ibi
 accipiebant Spiritum sanctum, & in signo visibi-
 li. Nam & id vidit Symon Magus. Item his audi-
 tis baptisati sunt in nomine domini Iesu Christi,
 & cùm imposuisset illis manus Paulus receperunt
 Spiritum sanctum. Quod vtique non fecerunt
 propria præsumptione, instructi de voluntate
 Dei, qui ad hanc manuum Apostolicarum impo-
 sitionem gratiam confirmantem erat certò da-
 turus. Omnes porò Catholici scriptores hos duos
 locos ad confirmationis sacramentum referunt.
 Ex illis autem locis elicitur primò quòd manuũ
 impositio non nisi Apostolorum erat officium,
 cùm Philippus id non ausus fuerit vsurpare. Se-
 cundò quòd hæc ipsa manuum impositio, certum
 signũ aduentus Spiritus sancti erat. Tertio quòd
 nulli imponebantur manus nisi baptisato. Gratia
 enim confirmationis gratiã præexigit baptisati.
 Quarto si illa manuum impositio ad inuentio
 fuisset humana, & non à Christo instituta, nequa-

Rom. 10.

*Confirmatio-
ne Christus
instituit.*

Act. 8.

Act. 19.

Ioan. 13.

Tō. 9. in Iōā.
Ioan. 14.

Ioan. 16.

Luc 24.

Ioan. 17.

Hic patet
que sit huius
Sacramenti
materia.

quam Spiritus sanctus suo probasset aduentu. Huius sacramenti institutio insuper ex sacris confirmatur literis, ex promissionibus videlicet ipsius saluatoris, qui ipsis Apostolis iam baptismente lotis ut patet ex illo Ioannis, Qui lotus est non indiget &c. cum interpretatione B. Augustini, aliud Spiritus sancti donum quo plenius instruerentur & confirmarentur promisit dicens. Paracletus autem Spiritus sanctus &c. Item adhuc multa habeo vobis dicere &c. Et apud Ioannem ait Petro, Non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Post resurrectionem quoque consolans Apostolos ait. Ego mittam promissum Patris in vos Spiritum, ibi induamini virtute ex alto. Hæ autem promissiones non fiebant solis Apostolis, sed toti Ecclesiæ eorum opera congreganda, ut significauit Christus, Non autem prohis rogo tantum, sed omnibus, qui credituri sunt per eos in me. Deinde Apostoli hoc promissum donum in Pentecoste susceperunt, & qui antea timebant Christum confiteri & illi adherere, ut patet in Petri negatione, & omnium fuga in eius captione, ac metu quo correpti, post Christi ascensionem sedebant Hierosolymis ianuis clausis. Post susceptum verò hoc Spiritus sancti donum in fide corroborati, imperterritè Christum, & eius Euangeliū publicè fatebantur. Postremò fuit hoc Sacramentum obseruatum in ipsa Ecclesia à tempore Apostolorum, succedentibus ipsis Apostolis Episcopis. Huius porò Sacramenti materia est Chrisma, quod ex oleo oliuarum, & balsamo conficitur. Ratio verò ob quam huius Sacramen-

ti materia cõposita sit, Baptismi autem simplex elementum est, quia baptismus datur ad spiritua-
lem vitam simpliciter cõsequendam, istud autè
Sacramentum ad consequendam Spiritus sancti
plenitudinẽ, cuius multiformis est operatio, ut patet ex libro sapientiæ, est enim in illa spiritus intelligentiæ. Diuisiones gratiarum sunt, &c. Huius
Chrismatis mentionem facit B. Cyprianus dicens, vngi quoque eum, qui baptisatus est, necesse est, ut accepto chrismate, id est, vnctione esse vnctus Dei, & habere gratiam Dei in se possit. Cur autem chrisma prius ab Episcopo consecrari debeat, inde accipitur, quòd Christus quibusdam Sacramentis corporeã habentibus materiam vsus est, baptismente videlicet, & Eucharistia, scilicet cuius vsu horum materiæ aptitudinẽ acceperunt ad Sacramenti perfectionem, ut attestatur B. Chrysostomus dicens: Nunquam aque baptismi purgare peccata credentiũ possent, nisi tactu diuini corporis sanctificatæ fuissent. In Sacramento quoque Eucharistiæ panem, & vinum
antea benedixit, quàm in eo corpus suum, & sanguinẽ suum discipulis dedit: Vnde benedictio fontium baptismalium in Paschate, & Pẽtecoste similiter panis, & vini ante cõsecrationẽ ad ceremonias pertinẽt, & solẽnitatẽ Sacramenti. Idèò autè est vsus visibili aliqua vnctione, qua cõsecrauit materiã aliquã in vsu cõfirmationis, quare chrisma, & oleũ sanctũ infirmorũ prius benedicuntur, quã ad sacramenta adhibeãtur. Forma est talis, Signo, vel cõsigno te signo crucis, Cõfirmo te chrismate sal utis, vel sanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In forma huius sacramenti,

Sapient. 7.

1. Cor. 12.

Lib. 1. Epist.
Epist. i.Matth. 26.
& Luc. 22.

tria continentur. Primum exprimit plenitudinē Spiritus sancti, cum inuocatur tota trinitas, dicendo: In nomine Patris &c. Deinde insinuat robur vitę spiritualis, cum dicitur, Confirmo te Chrismate salutis. Tertio ostendit signum militię Christianę, cui ascripti sumus, cum dicitur, Signo te signo crucis ✠, signo videlicet in quo Christus redemptor noster triumphauit. Imprimatur autem chrismate in fronte baptisati signū crucis, vt confirmatum à confessione nominis Christi neque timor deiiciat, neque pudor perturbet. Vtriusque autem signum in fronte manifestatur: nam palefcunt homines mortis timore, & tabescunt confusi, maximè verò in confessione Christi, qui profectò articulus ratione passionis ignominiam quandam habere videtur, iuxta illud Apostoli: Prædicans crucifixum Iudæis quidem scandalum &c. Idèd autem in fronte fit confirmatio, vt audacter, & intrepidè sicut corde credit ad iustitiam, ita Christi fidem inter persecutores ore confiteatur ad salutem. Magister in textu huius distinctionis dicit, virtus huius sacramenti est donatio Spiritus sancti ad robur. Respòdeo, Licet Eucharistia Christianum cõfirmet, hoc tamen est ad corroborationem charitatis, Confirmatio verò ad corroborationem fidei. Insuper instituit Christus hoc sacramentum non secus ac alia quædam sacramenta instituisse cognoscitur, non exhibendo, sed promittendo: Primum ante passionem, Si non abiero Paracletus non veniet ad vos. Et post resurrectionem: vos autem sedete in ciuitate donec induamini virtu-

1. Cor. 1.

Ioan. 16.

Luc. 24.

te ex alto. Quòd si rationem quæras, quare non per se ipsum, sed per Apostolos hoc sacramentū patefacere voluit, intellige in hoc sacramento dari plenitudinem Spiritus sancti, quæ dari non debuit ante Christi resurrectionem, & ascensionē ipso Ioanne dicente: Nondum erat Spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et ipso Christo dicente, Si enim non abiero. Paracletus non ad vos. Quòd autem hoc sacramentum cum chrismate conferri debeat & hoc institutione diuina, patet ex B. Dionysio dicente, est quidem perfectiua operatio, quam duces nostri, id est Apostoli Chrismatis hostiam nominant: Alia translatio ita habet, Alia est veneranda confectio vnguenti, consecrationem vocant preceptores nostri &c. Ministrum autem huius sacramenti Episcopum solum esse constat: nam si Dionysio credimus ritus qui seruari debet in administrandis sacramentis promanat ex traditionibus & gestis Apostolorum: Soli autem Apostoli (quorum successores sunt Episcopi) in primitiua Ecclesia hoc sacramentum conferebant, vt patet ex actibus Apostolicis, Cum audissent Apostoli &c. Et de Paulo cõfirmante discipulos, qui erāt Ephesi: Et huic asserioni subscribit beatus Hieronymus aduersus Luciferianos interpretatus eum locum Actuum (Cum audissent Apostoli &c.) de sacramento Confirmationis. Deinde & beatus Cyprianus ad Iabaianum de hæreticis baptisandis. Item & Ius canonum,

Ioan. c. 7.

Ioan. 16.

Eccles. Hierar. cap. 4.

Minister est Episcopus.

Lib. de Eccles. Hierar.

Act. 8.

Act. 8.

De cõsecrat. Dist. 5. Can. Omnes.

QVÆSTIO. I.

*De prælato-
ne Aposto-
lorum vide
glosam super
illud. Can.*

*legimus 93.
dist. ubi dis-
putatur quo-
modo fuit fa-
cta.*

*Can. legimus
93. distinct.*

*A principio
fuit aliquis
actus proprius
Episcopo, vi-
de textum
Magistri.*

*Can. legimus
93. distinct.*

*Dist. 11.
Can. in nouo
testamento.*

*Act. 8. &
19.*

*Sup. Episto-
lam ad Titum.*

TRes sunt opiniones quatum ad prælationem, quæ facta fuit Episcoporum supra præsbyteros simplices. Prima quod in primitiua Ecclesia statim post Christum Episcoporum, & Sacerdotum nomina, & officia erant communia, sed postea cœperunt distingui & nomina, & officia. Secunda dicit quod tantum in nomine fuit facta prælatio: primo enim omnes dicebantur sacerdotes, licet quidam aliis prælati essent quatum ad officium. Tertia asserit quod prælatio hæc facta fuit quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quædam ministeria, quæ spectant tantum ad officium Episcopale: Et fuit hæc prælatio facta à tempore Petri, vt colligitur ex iure Canonico in quo fit mentio Marci, Esdræ, Dionysij, qui fuerunt contemporanei Petri, & Clementis. Sanior tamen opinio hæc est, vt semper fuerit differentia etiam iure diuino inter Episcopos & Sacerdotes, propterea quod Episcopis solis competeret ordinare, & confirmare, quod non competebat sacerdotibus simplicibus: & hoc elicitur ex Iure cononico. Confirmatur etiã ex eo quod Episcopi succedant Apostolis, vt habetur in dicto Iure canonico. Solis autem Apostolis illa competeabant ordinare, & confirmare, vt deducitur ex actibus Apostolorum. Quare ad locos sacre scripture quibus significatur eosdem fuisse Episcopos, & Sacerdotes, & ad B. Hieronymum id confirmantem, Respondetur nõ fuisse tunc di-

stinctionem tantum in nominibus, & aliis circumstantiis cõcernentibus eorum ministeria, & officia sicut postea, sed semper fuit differentia quantum ad administrationem aliquorum Sacramentorum. Quocirca ad illam opinionem quã refert Scotus eorum qui asseuerant Iure diuino nullum esse discrimen inter Episcopos, & simplices Sacerdotes, idque comprobant ex aliquot locis sacre scripture citatis in Decreto, ex Paulo, ex actibus Apostolorum, ex Petro & ex Hieronymo super. Epist. ad Titum. Item ex alio loco Iuris canonici. Respondetur nõ fuisse in primitiua Ecclesia differentiam in nomine, cum iidem præsbyteri vocarentur, & Episcopi, nec in regimine Ecclesiarum cum Episcopi vnã cum præsbyteris simul regerent Ecclesiam, instruerent videlicet fideles, ac conferrent Sacramenta. Tamẽ erat sēper in dignitate ac autoritate differentia. Nam aliqua Sacramenta (confirmacionem videlicet, & ordinationem) Episcopi cõferebant, quæ simplices Sacerdotes administrare nequibant, vt elicitur ex dicto canone, Legimus, vbi dicitur, Quid facit Episcopus, excepta ordinatione, quod nõ facit præsbyter? Vbi per ordinationem secundum glosam intelliguntur cetera quæ solis competunt Episcopis. Et ad canonem, Peruenit, vbi dicitur Gregorium cõcessisse præsbyteris cõfirmare. Respondetur quod quantum ad ipsũ actum fecit eos Episcopos, vt vitaretur scãdalũ: Sicut etiã abbares Cisterciensis ordinis minores suis Religiosis cõferunt ordines, & in hoc actu sũt Episcopi. Ex secũda quest. huius dist. manifestũ euadit, Sacramentũ hoc nõ esse absolutẽ necessarium ad salutem, iuxta illud

*Can. legimus
93. distinct.
Ad Philip. 1.
1. Ad Tim. 4.
Ad Tit. 1.
Act. 20.
1. Petri. 5.
Can. olim, &
Can. ecce e-
go dist. 95.*

Questio. 2.

Marc. vii.

Marci: Qui crediderit &c. Est tamen necessarium ei, qui vellet sese martyrio exponere pro fide Christi, nec potest ab adulto, data oportunitate, negligi absque peccato. Ex tertia deinde quaestione apparet hoc sacramentum non esse simpliciter baptismo dignius, habita ratione finis praecipui sacramentorum. Quandoquidem absque poenitentia satisfactiua deletur omnium tunc culpa tum poena, conferturque gratia qua & adoptamur in filios, & efficimur omnium Christi bonorum participes, & alia consequimur, quae confirmatione absque baptismo considerata non obtinemus. Si enim consideres confirmationem, ut baptismum praexigit, & a digniori administratur ministro, utique sic baptismum praestaret, sed hoc esset non ut sacramentum, sed alterius ratione, quod Scotus vocat excellentius secundum quid. Vnum sacramentum dicitur alio manus quinque modis. Primum propter significationem, & sic matrimonium est caeteris maius, cum significet unionem duarum naturarum in Christo, unionem Christi cum Ecclesia, unde, Sacramentum hoc magnum est &c. Et unionem Christi cum anima fidei, Desponsabo te mihi in fide &c. Despondi enim vos vni vito &c. Secundum propter continentiam, quia quod continet est perfectius, ut Eucharistia continens Christi corpus & sanguinem. Panis quem ego dabo &c. Item Caro mea verum est cibus &c. Tertium propter efficaciam, ut baptismus, in quo deletur omnis culpa, & poena, & confertur gratia, & haereditas regni caelestis, Qui crediderit, & baptisatus fuerit, &c.

Questio 3.

Responsio ad
Magistrum.Ephese. 5.
Ozeae. 2.
2. Cor. 11.

Ioan. 6.

Marc. vii.

rit &c. Quarto propter dignitatem ministrantium, ut Confirmatio quae a solis Episcopis administratur. Quinto quia ponit in nobiliori gradu in Ecclesia, Noli negligere gratiam quae data est tibi &c. Sic nos existimet homo sicut ministros Christi. Ex quarta quaestione quoqueprehendimus, quod iterari nequeat, huiusque ratio est ipsa diuina institutio sic volens, quam proinde Dei voluntatem nobis indicauit. Apostolus, Nam rursus iacentes &c. ibi impositionis manuum: Vbi ostendit duo Sacramenta non posse iterari, Baptismum videlicet, & Confirmationem. Adde & congruentiam, quod hoc Sacramento quis instituat in determinato Ecclesiae gradu videlicet bellatoris: & Sacramentum sic hominem instituens non iteratur, Imprimis & characterem, unde nec iterari debet. Ex quinta quaestione consequitur hoc Sacramentum iterantes nullam iuris poenam incurrere, cum non in ipso iure reperiat poenam de facto incurrere iterantes, & odia restringenda sunt, fauores autem ampliandi.

Questio 4.

Heb. 6.

DE Eucharistia.

DISTINCT. 8. Q. Y. 1.

Est. ne Eucharistia nouae legis Sacramentum est



Vcharistia (ut a nominis ratione exordiamur) Sacramentum est corporis Christi, & sanguinis veraciter coeunti sub speciebus panis, & vini, post consecrationem factam a sacerdote sub verbis certis, cum debita intentione prolatis, ex institutione diuina veraciter signas corpus Christi,

Eucharistia
definitio.

& sanguinem sub eis realiter contineri. Hæc autem Eucharistiæ definitio ex sacris literis facile colligitur, Ex Matthæo, Marco, & Luca, qui sacri Euangelistæ referunt, quemadmodum Christus facta cœna agni paschalis hoc Sacramentum instituerit exhibens suum ipsius corpus & sanguinem sub panis, & vini speciebus suis Apostolis, quibus & facultatem id ipsum subinde conficiendi concessit, ac cæteris Ecclesiæ ministris dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Itē Accipite, & bibite ex eo omnes, hic est enim calix, &c. Et tandem subdit, Hoc facite in meam commemorationē. Huc accedit Apostolus, ubi latius de modo perceptionis, & consecrationis huius Sacramenti disserit dicens: Conuenientibus ergo vobis in vnum, &c. Et idem, Calix benedictus inquit, cui benedicim⁹, &c. quippe docet hoc Sacramentum perpetuò in Ecclesia frequentandum, dicens, Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, quod & Christus pollicitus est dicens, Ego vobiscum sum, &c. Fuit verò congruum hoc sanctissimum Sacramentum à Christo institui, quò nobiscum in huiusmodi signo sibi esset, quaten⁹ quilibet fidelis hoc ipso efficacius, & intentius ad Christi amorem & pietatem, ac pro tantis susceptis beneficiis gratiarum actionem excitetur, quòd & experientia piorum veterum, ac adhuc superstitum, qui non curauerunt genua ante Baal, cōmōstrat. Congruū etiā fuit post spiritualem generationē (qua per baptismū regeneramur) cōferri nobis spirituale nutrimentū sub similitudine nutrimenti corporalis, quod in pane, & vino præcipuè cōsistit, vnde excellēter Eucha-

Matth. 26. c.
Marc. 14.
Luc. 22.

Eucharistiæ
conficiendæ
facultatē de-
dit Christus
Ecclesiæ mi-
nistris.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10. c.

1. Cor. 11.
Matth. 5.

Eucharistiæ
permanebit
in Ecclesia
ad seculū vs-
que finem.

ristia dicitur, id est, bona gratia, quia in hoc Sacramēto nō modò est augmentū virtutis, & gratiæ, sed illè tot⁹ sumitur, qui est fons, & origo totius gratiæ. Præterea sūptionē huius Sacramēti nedū spiritualiter, sed & corporaliter Christo vnimur, ad eò vt simus membrū corporis eius vt habet Apostol⁹. Postremò hoc Sacramentū nō solū Deo nos grat⁹ efficit, sed variis adiuuat modis (vt ait Bonauētura) incorporat siquidē nos capiti Christo, Qui māducat me, in me manet, &c. Quāobrè & Græcis dicitur Synaxis, id est, cōciliatio; seu cōmuniō, quod hoc Sacramēto significatur, & significatur cōiunctio Christi & Ecclesiæ. Quod etiā deducitur illo Corinthiorū, Calix benedictionis, &c. Deinde fortiores reddit. Psalmista, Panis cor hominis cōfirmet. Cui⁹ figura præcessit, quando māna De⁹ pluit patribus in deserto, &c. Vnde & Psalmista, Panē Angelorū, &c. Quod etiam elicitur ex illo Apostoli, Omnes eandem escā spiritualē māducauerūt. Deinde subsequitur omnia in figura. Fuit autē adūbratū hoc Sacramētū multifariā, tū propter sui excellentiā (quaten⁹ videlicet dignitas ipsi⁹ famosior ostēderetur, tū ppter ipsi⁹ difficultatē, quādo quidē inter alia credibilia hoc difficillimū est. Quocirca operæ pretiū fuit hominēs figuris aliquibus manūduci ad huius Sacramentiveritatē. Colligitur proinde ex imūni hoc Sacramentum adūbratum fuisse præcipuè quatuor figuris. Prima legis naturæ, in sacrificio Melchisedech. Secunda, & tertia, legis scriptæ in agno, & māna. Quarta legis gratiæ in sanguine lateris Christi. Et prima quidem

Ephes. 5.

Eucharistiæ
varia com-
mōna.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

Eucharistiæ
figuræ.

Exod. 16.

Psal. 77.

2. Cor. 10.

Gen. 14. &
Hcb. 7.

*Eucharistia
Sacramentū
est noue le-
gis.*

*Vnum est Sa-
cramentū En-
charistia.*

*Eucharistia
supra cetera
sacramenta
excellētia.*

præsignabat visibilem formam huius Sacramēti, quæ est species panis & vini. Secunda rem contentam. Tertia de manna rem signatam tantum. Postrema significabat efficaciam ipsius Sacramēti. Vnde facile colligitur Eucharistiam Sacramentum esse nouæ legis, cum sit signum ex institutione diuina verè repræsentans, non quidem gratiam accidentalem, seu inhærentem tantum præcipuè, & duntaxat (vt alia Sacramenta) sed aliquè gratuitum Dei effectum, nempe existentiam corporis Christi sub talibus speciebus. Gratia enim in Sacramenti ratione, nedum pro gratia accidentali, sed & pro gratuito Dei effectum accipitur. Deinde & Eucharistia est vnum sacramentū, & non plura. Nam tametsi corpus (vt consideratur distinctum à sanguine) & sanguis diuersæ sint res, per diuersa signa, & seorsum illis propria signatæ, vt puta corpus per panis speciem, & sanguis per speciem vini: nihilominus signatum cōstituitur, nempe corpus ipsius Christi acceptum, vt complectitur omnia, quæ ad totum corpus organicum pertinent, quæcumque tandem illa sint, siue caro ipsa aut sanguis, & alij humores, aut ipsi vitales spiritus. Quod quidem signatum vñ est vnitatem integritatis, licet nō vnitatem indiuisibilitatis, & eadē vnitatem ascribēda est ipsi signo, seu Sacramēto, hoc est ipsis speciebus panis & vini. Ex his colligitur triplex huius Sacramēti à cæteris, & differētia, & excellētia. Prima quidē, quia cætera Sacramēta licet quantum est ex se seuerā sūt, tamē quādoque suo destituūtur effectu signato, propter suscipientis indispositionem: Istud autē pro

pterea nunquā suo priuatur signato. Altera est, quia quod signat istud Sacramentum, hoc re ipsa continet, vt puta gratiam subsistentem, seu Christum ipsum plenum gratiæ, & veritatis, & in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Alia verò Sacramenta non item, cum significant accidentariam gratiam suscipienti inhærentem. Postrema differentia & excellētia huius Sacramēti in hoc consistit, quod cum alia in vsu, & fieri cōsistant, vt pote in quibus idem est Sacramentū, & Sacramenti perceptio, cum cessante eorum administratione nihil quod sit Sacramentum supersit. Hoc quidem permanens est etiam ante ipsius vsu: hoc adumbrabatur in māna, quod Moyses in vna seruauit.

Ioan. 7.

Colof.

DISTINCT. 8. QV. 2.

*An Eucharistia forma sit ea, quæ in canone
Missæ ponitur?*



Redendū est (assertore Augustino) & habetur in Decreto, quod in illis verbis, quæ in canone Missæ assignantur, Christi Sacramenta conficiuntur: nam reliqua omnia nihil aliud sunt quā laudes vel obsecrationes. Huc accedit D. Ambrosius, Sermonē Christi hoc cōficitur Sacramentum, quia sermo Christi creaturā mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calicem: nullum fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Cōsecratio quibus sit verbis: Attende quæ sunt verba, Accipite, & come-

*De cōsecra-
d. 2. Can. V-
trum.*

*Lib. 4. de Sa-
cramētis. c. 4.*

*Est. de celeb.
Missarū. cap.
cū Martia*

dite ex hoc omnes, hoc est corpus meū: Et iterum, accipite, & bibite ex eo omnes, hic est sāguis meū. Et cōfirmatur per Innocentiū tertiū (vt habetur in Decretalibus) Credimus, ait, formā verborū sicut in Cānone scribitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorū susceperūt successores. Siquidē verba cōsecrationis corporis Christi sunt quatuor, videlicet, Hoc est corpus meū. Nā coniūctio (enim) nō est de essentia formæ, sed ponitur ad cōtinuandū verba Sacramētalia cū præcedētib⁹, necessariō prēmittēdo, quatenus ex illis ex vi sermonis haberi possit, quod ista, hoc est corp⁹ meū, dicuntur in persona Christi. Quocirca qui illā coniūctionē (enim) ex industria omitteret, grauiter peccaret. Quantū ad formā cōsecrationis sanguinis, maior apparet difficultas, propterea quod null⁹ Euāgelistarū eam (qua utimur) referat, nec Græci ea vrantur. Sed nihilominus assertorē Innocentiō vbi supra huiusmodi forma certa est, quia ab Apostolis Ecclesię tradita existimatur. Multa siquidem, quæ in Euāgeliis non scribuntur Ecclesię, ab Apostolis sunt tradita, vt facili colligitur ex Apostolo dicente, Cætera cū venero disponā, & alibi, Deinde (inquit) visus est plusquā quingentis fratribus simul, cuius tamen visionis Euāgelistæ non meminerunt. Item in actibus Apostolicis, Meminisse oportet verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare, quā accipere, quod nec in Euāgeliis comparitur. Adde quod Euāgelistæ rem gestam narrare intenderint, non autem præcisam consecrandi formam tradere. Quamobrem nec diffidentur Catholici Græcorum Ecclesiam verē Eucharistiam

*Ecclesia
multa ab A-
postolorū do-
ctrina abs-
que scripto
habet.*

1. Cor. II.

1. Cor. 15.

Act. 20.

conficere, licet alia vtatur forma: Quinimō asserunt plerique Theologorum quamlibet in Euāgeliis scriptam sufficere. Quamobrem si sacrificium eis vteretur, cōficeret vtique Eucharistiam, quia mutatio in modo enunciandi (modo sensus seruetur) non impedit consecrationem. Nihilominus Romanæ Ecclesiæ minister, communem citra mortalem noxam, dedita opera, prætermittere non potest. Turius igitur fuerit si sacrificium, piē, & attentē totum perlegat canonem prætendens efficere, quod Ecclesia facit, & Christus in cœna instituit, ac subinde fieri voluit. Nam qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Porro ipse sacrificium verba vtriusque consecrationis post positis Dialecticorum, & Philosophorum argutiis, profert tanquam signa sensibilia à Christo instituta, veluti instrumentum ad consecrationem faciendam, quæ in vltimo fit instanti, quibus quidem verbis super materiam aptam cum debita intentione prolatis, veluti cuiusdam præuiæ, & efficaci dispositioni Deus assistit, vt ea completa inuisibilem ipsius Sacramenti effectum producat. Quare veritas earum orationum non præcedit Dei operationē: Quinimō ille orationes non sunt Sacramentales, nec conuersiue, vt verę nec vt falsę, sed vt neutrę, saltem priores natura sua veritate. In vltimo siquidem instanti tempotis prolacionis verborum Sacramentaliū, Primò secundum ordinē naturæ est cōceptus propositionis vt neuter, hoc est, neque verus, neque falsus, Secūddò sequitur operatio diuina producēs

& efficiens illud quod talis oratio designat. Tertio consequitur huius conceptus veritas. Quod autem in consecratione vini ponitur calix, hoc idem fit, quia consecratur sanguis in ratione potus, nisi ut in vase existens. Nihil autem tale in corporis consecratione ponitur, quia corpus consecratur, ut cibus: solidum verò habet cibi rationem, licet in vase non existat.

DIST. 8. QV. 3.

Potestne hoc sacramentum à non ieiunantibus recipi?

Eucharistia à ieiunantibus recipi debet.



Ieiunium naturæ quid.

1 Cor. xi.

Ieiunium Ecclesie quid.

Non abs re profectò sanxerunt Patres ac Ecclesiæ pastores, ut fideles ieiunium tantum suscipere Sacramentum, modò infirmitate, aut alia rationabili causâ secus facere non conueniat: Ieiunium, inquam, naturæ ieiunio, sic quoddam media nocte (qua secundum Ecclesiæ consuetudinem naturalis incipit dies) cibum, aut potum non sumperint, nisi fortè inter abluendos guttulas quædam transglutiantur, hoc enim Sacramenti susceptionem non impediret. Siquidem esse ieiunium ieiunio Ecclesiæ non sufficeret, quod illi per extraordinariam aliquam refectionem præter Ecclesiæ morem, de quo Apostolus (Nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei) non soluitur, ut per pharmacorum medicinalium sumptionem, aut potum saltem post prandium. Hoc autem institutum fuit

ob tanti reuerentiam Sacramenti, quatenus singulari reuerentia conformiter ad Apostoli doctrinam diiudicetur, id est, ab aliis cibis discernatur, quod dominus Apostolis disponendum reliquit. Minor siquidem est reuerentia, (ut in pluribus) in pranso quàm ieiuno. Altera ratio est, ut prius quæeratur cibus spiritualis animæ, quàm corporalis, secundum illud Matthæi: Primum quærite regnum Dei, &c. Hoc autem habetur in decreto Gregorij, & sumitur ab Augustino epistola ad Ianuarium, ubi ait: Placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti prius in os Christiani Dominicum corpus intraret, quàm alij cibi, idè ubique mos iste seruatur. Si dixeris non maiorem esse domino seruum ipsum, & propterea obseruandum esse factum ipsius Christi, qui post cœnam hoc instituit, & exhibuit Sacramentum. Respondetur obediendum quidem esse domini præceptis, veruntamen non omnia eius gesta nobis imitanda proponuntur, cum non hoc fine omnia fecerit, sed pleraque ad aliud insinuandum, ut hîc, & cum voluit circumcidi: vnde Augustinus loco iam citato. Nô enim quia post cibos dedit dominus, idè pransi, & cœnati illud accipere debent fideles, ut illi faciebant, quos Apostolus redarguit. Nam Saluator quo vehementius commendaret mysterij altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorû, à quibus ad passionem degressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur Apostolis, per quos & Ecclesias dispositurus erat, reseruauit docendum. Quod si

Matth. 6.
De consecrat.
dist. 2. can.
Liquido.
Tom. 2. epi.
Stola 118.

1. Cor. 11.

obiicias Apostolum dicentem, Si quis esurit domi māducet, vbi apparet quòd velit fideles prius comedere, quàm ad Eucharistiam accedant. Respondetur cum Augustino tantum abesse, vt Apostolus hoc voluerit, quinimò reprehendit illos, qui pransi Eucharistia suscipiebant: Nolebat igitur vt antequam ad Ecclesiam accederent, comederet, sed posteaquã ab Ecclesia recessissent:

*Eucharistia
quadrisariam
suscipi valet.*

Obserua postremò quadrisariam hoc Sacramentum percipi posse, Primò solum Sacramentum, non sacramentaliter (sic enim loquuntur) vt si Eucharistia Pagano, aur heretico infideli daretur, qui nõ discerneret eam à communi cibo. Et hi secundum Apostolum iudicium sibi manducarent & biberent, non diiudicantes corpus domini. Secundò potest recipi Sacramentum sacramentaliter, & non spiritualiter, quemadmodum fidelis sincera habens fidem de Sacramento in mortali peccato existens, nullatenus cõtritus ipsum recipiat. Is, inquã, nõ recipit spiritualiter, quia spiritualem effectũ ad quẽ ordinatur huius susceptio (qui est spiritualis animæ nutritio per gratiũ à Christo collata) non recipit: Quinimò mortali nexu offendit; cum iuxta Apostoli præceptũ non probet seipsum. Tertio recipitur vtroque modo, videlicet sacramentaliter, & spiritualiter à probò fidei, habẽte spem, fidẽ, & charitatẽ, cõtrito, & cõfesso actu, vel effectu. Is enim nõ solũ Sacramentũ, nec ipsius effectũ suscipit, nõ Christo spirituali cibo vnitur, & incorporatur secũdũ illud, Qui māducat meã carnẽ, & illud, Panis nõ frágimus, &c. Et quod Christ⁹ in spiritu dicebat

*Ioan. 6.
1 Co. 10.*

D. August. *Lib. 2. cõtra Iulianum* cibis sum grandiu, cresce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, sicut cibũ carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Hoc enim enim inter cibũ corporalẽ, & spiritualẽ interest, quia corporalis in substãtiã aliti cõuertitur, sed in spiritali nutritiõne nutritus in cibũ conuertitur, quia per charitatẽ in ipsum trãformatur. Vnde illud Ioan. Qui māducat me, ipse viuet propter me, &c. *Ioan. 6.* Quarto sumitur solũ spiritualiter, quòd cõtingit his, qui iã Christo per vnã fidẽ cõiuncti, propter tãti sacramenti reuerentiã (vt D. Bonauetura) aut infirmitatẽ aliquã aut ob ministri penuriã à sacramenti abstineat susceptione, quibus D. August. ait, vt quid paras dentẽ, & ventrem crede, & māducasti; nõ talis spiritualiter nutritur. *De consecr. dist. 2.* Is verò August. locus nõ de inferiori fide, sed de ea, quæ (assertore Paulo) per charitatẽ operatur, intelligitur. Hæc autem spiritalis manducatio potius fidei, quàm charitati adscribitur, quia proprietas māducationis magis in actu fidei reperitur, ob id quòd credens masticec recogitando, diligens autem nõ incorporat, sed incorporatur potius: Vnde & alibi Augustinus. Nulli ambigendum est tunc quemque corporis, & sanguinis domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si antequã illum panem edat, & calicem bibat de hoc seculo in veritate corporis Christi constiturus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille habere hoc quod illud Sacramentum signat, inuenitur. In illo enim Sacramento corpus, & sanguinem suum nobis commendauit,

DISTINCT. 9. QV. VNICA.
 quod & fecit nos ipsos, id est, cuius signatum fecit nos ipsos, videlicet corpus Christi mysticum; Corpus siquidem Christi verum in Sacramento signum corporis mystici: nam & nos corpus ipsius facti sumus mysticum.

DISTINCT. 9. QV. VNICA.
Licetne cupiam cum mortali delicto ad sacram accedere Synaxim?

In mortali esse peccato potest quis eucharistiam.



Irisariam contingit aliquē in mortali esse peccato: Primò actu ipso, vt puta quia tunc actu inferiori (assensum videlicet, mortali noxæ præbens vel exteriori) re ipsa peccat; Et huic tantum abest vt liceat accedere, quinimò nouo peccato sic accedens delinquit, vt habet Apostolus: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: Iudicium proculdubio propriæ punitionis: Incurrit enim (assertore Bonauentura) iuxta qualitatem, indignitatis pœnâ, vel æternæ damnationis si fuerit in mortali, vel tēporalis afflictionis, si in veniali fuerit. Aut ratione minoris reuerentiæ, modicæ deuotionis, &c. Per quod docemur quàm sit cauendum malè accipere bonum. Ecce enim factum est malum (non quidem in se, sed ei, qui indignè accipit) dum malè accipitur bonum. Sicut contra Apostolo factum est bonum, cum bene accipitur, malum scilicet dum stimulus Satanae parienter portatur. Ergo & mala prosunt bonis, sicut Angelus Satanae Paulo, & afflictio Satanae

1. Cor. 11.

Eucharistiâ suscepturo necessariâ preparatio.

2. Cor. 12.

Iob, & Tobie: & Dauidi persecutio Saül. Et sancta obsuit malis, vt Iudæ corpus Domini: Symoni mago baptisma, quia bono bene non sunt vsi: bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat, & bibit indignè, iudiciū sibi manducat, & bibit: non quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit, quod bonum est: Vnde in Deuteronomio, Iuste quod iustum est perqueris. Secundò si iam præteriti peccati oblivione captus sit, cuius nec eū pœnituit, nec pœnitet. Is autem si fuerit ignorantia crassa, vel affectata, de qua noluit intelligere, vt bene ageret, & in quorum persona ait Iob: Viam scientiarum tuarum nolimus, affectus propter quam non recolit peccatum, peccat quidem accedendo, licet minus offendat, quàm prius. Propterea, inquam, peccat, quia non semetipsum probauit, vt cui libet per Apostolum præcipitur, Probet autem se ipsum homo. Nihilominus quantumuis se ipsum probet, ac eonscientiam examinet, nequit esse certus, certitudine euidentiæ se esse dignum, sed certitudine fidei, & probabili (quæ ad dignè communicandum sufficit) qua plus tendit in vnam partem, quàm in alteram. Hoc autem constat ex Apostolo, Nihil mihi conscius, &c. & ex Psalmista, Delicta quis intelligit? &c. Et ex Ecclesiaste, Nescit homo an odio, & cæter. Quamobrem si non fuerit negligentia crassa, quia sufficiens præcessit examinatio, non peccat Eucharistiâ suscipiēs, licet peccati alicuius, aut plurium oblitus fuerit, nam & ea dispositio morituro sufficeret. Tertiò si præteritæ noxæ

Deuter. 16.

Iob 21.

1. Cor. 11.

*1. Cor. 4.
Psal 18.
Eclse. 2.*

eum pœniteat, sed exomologesim; hoc est, sacramentalem confessionem non fecit. Hic dubio procul si confitendi opportunitas occurrat, prius confiteri tenetur, quam Eucharistiam suscipere præsumat. Cuius ratio est, quia istud Sacramentum est Sacramentum maius fidelium, unde, Credo sanctorum communionem de qua re vide Cyprianum. Quamobrem non tantum debet Deo reconciliari, sed & ipsi Ecclesiæ, ut dignè Ecclesiasticæ Sacramentum unitatis suscipere possit. Sin autem confitendi facultas ei denegetur, eam ut habeat præstolare debet, nec communicare præsumat, modò scandalum nullum subsequatur. Nam si scandalum aliquod inde proueniret, tunc utique reminiscens peccati mortalis, modò cõteratur, & confiteri proponat, communicare potest, quod accidere potest sacrificulo iam induto, & ad faciendum sacrum iam iam accincto. Cõsimiliter & cuicumque communicaturo eo die quo secundum religionis, collegij, aut Ecclesiæ consuetudinem fideles cæteri communicant. Tunc enim ad euitandum proximi scandalum confessionis delatio excusatur, modò oportuno tempore eam facere (ut dictum est) proponat. Hoc de mortali accipiendum est, quia de veniali non est necessariò confitendum, aut in particulari pœnitendum: sufficit enim quòd in generali venialia displiceant, nisi esset scrupulus conscientie, quo ambigeret an mortale sit an veniale, tunc enim confessarium, nacta temporis oportunitate, etiam consulere deberet. Obi-

*Eucharistia
suscepturus
confiteri de-
bet.*

*Serm. 5. de
lapsis.*

ies fortasse capitulum illud, Omnis vtriusque sexus, quo præcipitur fidelibus, ut semel duntaxat in anno confiteantur, unde subsequi videtur etiam qui Eucharistiam suscipit, non debere rotius confiteri, quoties illius sacramenti fit particeps. Respondetur capitulum illud non prohibere fidelibus, quo minus pluries in anno confiteantur, sed præcipit ut saltem semel id faciant. Nam in multis aliis specialibus casibus tenetur quis ad exteriorem pœnitentiam susceptione sacramentalis confessionis peragendam, ut cum quis graui detinetur morbo, adeò ut de eius conualescentia desperetur. Unde beatus ille seruus, quem cum venerit dominus & inuenerit eum vigilantem, & cæter. Deinde exponens se mortis periculo, ut qui bella adeunt, aut similia aggrediuntur discrimina. Postremò & sacerdos celebraturus speciali lege ad hoc astringitur: pari ratione & quicumque communicaturus. Quòd si eam legem exquiras, eam tibi sanxit Apostolus, Probet autem se ipsum homo, & cæter. Et Diuus Cyprianus. Obserua postremò quòd quanuis nullus certò, & euidenter (ut prædictum est) scire possit se à peccato esse prorsus immunem, nihilominus aliqua eius coniectura haberi potest. Potissimum per quatuor signa. Primùm cum quis piè ac deuotè (ut ait Bernardus) verba Dei audit, iuxta illud Ioannis, Qui ex Deo est, & cæter. Secundùm, cum quis se promptum ad bene operandum inuenit: siquidem probatio dilectionis exhibitio est operis, assertore Gregorio,

*Confessio in
certis casibus
necessaria.*

*1. Cor. 12.
Serm. 5. de
lapsis.*

*Coniectura
quòd aliquis
sit in gratia.*

Ioan. 8.

DISTINCT. IO. QV. VNICA.

Tertium cum quis in futurum abstinere à peccatis proponit. Quartum cum de præteritis dolet: Nam in his (vt dicit Gregorius) vera existit pœnitentia. Quapropter si quis per huiusmodi signa, diligenti suæ conscientiæ discussione facta, ad communionem accedat alicuius peccati mortalis oblitus, non peccat; quin potius virtutē Sacramenti peccati consequitur remissionem. Effectus autem sacramenti dignè suscepti duodecim assignantur, qui per duodecim fructus ligni vitæ designantur. Primò enim inflammat in suscipiente charitatem: Deinde reducit ad memoriam Christi passionem: Tertio sustentat à casu ex propria proueniente infirmitate: Quarto roborat ad boni operationem: Quinto auget spem: Sexto purgat veniale peccatum, & aliquando mortale, vt puta cum quispiã attritus est, & non plene contritus fuit, tunc enim Sacramenti susceptione attritio formatur, hoc est charitate decoratur, & fit contritio: Septimò reficit interna consolatione, Octauò dat vitam gratiæ: Nonò vnit Christo māducantem: Decimò fidem firmat: vndecimò munit contra dēmonis impulsu: Duodecimò remittit ardorem carnalis concupiscentiæ.

Eucharistia effectus.

Apocal. 12.

DISTINCT. IO. QV. I.

¶ *Contineturne Christi corpus sub panis, & vini speciebus re ipsa?*

CHRISTI

LIBER QVARTVS.

273



Hristi corpus verè, ac re ipsa in Eucharistia contineri, est simpliciter de substantia fidei, eo modo, quo cuiuslibet sacramenti veritas ad fidei articulos

In Eucharistia Christi corpus, & sanguis verè continentur.

pertinet, & refertur potissimum ad eū articulū, Credo sanctorum cōmunionē. Ista enim veritas à principio ex quo Eucharistia fuit instituta, expressè fuit tradita, cuius fundamentum, & fulcrū ex scripturis deducitur, nempe Matthæo, Luca, Marco, & Paulo, à quo huius sacramenti institutio describitur plenius. Habemus igitur Christi verbum manifestissimū de Eucharistia, vbi de pane dixit, hoc, id est, hic panis (vt loquitur scriptura) seu expressius, hoc est, contentum sub panis speciebus, vt exponunt Theologi, est corpus meum quod pro vobis datur, de poculo. Hic est calix noui testamēti in meo sanguine. Docet proinde Ecclesia Catholica, hæc verba cœnæ dominicæ debere accipi in sua propria, & naturali significatione iuxta grammaticū sensum, vt simplicissimè à Christo Iesu domino nostro prolata sunt, & ab Euangelistis, & Paulo tradita. Nemo illorū ponit vel significationem, vel figuram corporis, sed corpus. Omnes habēt (est) non (significat) quod substātiuè, non significatiuè accipi debet: Et pronomina demonstratiua, hoc, & hic, iuxta morem omnium linguarum nihil hoc loco aliud demonstrant, quàm quod porrigitur, nec aliud est quod porrigitur, quàm quod verba omnipotentia, & veracia Christi omnipotentis, & veracis sonant. Ita enim & Vulgarius ait, non dixit, Hoc est symbolum, sed hoc est corpus meum, demonstratiuè

Matth. 26.

Luc. 22.

Marc. 14.

1. Cor. 11.

M m

nequis putaret ea quæ cernuntur typum esse. Neque ullus alius locus scripturæ adduci potest, qui cogat interpretari verba cœnæ allegoricè. Nullū etiā scripturæ testimoniū inueniri potest, quod interpreteretur verba cœnæ aliter, quā natiua sententia literæ sonat, præsertim cum alios difficiliore, & obscuriores scripturæ locos Christus, & Apostoli explicare soleant. Talis est similitudo illa de semine, de digito Dei. Itaque quàm aperta sint ista verba, Accipite, comedite, accipite, bibite, tam aperta sunt & hæc, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Sed pater tenebrarum perspicua verba conatur obscurare, Paulus claris verbis dicit, Panis quem frangimus, id est distribuimus, & nobis inter nos communem facimus, dū quisque suā partem sumit, nōne cōmunicatio corporis Christi est, qua simul nobis cōmunicatur corpus Christi. Item non diiudicās corpus domini, & reus erit corporis & sanguis domini. Quantum verò attinet ad catholicum consensum firmum, probabilem, & obseruandum, luce clarius est veteris, & purioris ecclesiæ sententiam esse quod verè adsit corpus domini in cœna. Omnes enim vt vetustissimi scriptores in affirmatiua sic versati sunt, vt nullus illorum vel scripserit, vel docuerit istas negatiuas hæreticas voces, Panis non est corpus Christi, seu sub speciebus eius: Et cum hoc communiter sensisse Ecclesiam existimemus, quod isti docti, & pij ecclesiarum gubernatores scripserunt, nulla firma ratio inueniri, nulla certa causa adduci potest, quæ nos moueat aut cogat dissentire,

Math. 13.

Luc. 11.

Eucharistie
testimonia.

vel recedere à recepta sententia veteris Ecclesiæ Græcæ, & Latînæ. Ireneus discipulus Policarpi qui vixit anno domini 175. Quando (inquit) & mixtus calix, & factus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur, & consistit carnis nostræ substantia. Tertullianus, qui dixit anno domini 200. Caro, ait, nostra corpore, & sanguine Christi vescitur, vt anima Deo saginetur. Origenes citans Apostolorum, & veterum ecclesiarum exempla, & sententias anno domini 261. sepultus senex, & pauper sic scribit. Volo vos admonere religionis vestræ exemplis, Nostis, qui diuinis mysteriis interesse consuecistis, quomodo cum suscipitur corpus domini, cum omni cautela, & veneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Quod si ad corpus conseruandum tanta vtimini cautela, & meritò vtimini, quomodo putatis esse minoris piaculi, verbum Dei neglexisse, quàm corpus eius? Cyprianus qui vixit circiter annum Domini 260. Panis (inquit) iste quem dominus discipulis porrigebat non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro. Ambrosius qui idem sentit de gratia & iustificatione fidei, quod nos docemus, vixit anno 388. sub Theodosio Imperatore, quem sic allocutus est, Quomodo cruentis manibus accipies sacrum Domini corpus? Quæ temeritate ore tuo poculum sanguinis pre-

In Exod. 24.
mil. 13.

tiosi percipies, cum tantum iusti sanguinis fuderis. Augustinus, qui sepultam doctrinam de gratia Christi peculiarem illam sapientiam ecclesie de iustitia fidei viue, & charitate decoratæ ignotam mundo reuocauit, ac restituit, qui egressus est septuagesimum ætatis suæ annum. Cumque fœlici, & salutari gubernatione præfuisset ecclesie annis 40. vocatus est ex his mysteriis ad immortalitatem anno domini 403. In maximo mœrore, cū obsideretur ciuitas Hippona à Vandalis, sic scribit: Liquidè apparet quando primū acceperūt discipuli corpus, & sanguinem domini, non accepisse eos ieiunos. An autē ieiuni communicare debeamus. distinct. quæst. 2. S. Hieronymus qui sepultus est anno domini 422. nihil, inquit, illo (Exuperio Episcopo Tholosano) ditius, qui corpus domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Hilarius qui vixit anno Domini 400. De veritate, inquit, carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus: Nunc verò & ipsius domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis, & hoc acceptu, atque hauſtu id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit: arque sumus in eo per sacram communitatem carnis, & sanguinis. Cyrillus Alexandrinus, qui præfuit Ephesinæ synodo anno domini 433. sub iuniore Theodosio celebratæ, Attende (inquit) quòd panis, qui à nobis in mysteriis manducatur, non est tantum figura quædam carnis, sed re ipsa caro domini. Ioannes Chrysoſtomus Episcopus Constantinopolitanus, tempore Arcadij imperatoris anno

domini 404. Quando (ait) sacerdotem tibi corpus præbere videris, noli sacerdotis, sed Christi manum ad te porrigi arbitrari. Satis autem non est, vt ecclesiarum doctores tradant, & profiteantur sacre scripturæ sententias, & sonent metas Apostolorum voces, multasque scripturas, & auctoritates congerant, nisi eiusdem sine aliqua vi suum proprium, natium, & literalem, seu grammaticum sensum quem verba dant, relinquunt, nec vllis prauis, incertis, ambiguis, nouis, & à veritate, ac principali continuæque sententia alienis interpretationibus obscurent, & deprauent, quod fieri solet à quibusdam ex summa ignorantia, à præfractis autem, & hæreticis magna temeritate, Quemadmodum Samosatenus furens noluit verbum Dei λόγος, de persona interpretari: sed conuenerunt vicini Episcopi, & probatissimi seniores, & ostenderunt ex ipsa narratione Ioannis, & aliis locis verbum intelligendum esse de persona, & simul testati sunt hanc fuisse sententiã Catholicæ ecclesie traditam. Inde vsque ab Apostolis nullo modo iudicandum est de verbo Dei ex carnali prudentia, sicut hæretici iudicant, qui non ex scriptura iudicant, quid sit sentiendum, sed ex se fingunt sententias, ad quas malè detorquent scripturas, cum sententiæ sint sumendæ à verbo Dei, non verbum secundum sententias nostras torquendum. Quia in re quispiam ad Oecolampadium scribens eum accusat, Tu quidem (ait) homo disertus quosdam locos nimis callidè interpretaris, & ad tuam causam detorques, Impietas est sine re-

*Verbi Dei
natiuus sensus
obseruandus.*

*Verbum Dei
nō est estimandum
ex carnali prudentia.*

uerentia tractare scripturas, & illas sicut ceram torquere, vt hodie congerunt sententias scripturæ, pro suo arbitrio. Vna autem, & simplex est scripturæ sententia, videlicet quam aperit ratio grammatica, habita semper ratione regularum fidei, & morum, eam nostri pro viribus conati sunt Ecclesiæ tradere, & dant operam, vt quàm simplicissimè interpretentur scripturas: non enim minus flagitium illis videtur, grauissimas sententias malè torquendo corrumpere, quàm Publicanos publicam monetam adulterare. Quare corruptelas rectè doctrine stabilire, aut adiuuare non debemus, sed constanter reicere, & execrari. Talium corruptelarum authores nequaquàm sunt membra veræ Ecclesiæ tenenda. Est enim regula, si quis aliud Euangeliū docet anathema sit: mundus, & corda hominū impiorum, qui verbū non amplectuntur, aut magnificiunt, anteferunt suā sapientiam sermoni diuino, quibus etiam perspicuè conuictis satisfacere non potest, sicut Athanasius non satisfecit Arrianis, quo fit vt in hac contumacia magis excæcentur, ne videāt veritatem, vt est apud Paulum: Obscurentur oculi eorū ne videant. Pij reuerenter amplectuntur verbū Dei, acquiescunt in dictis diuinis, contenti mandato isto. Hic est filius meus dilectus, hunc audite, & cedunt verbo Dei, eoque innituntur, Dei sapientiæ se subiiciunt, nec anteferunt humanam sapientiam, sed vt Paulus monuit redigunt se in hanc piam captiuitatem, vt obediant Christo. Verbum Dei est viuificum, & salutare bene uentibus, exitium autem, & mors si eo malè vsus

Rom. II.

2. Cor. 10.

fueris. Impij autem non possunt optimè vti verbo Dei, contaminant illud carnali intellectu, & humanis opinionibus: & sicut seipos lædunt qui spinas gerunt, sic impius, qui verbum Dei tractat, se suo gladio iugulat citando sapius contra se scripturas, quas pro se facere putat. Omnibus enim ætatibus petulantia, & ambiciosa ingenia, ad corrumpendam cœlestem doctrinam excitauit diabolus, quorum corruptelis multi errores in Ecclesiam inuecti sunt, & pluri non satis firmi, & tenaces verbi submersi sunt. Imago talium impostorum, & corruptorum cœlestis doctrinæ depicta est in militibus Christum crucifigentibus. Vestes quæ tegunt, & ornant Christum sunt ipsæ sacræ scripturæ, vestes autem Christi alias scindunt in partes, de aliis sortiuntur. Ita quidam doctores Ecclesiæ veriūs Christi, & Ecclesiæ crucifixores, quàm doctores, scripturas pro sua libidine in quas volunt partes scindunt, trahunt, atque retrahunt, atque sunt hæretici, & scismatici, quia falsa, atque violenta interpretatione scripturas lacerant, cuiusmodi milites, seu doctores fuerunt. Ebion, Therintus, Samosatenus, Arrius, & quidam alij olim, nunc autem Caluinus, Lutherus, &c. quorum non est numerus. Quadoquidè igitur nostræ Ecclesiæ in doctrina de Eucharistia nullum gignimus nouum dogma, nec vllam nouam opinionem, aut interpretationem, cum textu pugnantem fingunt, sed tantum profitentur sententias prius in scriptis Euangelicis & Apostolicis traditas, & ostendunt quomodo

intelligent hæc dicta euangelica, & apostolica & tunc verum intellectum ab Apostolis, corūque discipulis, ac successoribus per verbū certum, & non ambiguū, purum, & incorruptū ad posteros transmissam esse asserunt. Idem necesse est illis ecclesiis accedere, consentire, ac parere, quemadmodum iubet Christus adducta excommunicationis comminatione, audiendam esse ecclesiam pronunciantē iuxta verbū Dei rectè intellectū. Nam candidè & simpliciter testificantur de illo veteri cœnæ dominicæ dogmate, se illud idem amplecti, quia non est cōmentitium, aut nouum, sed vera autoritate, & deinde vniuersali orthodoxæ ecclesiæ consensu, & meliorum scriptorum testimoniis conuinci se ostendūt, eam sententiā, quam profitentur veram esse. Ab hac autem dissentire, & quod peius est, eam impugnare nō est Catholicorum, sed singularium, qui sectantur, non quod vniuersi sentiunt, iuxta verbum Dei rectè intellectum, sed quod sibi ipsi fingunt, & eligunt citra, & cōtra verbum, aut cum verbo, sed confictis glossis deprauato. Cū autem hæretici asserunt hæc figuratiuè dicta fuisse, quemadmodum illud Ioannis, Ego sum vitis vera, & illud Apostoli, Petra autem erat Christus: Hoc profectō Christi intentioni aduersatur, quod ex Augustino ostendi facile potest. Solet (inquit) circumstantia scripturarum illuminare sententiam, nā ex præcedentibus, & sequentibus intelligēda sunt media. Verus igitur intellectus verborū Christi, an figuratiuè loquatur an contrariō, ex præcedētibus, & cōsequentibus ibidem colligi potest,

Ioan 15.
1. Cor. 10.
Ecclesiæ verba non accipi figuratiuè.
83. quæst.
quæst. 63.

aut ex aliis scripturæ locis. Vnde cum Christus ait: Ego sum vitis vera, subiunxit, & vos palmites, constat autem discipulos non esse palmites naturales, sed duntaxat figuratiuè, quare & is locus figuratiuè accipi debet: sed cū dixit, Hoc est corpus meū, subdit, quod pro vobis tradetur. Cū etiam dixisset, Hic est calix sanguinis mei, subdit, qui pro vobis fundetur: Ex quibus sanè constat hoc non posse figuratiuè accipi, sed de suo proprio, ac vero corpore, & sanguine intelligi debere: Articulo ascensionis, & sessionis Christi ad dexteram Dei patris omnipotentis quoque abutuntur phanatici, contra Sacramentum cœnæ dominicæ, corpus Christi inquit ad cœlos ascendit, & sedet ad dexteram Dei patris, ergo non est in pane. Nam vnum corpus non potest esse vno tempore in diuersis locis, meum corpus non potest simul, & semel Romæ, & Hierosolymis esse: Ita nec Christi corpus simul in cœlis, & in pane. Quis hīc non deplorat phanaticorum infamiam, cæcitatem, & errorem, qui de Christo nihil sublime sentiunt, quàm de alio quopiam homine, & qui audent ipsam veritatem mendacij arguere, quæ dicit, Hoc est corpus meum, Et Paulum, vas electum, erroris, qui scripsit, Panis, quem frangimus nonne est communicatio corporis Christi, quasi articulus ascensionis eiiceret corpus dominicum è cœna, qui potius pani huic corpus, & poculo huic sanguinem tribuit, & cœnæ reuerentiam, ac dignitatem confirmat. Nam articuli isti resurrectionis, ascensionis, & regni Christi, doctrinam,

Luc. 22.

Eucharistiæ
nihil adimit
articulus Ascensionis.

Rom. 10.
Phile. 2.

Psal. 118.

Psal. 137.

Ioan. 6.

Super Psal.
254. tom. 8.
de consec.
dist. 2. c. pri-
ma heresis.

& verba Christi declarant, atque confirmant, quibus Christus palam declaravit diuinitatem, & omnipotentiam suam. Quod enim ad dexteram Dei sedeat, æqualem maiestatem, potentiam, dominium, regnumque possidens, ideò nihil minor est pater: dextera enim Dei est ipsa Dei potentia, regnum & maiestas: quæ dextera non tantum supra in cælis, quam infra apud inferos est, velut ex Psalmista cognosci potest. Si igitur in cælis ad dexteram patris sedet regnatque Christus, verax & omnipotens est, & hoc sua ascensione comprobauit. Verum igitur quod dixit, & instituit in terris agens: minimèque aufert presentiam corporis, & sanguinis ascensio. Ad hæc obiiciunt quod Christus videns aliquos propter prædicationem de Eucharistia ab eo abire, exposuerit se ipsum dicens, Spiritus est qui viuificat. Quem locum pertractas Augustinus, ait, Spiritualiter intellige quæ locutus sum, non hoc corpus, quod videris manducaturi estis, & sanguinem illud bibituri, quem effusuri sunt, qui me crucifigent, sacramentum aliquot verbis commendari spiritualiter intellectum viuificabit vos, caro autem non prodest quicquam: Ergo ex his verbis Christi, & Augustini apparet, quod non intellexerit de corpore suo, nisi significatiuè. Responderetur quod his verbis Saluatoris & Augustini exponendum sese, non negatur verum corpus Christi esse in Eucharistia, & à fidelibus sumi: sed his verbis Apostolos, & in his nos instruxit, quod ipse corpus non per partes dissectum, vt putauerunt illi discipuli, qui retro ierunt, sed integrum,

nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter in forma panis & vini, corpus, & sanguinem nobis traderet, id est, per oppositum modum, quo intelligebant Capharnaitæ, est ibi spiritualiter, & intellectualiter: Quem sensum Augustinus confirmat dicens, ipsum quidem, & non ipsum corpus quod videbatur, ipsum quidem inuisibiliter, non ipsum inuisibiliter, in quo sensu diffusè pertractatur de Eucharistia ab Apostolo & à Catholicis omnibus, vt prædictum est. Ad illud verò quod adnectitur, Caro non prodest quidquam, Responderetur, caro, in quantum caro, quatenus videlicet distinguitur à spiritu, non prodest quidquam ad dandam seruandamque vitam æternam: Vnde, quod natum est ex carne, caro est, Spiritus est qui viuificat, animam dat, & seruat vitam æternam. Obserua ad diluenda argumenta aduersariorum, quod nõ dixerit, caro mea, si quidem contrarius esset sibi ipsi, cum prius dixerit, Qui manducat meam carnem habet vitam æternam. Caro enim Christi, vt huiusmodi, id est, vt iuncta filio Dei, & spiritui charitatis in anima Christi dat vitam mundo. Caro autem vt caro, simpliciter è regione spiritus nec crucifixa, nec mortua prodest. Verba quæ locutus sum vobis spiritus, & vita sunt, id est, spiritualiter intelligenda sunt, & ita conferunt vitam, vel de spiritu intelligenda sunt, quod videlicet is viuificet. Quod si inquiras modum, quo Christus incipit esse in Eucharistia, cum nõ mutetur, nec deserat patris dextram in cælo, vt ait August. Donec seculum finiatur

1. Cor. 11.

Ioan. 3.

In Eucharistia incipit esse Christus absque mutatione. De consec. dist. 2.

furfum est dominus. Respōdetur quōd Christus incipit esse sub panis, & vini speciebus, absque mutatione locali propriē dicta, qua licet deferatur prius aliquis locus, & acquiratur alius nouus circumscriptiue, seu occupando ipsum, non deserit locum, quem in cœlo habet, cū huiusmodi speciebus recenter sit p̄sens: Sed laxato vocabulo mutationis, potest dici mutari, quatenus videlicet acquirit nouum respectū extrinsecus aduenientem suæ p̄sentie ad illas species. Ad locum igitur Augustini dicentis, Corpus domini in vno loco esse oportet, Respōdetur palam esse ibi Augustinum prorsus nullam mentionem cœnæ domini facere, iuber audire Christum in euangelio loquentem, Quia ipse coram nunc nō doceat homines, loquitur igitur de conuersione visibili, qualem esse oportet docentis, hanc negat competere Christo passim inter homines: Nec præterea sic Augustinus ait sursum esse dominum, quin locum illum si velit, relinquat, quod & faciet in die iudicij. Et idem effecit, cū Paulo apparuit. Simile refert Egesippus, cū Petro apparuit è Roma discedenti. Quōd si curiosus perscruteris quonam pacto possit ibi verè Christi corpus esse sine loci occupatione. Respondetur, apud homines hoc impossibile est, apud Deū autem omnia possibilia sunt. Quapropter sicut potest facere actiuum, & passiuum sine actione, vt apud Daniele de tribus pueris in fornace existentibus, sic potest facere corpus, & locum sine vbi propriē sumpto, hoc est, locali & dimensionis, & ex consequenti maius quantum esse,

Mat. 15.
Act. 9.

In Eucharistia Christi corpus occupat locum.
Matt. 19.

Dan. 3.

cum minori quanto. Præterea quantitatem sine suo effectu, qui est loci repletio, perinde ac calorem sine calefactione efficere valet. Quapropter licet Christus in sacramento cū sua quantitate existat, non tamen vtitur occupando locum. Vnde Hugo, Non est mirum si mirabilia operatur, Qui enim locum fecit, & locum in corpore, & corpus in loco, & qui fecit vt corpus vnum in vno loco esset, fecit sicut voluit, & si voluisset aliter facere, fecisset & potuisset. Nam & quando vult aliter facit, & Iob, Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei, vel quis ei dicere potest cur ita facis? Obserua iterea quōd licet Christus contineatur totus sub vtraque specie, aliter tamen continetur sub specie panis, & aliter sub specie vini: Ex vi enim Sacramenti continetur corpus Christi sub specie panis tanquam eius proprium signatum, sanguis verò, anima, & deitas continentur ibi concomitantur, quia corpus Christi non est sine sanguine, anima, & deitate: sub specie autem vini continetur sanguis ex vi Sacramenti, vt eius proprium signatum, corpus verò, anima & deitas, per concomitantiam, & sic panis conuertitur in corpus Christi, & vinum in sanguinem. Pleraque alia hic curiosus inquiri possent, vt puta an id corpus possit esse simul in diuersis locis. Deinde de proprietatibus, partibus, & actionibus corporis Christi, vt est in Eucharistia, quæ sciens taceo. Videt ille qui sic instituit, modò ego credam hîc & faciam quod ille dixit, & commisit.

Lib. 2. de
Sacramentis.

Job 11.
In Eucharistia aliter adest Christus speciebus panis, aliter speciebus vini.

Eucharistie mysteria non sunt cupiose perscrutanda.

Oportet enim nos in sumptionibus diuinorum
 mysteriorum indubitam fidem retinere, & nō
 quærere quo pacto: Iudaicum enim hoc verbū,
 Quomodo, est & extremi supplicij causa. Cū
 ergo Deus operatur, non quæramus quomodo,
 sed operis sui viam atque scientiā illi soli con-
 cedamus. Nam quemadmodū nullus nouit quidnā
 secundum naturam Deus sit, iustificatur tamen
 per fidem, cū credat præmia illum redditurum
 quærentibus eum. Sic etſi operum eius rationem
 ignorat, cū tamen illum omnia posse fide non
 dubitat, non contēnenda probitatis eius præmia
 consequetur. Animalis verò homo, qui sequitur
 humanas cogitationes & animales, nō est capax
 eorum quæ sunt super naturam & spiritalium,
 atque spiritalē esum carnis diuinæ non intelli-
 git, cuius qui non sunt participes, nō erunt parti-
 pes vitæ æternæ, eò quòd nō susceperint Iesum,
 qui est vita æterna. Nō enim nudi hominis caro
 est, quæ māducatur, sed Dei, & quæ deificare va-
 let, utpote temperata deitate. Disputamus
 quoque de hoc Sacramento, & aliis, quæ sunt fi-
 dei, non ad fidem quærendam, quæ innititur ver-
 ritati, sed ad ipsam nutriendam, ne propter igno-
 rantiam aliquis concedat repugnans fidei, vel ne-
 get conueniens ad fidem, sicque & ipsa cognita
 errores caueamus, & cauendo in virtute persista-
 mus. Rationes quoque ante inducuntur à sap-
 ètis ad probanda ea, quæ sunt fidei, sunt persuasio-
 nes quædam manifestantes non esse impossibile
 quod in fide proponitur. Consideremus potius
 finē ob quē ipsū sacramentū à Christo institutū

Heb. II.

De Eucharis-
 tia quare dis-
 putetur.

Eucharistie
 finis seu vti-
 litas.

est: is autem est triplex, Primus vt hac sumptio-
 ne adiuti recordemur passionis, & resurrectionis
 Christi, & hoc testimonio fides confirmatur, nē-
 pe vt certus sis nunc impletum esse quòd Esaias
 prædixit, Ipse vulneratus est, sanati sumus, vt cer-
 tus sis, inquam, Christi corpus pro te traditum in
 mortem, tua culpa flagellatū, consputū, cæsum,
 perfossum & in cruce immolatum, & sanguinem
 ipsius pro tuis delictis extergendis effusum, te à
 peccatis, & peccatorū maledictione redemptū,
 patrique cælesti reconciliatū, passionē, & meritū
 Christi tuā esse: inquit enim, quòd pro vobis tra-
 ditur, sanguis pro vobis effunditur. De hoc sine
 concionatur Christus dicēs, Hoc facite in meam
 commemorationē, vult nos retinere memoriam
 passionis, & promissi beneficij, nec vult tantū hi-
 storæ memoriā conseruari, sed vult vt hæc bene-
 neficia in vsu Sacramenti nobis applicemus. No-
 bis enim ista dicta sunt, nobis obseruanda, in hæc
 veritatis verba spem fixam ponere conuenit, his
 enim se nobis donat Christus cum suo merito,
 sicut nobis natus est, & mortuus pro nobis: ita
 quoque meritum suæ passionis hoc sacramento
 dispensat. Cibus huius mensæ est corpus Christi,
 quod pane exhibetur: Potus huius cœnæ est san-
 guis filij Dei, qui poculo offertur: Vfus huius sa-
 cramenti est sanctificatio nostri, qua nostra con-
 scientia certificatur, & fides firmatur de volun-
 tate Dei, promissione gratiæ, & condonatis
 peccatis. Secundus finis huius Sacramenti est,
 vt vicissim agamus gratias Deo in vsu huius
 sacramenti pro tantis beneficiis, pro immensā

Cap. 53.

fua misericordia erga nos, & filio pro nobis dato, vt Cyprianus ait, pietas inter dona, & donata se diuidens, gratias agit tanti beneficij largitori. Terrius finis est, vt facti membra Christi admoneremur de mutua charitate, quare Paulus ait: Sicut vnus est panis, ita vnum corpus multifumus, sicut vſitata conuiuia sunt symbola amicitia.

DISTINCT. II. QV. I.

Est ne possibilis rerum transubstantiatio?

Transubstantiatio quid.

TRansubstantiatio (vt à nominis ratione exordiamur) est transitio totius totalis substantiæ in substantiam: Totum autem syncategorematicè hinc accipitur, vt puta pro qualibet ipsius totius parte, vt hoc pacto secernatur à mutatione naturali, quæ est quomodo qua quidem totum in totam mutatur, sed vtròbique eodem manente subiecto, de qua Aristoteles. Porrò talis transitio, siue conuersio soli Deo conuenit, quippe qui solus & creare, & annihilare possit. Qui omnia creauit Deus est, &c. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Hac de re vide latius distinct. I. 4. libri. Quòd si inquiras ad quod genus mutationis secundum Philosophos refertur. Ad nullum profectò. Quàdoquidem transubstantiatio non est mutatio propriè dicta, nisi extenso vocabulo mutationem accipias pro habitudine successionis vnius substantiæ ad alteram,

Lib. 5. de audit. Phys. & in libris de generat. & corrup. Transubstantiatio solius est diuine potentia. Heb. 3. Apocal. 4.

ad alteram, corporis videlicet Christi ad panem ipsum, nec de hac locuti sunt Philosophi, cum eam prorsus ignorauerint. Deum autem res ipsas sic in alias cõmutare posse, nemo qui syncerè de omnipotentia sentit diuina, ambigit. Ait enim Ambrosius, Si tâta vis est in sermone domini, vt inciperent esse quæ nõ erant, quantò magis operatorius erit, vt sint quæ erant, & in aliud cõmutentur. Item ibidem & habetur in decreto, Non est minus dare nouas, quàm naturas mutare rebus. Ex quo concludit quòd sicut Deus potest dare nouas naturas rebus, quæ prius non erant, ita potest mutare naturas earum, quæ prius erant, & transubstantiare vnã in alteram.

Transubstantiatio non alia qua mutatio- nis species.

Lib. 4. de Sacrament. c. 4.

De cõsecrat. dist. 2. Can. Reuera.

Deus potest rem vnã in alteram transubstantiare.

DISTINCT. II. QV. 2.

Potestne quoduis ens in aliud conuerti?

Non potest sanè creatura in deitatem conuerti, nec è contrariò ipsa deitas in creaturam mutari, quia nihil intrinsecum Deo subest diuinæ potentie, cum omne tale sit necessariù simpliciter, & impossibile nõ esse, sed quælibet creatura in aliam semel cõmutari potest, cum subit omnipotentia diuinæ, & quantũ ad esse, & quantũ ad non esse. Id autem constat ex Genesi, de vxore ipsius Loth in salis statuum versa, & ex Ioanne de vino in aquam verso. Et quanquam diuus Augustinus, & Boëtius asserant corpus non posse in spiritum cõuerti nec contra, Respõdetur ipsos intelligere de potentia creatura, non autem

Creatura in deitatem conuerti, aut contra nequit.

Creatura que libet in aliam cõuerti potest.

Gen. 19. Ioan. 2. Lib. 7. sup. Gen. ad lit. cap. 4.

Lib. de duabus personis Christi cap. 7.

Matt 19.

diuina, aut melius innuunt plura repugnantia inesse spiritui, vt in corpus cōuertatur, quàm corpori, vt in aliud commutetur, Quemadmodum & Christus duo naturæ impossibilia adfert, attramen vnum altero facilius esse asserit. Facilius est (inquit) camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Neesse tamen est demas respectus, in quibus est essentialis dependentia, quando quidem huiusmodi in sua fundamenta conuerti nequeunt, perinde ac independenter creaturam Deus efficere potest.

DISTINCT. II. QV. 3.

Conuertiturne in Christi corpus panis in Eucharistia?



*Eucharistie
veritatis tres
opiniones.
de off. missæ
parte. 3. c. 26.*

Quemadmodum refert Innocētius, circa Eucharistię sacramentum tres extitere opiniones. Prima in Eucharistia permanere panis, & vini substantias asserit, & nihil in eadē verè esse Christi & corpus, & sanguinè, cuius primus assertor fuit Berengarius. Deinde aliquot pòst seculis Anglus quidem Ioānes VViclefius, & alter eiusdem nominis VVita illius discipulus nouitaris captatores, quorum sententia etiam placuit Luthero, ex cuius schola (vt qui libertatem proponit omnibus, & docet sentiendum de dogmatibus doctrinæ Christianæ, quod cuique ex scripturis visum fuerit, quod quisque suo ingenio intelligit) etiam Oecolampadij, Zuinglij Sacramētarij, atque huiusmodi pestis hac in re illo pestilentiores (quippe qui solum in signo Chri-

stum in Eucharistia esse asseuerant) prodierunt. Altera opinio fuit, quòd panis quidem nō remanet, nihilominus non conuertitur in Christi corpus, sed definit esse, vel per annihilationè, vel per resolutionem in materiam, aut per corruptionè in aliud. Tertia opinio est, quòd panis transubstātiatur in Christi corpus, & vinū in sanguinè. Et hanc postremam (reiectis alijs duabus) semper tenuerunt fideles, quique omnium tā orthodoxorum, quàm hæreticorū. Ad Berengariū vsque vna hæc fides semper extitit, nempe cōsecratis in mensa dominica per sacerdotis ministeriū pane, & vino, diuina virtute eorū substātiæ in Christi corpus, & sanguinè conuerti. Opinor propter tā clara Christi verba, quę describuntur ab Euāgelistis, & Apostolo, quippe qui nouissima cœna accepto, & benedicto pane distribuisse discipulis sacramentum sub hac asseueratione, & contestatione consonanter, & cōstanter affirmant, Accipite, & manducate, hoc est: similiter de calice, Bibite ex eo omnes hic est. Accepit panem, & vini calicem, & post benedictionem hoc ipsum quod porrexit discipulis, affirmavit esse suum corpus, & sanguinem, nec affirmationi veritas defuit. Vnde euidenter consequens est illud ipsum non fuisse simul panem & vinum, cū euidentem contradictionem implicet esse aliqua essentialiter, & substantialiter diuersa, atque eadem esse substantialiter, atque essentialiter eadem, vt quod bos, & asinus, vtrunque manens quod erat vnum nihilominus sit alterū. Quando igitur ex verbis Christi manifestum euadit hoc

*Eucharistie
panis & vi-
num in Chri-
sti corpus &
sanguinem
transubstan-
tiatur.*

quod distribuit discipulis, fuisse verū Christi corpus & sanguinem, ex dicto axiomate constar, idē non fuisse panē & vinū: cui sententiæ si demonstrauerimus subscribere fidē ab initio per orbem Catholicæ ecclesiæ, nec nuper excogitatū, & introductū à scolasticis, vt illi falsò persuadent, nō puto dubitationē quampiā, qui mentis & rationis cōpos est, cui potius assertioni assentiri debeat. Ita enim senserūt Clemens papa Petri successor, Ignarius, Dionysius, Cyprian⁹ variis in locis, & maximē in serm. de cœna domini, vbi ait: Hoc sacramentum aliquando Christus portionē vitę æternę appellat, aliquando corpus suum, interdū carnē, & sanguinem, nonnunquam verò panem. Panis tamen iste in carnē, & sanguinem mutatus procurat vitę non tā spiritali, quàm corporali & trāsitoria, vides ibi hoc verbo (mutatus) ipsius insinuari à Cypriano transsubstantiationē. Ambrosius dicit antequā consecretur panis est, vbi autē verba Christi accesserunt corpusest Christi, Hieronymus, Augustinus ait cū de Sacramentis tractarē dixi vobis quòd ante verba Christi quòd offertur panis dicitur, vbi verba Christi de prōpra fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Chrysostomus, Damascenus, Theophilactus super illo Pauli, Calix cui benedicimus, & trāsformatur (inquit) verbis arcanis panis ille per mysticam benedictionem, Cyrillus, cuius sententiā, & prædictorū, causa breuitatis relinquo. Hi omnes asserunt in hoc sacramento non solū corpus Christi, & sanguinē esse, sed etiam ineffabili Dei potentia mutari naturas panis & vini in id

In epist. ad
Iacob frat.
dom. de sacra.
vest. vel vasis.
In epist. ad
Roman.
In 3. e. ecclē.
hierar.
Lib. 2. epist.
3. serm. de
cœna Dom.

In sermo. de
myster. fidei
ad Neophi-
tos. qui per o-
ctauas corps.
Christi legi-
tur. & lib. 4.
de secre. cap. 5
lib. 1. aduers.
Iovinian.
In lib. de sa-
lutari docum.
& serm. 28.
sup. Luc. 8.
hom. 1. 60. ad
popul. Antio-
chen. & de di-
gnit. sacerdot.
lib. 3. cap. 4.
Item in ser-
de Euchar.
lib. 4. Ortho-
dox. fid. c. 14.
1. Cor. II.
In 22. Luca

quod non erant, scilicet in Christi corpus, & sanguinē. Et licet transsubstantiationis vocabulo posterioribus vsi sunt, nouo quidē vocabulo vsi sunt, sed antiquā Ecclesiæ catholicæ sententiā explicāte. Huc accedit quòd de Sacramētis tenendū est, sicut tenet sancta Romana ecclesia, vt habetur in decretalibus. Atqui ipsa tenet panē transsubstantiari in corpus, & vinū in sanguinē, sicut habetur in iisdē decretalibus, vbi dicitur, Ipse Iesus Christus sacerdos est, & sacrificiū, cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continetur, transsubstantiatis panem in corpus, & vino in sanguinē potestate diuina. Huc accedit & illud Ambrosij, vbi accessit consecratio de panē fit corpus Christi, & illud Eusebij Enicenij, Sacerdos inuisibilis visibiles creaturas in substantiam corporis sui secreta potestate cōmutat, & pleraque alia habentur in distinct. 2. de consecr. vnde hæc desumpta sunt. Nec arbitreris hunc intelligendi modum humana adinuentum auctoritate. Eo siquidem spiritu expositæ sunt scripturæ, quo conditæ; non enim (vt ait D. Petrus) voluntate humana allata est aliquādo propheta. Idcirco D. Paulus testatur se mysterium hoc à domino percepisse, ne humanū iustitutum Corinthij arbitrarētur. Quamobrem necesse est nobis redigere incaptiuitatē intellectū omnē in obsequiū Christi. Si quis autē inter vos videretur sapiēs esse, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiēs, &c. Vos stulti propter Christū. Excludenda est igitur naturalis suasio, vt fides locū habeat. Si alicubi reperias doctores, dicentes panē esse signū

Ext. de here.
cap. ad abolē-
dam.
Ext. de sum-
trin. cap. fir-
miter credi-
mus. S. vna
verò.

De consecr.
dist. 2. can.
panis est.
Can. Quia
corpus eadem
distinēt.

In epist. cauo
c. 1.
1. Cor. II.

2. Cor. IO.

1. Cor. 3. & 4.
Contra Adu-
nārium. c. 12.

corporis Christi, vt Augustinum. Non dubitauit dominus dicere, Hoc est corpus meū, cum daret signum sui corporis, & quod citatur de decreto, Quod videtur panis est, & calix &c. Respondetur in cœna signum est simul, & corpus Christi. Signum est, quod sensu percipitur, corpus Christi quod ibi contentū credimus. Si rursus in testes, Scriptura Sacramentum hoc panē nuncupat, dicens: Panis quem frangimus &c. & Evangelistæ referunt quod accepit Iesus panem, & gratias agēs dixit, Hoc est corpus meū. duo hîc exhibuit panem videlicet, & corpus suum. Respondetur secundum Ambrosium, Chrysostrum, Augustinum, Theophilactum in illud Ioannis, Panis quem ego dabo, &c. quod antequam cōsecratur panis est, vbi autē verba Christi accesserunt corpus est Christi. Attamen in quies etiam facta cōsecratione dicitur ab Apostolo panis. Hoc proculdubid fit propter speciem remanentē, & quia panis antea fuit. Solet enim scriptura vocare res quascumque nominibus earum rerū ex quibus fiunt, vt cum dicitur homini, Quid superbis terra, & cinis, &c. Et statua salis vxor Loth. Sicut etiam virga Moysi dicta fuit virga, quanquam cōuersa fuerit in serpentem. In humanis videmus etiam quod in aliud mutatum est, suæ originis aliquando nomen retinere. Nam si quis tibi vinum dederit, quod iam in acetum versum est, dices, ecce vinum quod mihi dederas. Insuper scriptura panem appellat, eò quod comedi potest, quo pacto & māna panis dictus est, & filius quoque Dei panis dicitur, quia spiritualiter mandu-

*De cōsecrat.
dist. 2. can.
quā aducat.*

*Eucharistia
transubstan-
tiationi obie-
cta.*

I. Cor. 10.

*Lib. 4. cap. 5
de Sacramē.*

*Tom. 6. in
ser. de Eucha-
rist. serm. 28.
super Lucā.*

Ioan. 6.

*Eucharistia
quare panis
dicatur.*

Gen. 19.

Exod. 7.

Sep. 16.

Ioan. 6.

catus mentem reficit, vel panis dicitur hoc sacra-
mentum quod reuera panis animæ sit, & Ange-
lorum vitam æternam mundo ministrans, vide
canones Colonienfes. Et postremò quod adum-
bratum specialiter in oblatione Melchisedech vt
dicit Apostolus. vnde in Genesi, At verò rex Sa-
lem, &c. Et quomodo in quis non apparet nobis
caro, sed panis? Vt non abhorreamus ab eius esu.
Condescendēte siquidē domino nostræ infirmi-
tati talis apparet nobis mysticus cibus, quali a-
lioqui assueti sumus, tum vt fidem tuam exer-
ceat, quæ est de his quæ non videntur. Aduersus
prædicta obiicies fortasse, sicut obiecit Oecolam-
padius Echio illud Augustini, Christi corpus di-
cimus, quod ex fructibus terræ acceptum: sumi-
mus, sed non est aliquid acceptum ex fructibus
terræ, nisi panis, & vinum: ergo non transubstan-
tiatur. Respondetur quod quemadmodū panis
dicitur collectus ex granis, ita species remanētes
dicuntur collectæ, quia sunt aliquid collecti, &
ita exponit Augustinus in illo loco. Deinde &
obiicies Augustinum super illud, vnus panis, &c.
Sicut vnus panis ex multis granis, & corpus Chri-
sti ex multis membris, ita Ecclesia ex multis per-
sonis. Vnde consequitur Eucharistiam propter
istam similitudinem significare corpus Christi
verum, & mysticū. Sed ex multis granis non col-
ligitur aliquid significatiuum nisi panis, Ergo ille
manet in Eucharistia. Respōdetur quod species
panis, & vini ita representant corpus Christi ve-
rum, & mysticum, sicut panis, cum etiam ex mul-
tis granis fuerint collectæ.

Psal. 78.

Ioan. 6.

fol. 54. lit. a

Heb. 7.

Gen. 14.

*Lib. 3. de Tri-
nit. cap. 4.*

*Eucharistia
transubstan-
tiationis ar-
gumenta.*

I. Cor. 10.

Eucharistie
panis nō an-
nihilatur.



EX prædictis in vltima resolutione satis superque constat panis substantiam non manere. Conuersione facta, nec ramentum ista conuersione annihilatur panis quandoquidē terminus ad quē transitus huius panis seu conuersionis nō est purum nihil, sed corpus Christi, quia etsi negatio panis concomitetur terminū ad quem non tamē terminus iste est omnino nihil, sed est in aliquo pōsitiuo, nēpe corpore Christi Terminus autem ad quem annihilationis non est purū nihil, sicut, & terminus à quo creationis, quocirca non dicitur panis annihilari. Porro hæc cōuersio vt verè exprimat per propositionem aliquam, oportet alterum extremorum in aliquo accipere addita præpositione de, vel ex, quæ ordinem innuat extremi ad extremum. Hoc modo ex pane, vel de pane fit corpus Christi, quomodo Philosophus dicit quod ex aurora fit dies verè. Hæc autem præpositiones debent addi termino à quo. Potest etiā verè exprimi addita præpositione, in termino ad quem hoc modo panis transit in corpus Christi. Et omnes aliæ enūtiationes vt veræ sint ad alteram istarum reducendæ sunt vt illud Ambrosij astruimus quomodo panis fit corpus Christi, item vinum in calicem cum aqua mittitur, & fit sanguis Christi: sed secunda est magis propria, cum non denotet cōmunē manerē, sicut denotat præpositio, ex si propriè accipiatur.

Pro. 5. quest.

2. Metaphy.
c. 3.

Eucharistie
transubstantiationis
ex
pressio
de Sacramē-
tis. c. 4.

Utrum solus panis triticeus sit huius sacramenti materia debita?



Materia debita consecrationi corporis Christi, est panis triticeus aqua elementari compactus, vt habetur in decreto. Ratio huius præcipua est, quia Christus sic instituit, & tali materia (vt creditur) vsus est: & huius congruentia accipitur ex illo Ioannis. Nisi granum frumenti, &c. vbi se Christus grano frumenti comparat, quem locū edifferens Augustinus & habetur in glosa ordinari (quia in Ioannem non reperi) frugum, cum sint multa grana nulli se comparat, nisi illi vnde mos cœpit Ecclesiæ, de hoc solo grano conficere corpus Christi. Altera congruentia huius institutionis est quod cum hoc Sacramentum sit signum nutritionis spiritualis cōgruè instituitur in pane triticeo, qui est principale nutrimentum corporis, non sufficit ad hoc pasta etiā triticea, cum non sit cibus vsualis, nec conueniēs nutrimentum, nec etiam amidum, aut alter panis, Quare si in eis conficere attentaret sacerdos peccaret vtique, & nihil efficeret, nihilominus si ex ignorantia hæc faceret, non esset idololatra, nec causam idololatriæ populo traderet, quia quantum in se est supponit materiam idoneam, & à se & alijs adorandam. Adde quod adorant sub conditione tacita. Sed an requiratur quod panis sit fermentatus, vel azimus maiorem habet difficultatē, propter diueras assertiones Ecclesiæ Græ-

Eucharistia
materia.

De cōseruat.
dist. 2. q. 1.
10. & 11. ano-
ne. Non oportet, & can.
seq.
Ioan. 12.

Quantum ad
panem.

De Eucha- ca, & Latinæ. Dicunt enim Græci quòd neces-
vistic mate- sariò oportet panem esse fermentatum, vnde &
ria Græcorū tenēt quòd Latini non conficiat: id autē astruere
opinio. nituntur variis rationibus. Dicunt enī imprimis
 quòd Christus sic instituit. Nam (vt aiunt) passus
 est luna 14. falsū est, immò luna 15. vt impleretur
 figura legis de agno paschali, qui imolabatur lu-
 na 14. Dico quod illa hora imolationis agni erat
 iniriū luna 15. Planum autē est quòd die præce-
 dente passionē Christus hoc sacramentum insti-
 tuerit, tunc autē luna videlicet 13. panis fermen-
 tatus Iudæis erat in vsu. Deinde hoc astruunt ex
 illo Ioannis, Iudæi non introierunt in prætoriū,
 vt non contaminarētur, sed māducarent pascha.
 Pascha autē interpretantur de agno paschali (fal-
 sa est hæc interpretatio, nam intelligitur de pani-
 bus azimis) & is debebat comedi luna 14. ex quo
 colligunt Christum eo die traditum fuisse Pilato
 & pridie Christus cœnam fecit. Afferunt & illud
 Ioannis: Ante diem festum paschæ, &c. Et illud
 Ioan. 13. *Matth. 26* Matthæi: Quomodo Iudæi cogitauerūt occidere
 Christum dicentes, non in die festo. Ille autē dies
 festus principalis (vt ipsi aiunt) erat luna 15. iuxta
 Num. 28. illud Numeri, Decima quarta die primi mēsis pas-
 cha erit, & decima quinta die solennitas, ergo de
 illo intelligitur in Ioanne, cūm dicitur, Ante diē
 festum paschæ. Sed hæc Græcorū opinio est fal-
 sa. Nā Christus luna 15. passus est, per consequēs
 instituit Sacramentum 14. Quod probatur per
 Math. 26. illud Matthæi, Prima die azimorum quæsierunt
 Græcorū opi-
 nio refellitur
 Marc. 14. discipuli, vbi vis paremus tibi comedere pascha.
 & Marci, Prima autem die azimorum quando

pascha immolabant, &c. Dicebatur verò prima
 dies azimorum, propterea quòd esset iniriū so-
 lennis diei sequentis, quæ erat prima dies azimo-
 rum incipiens in vespera lunæ 14. Ideò non erat
 propriè prima dies azimorū: & Lucæ, Venit dies
 azimorum, &c. Ex quibus constat quòd prima
 dies azimorum scilicet luna 14. comedit Chri-
 stus agnū paschalem iuxta illud Numerorum vt
 prius allegatum est, & 15. die erat solēnitas, id est,
 primus dies integer solennis solennitatis paschæ,
 & illa die passus est Christus, & sic hora à lege
 præscripta scilicet 14. die mensis primi, (qua co-
 medi debuit Agnus paschalis) verum agnum di-
 scipuli comederunt: Ex quibus cōsequitur Chri-
 stum non confecisse in fermento, sed in azimo.
 Siquidem azimis tunc Iudæi vtebantur. Quate-
 nus autem obiectis Græcorum satisfacere valeas
 obserua nomen paschæ, vt habet Innocentius,
 quique modis accipi. Primò pro solenni die azi-
 morū, qui erat luna 15. quomodo accipitur à Ioā-
 ne, cū ait, Ante diē paschæ, &c. Et à Luca, Appro-
 pinquabat autē dies azimorū, qui dicitur pascha.
 & in Leuitico. Secundò pro die, in cuius vespera
 comedebatur agnus, qui erat luna 14. & hoc mo-
 do acceperunt tres Euangelistæ, cū referunt Apo-
 stolos dixisse Christo, quòd vis eamus, & paremus
 tibi comedere pascha, & in Exodo, ac in Nume-
 ris. Tertiò pro hora immolationis agni, quæ erat
 pars diei 14. & sic accipitur à Matthæo, & Scitis
 quia post biduum pascha fiet. Quartò pro a-
 gno, qui immolatus edebatur, vt est apud Lu-
 cam, Necessè erat occidi pascha. Quintò pro pa-

Luc. 22.

Num. 28.

Paschæ ac-
ceptio.De off. Missæ
part 3. c. 16.
C. 13. Ioan,
Luc. 21.

Leuit. 23.

Exod. 12.

Num. 28.

Matth. 26.

Luc. 22.

Ioan. 18.

nibus azimis, vt est apud Ioannem, vt non cōtaminarentur, sed vt māducarent pascha. Hæc proinde varia nominis paschæ acceptio Græcis imposit, qua planè accōmodata facilè eorū argumentationibus respōdebis. Non est tamen necessariū simpliciter, seu de necessitate Sacramēti panē consecrabilē esse azimū, quandoquidē potest absolutè fermentatus esse. Nā azimus, & fermentatus secundū Augustinū, non differunt quantū ad substantiā, seu speciē. Quocirca nec negamus Græcos verè conficere. Huc accedit, quòd in cōsilio Florentino sub Eugenio 4. fuerit sancitū in azimo, vel fermentato pane triticeo corp⁹ Christi veraciter cōfici, sacerdotēsque in altero ipsū dñi corpus cōficere debere vnūquēquē iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidētis, siue Oriētis consuetudinē. Hoc autē factū fuit pro pace, & vnione Græcorū & Latinorū, in super tēpore. Leonis 1. Papæ fuit constitutū, quòd consecraretur in fermentato, & id quidē ad extinguendā hæresim Ebionitarum, qui asserabant Christianos debere Iudæizare, & pascha suū more Iudæorū cōficere in azimo. Sed extincta illa hæresi, Occidentalis Ecclesiā rediit ad primam consuetudinem institutioni Christi conformem, & promulgationi factæ per Apostolos. Ecclesiā enim nacta occasione aliqua statueret potest, quæ subinde cessante tali causa mutare valet. Veluti in primitiua Ecclesiā baptisabat in nomine Christi, quò illius nomen apud omnes celebrius haberetur. Sed de necessitate ministri oportet sacerdotē Ecclesiæ Latinæ, seu Romanæ in azimo conficere, secus grauitè peccaret,

Lib. de azimo, & fermentato. An Eucharistia debeat fieri in azimo. § 16.



Inum haud dubiè naturale expressum de vua, & nullum aliud, siue artificiale, siue pomorū, (quippe quia non sunt vina simpliciter, sed secundum quid, & æquiocè) est conueniens materia conuersionis, & in sanguinem. Et principalis ratio huius est, quia Christus sic instituit. Congruentia autem quia principalis nutritio quæ est porus in vino cōsistit, iuxta illud Psalmistæ, vinū lētrificat cor hominis, & de hoc habetur in decreto, vbi etiam habetur, quòd vinū debet esse de vua expressum. Nam quādiu liquor est in vua magis habet rationē comestibilis, quā potabilis. Huic autem vino apponere aquā non est necessarium simpliciter, nec de necessitate Sacramenti, quia etiā quando apposita est non conuertitur in sanguinem, nisi prius sit conuersa in vinum. Græci etiam non apponunt, (vt dicit Innocentius) est tamen propter præceptum Ecclesiæ de necessitate ministri. Nam & Christus vinū aqua delibutum consecrauit, vt habet Damascenus, & piè id creditur, cū in Iudæa sint vina fortia, & Christus admodū sobrius. Congruentia autē est propter mysterium, vt significetur populū vniri Christo, iuxta illud, cū in calice aqua vino miscetur populus Christo vnitur, id est, copulandus significatur per fidem, & Sacramenti perceptionem. Et in Apocalypsi habetur, Aquæ multæ populus multus.

Eucharistia materia quæ est vinum ad vinum.

De consecrat. dist. 2. can. dedimus, et can. seq.

Vino consecrabilis debet apponi aqua. De off. Ministr. se.

Lib. 4. c. 14.

De consecrat. dist. 2. can. omne.

*An in Eucharistia accidentia existunt absque
subiecto?*

*Accidens du-
pliciter capi-
tur.*



Accidēs bifariam accipi potest, Pri-
mò pro per se significato, & sic est
respectus extrinsecus adueniens in-
hærentis ad illud cui inheeret, cuius
videlicet fundamentum est accidēs
absolutum, & terminus est subiectum talis acci-
dentis. Huiusmodi autem accidens sine subiecto
esse nequit. Si enim actu inhæreat habet subie-
ctum actu, si aptitudine, aptitudine. Paret, quia
respectus est habitudo essentialis inter duo ex-
trema. Secundò accipitur pro fundamento talis
respectus, vt puta pro accidente absoluto, & hu-
iusmodi sine subiecto, cui actu inhæreat, esse po-
test. Quod hinc astruitur, quia nulla est depen-
dentia simpliciter necessaria alicuius accidentis
absoluti, ad aliquod quod non est de eius essen-
tia, nisi ad causam extrinsecam simpliciter pri-
mam, scilicet Deum. Subiectum autem non est
de essentia accidētis, quia tunc homo albus non
esset ens per accidens, quod est contra Philoso-
phum. Ergo dependentia actualis accidentis ad
subiectum, non est simpliciter necessaria. Voco
autem simpliciter necessariam, cuius oppositum
includit contradictionem. Maior, seu prima pro-
positio probatur, quia actionem cuiuscunque
causæ extrinsecæ, respectu cuiuscunque effectus

*Accidens ab-
solutum sine
subiecto esse
potest.*

Metaphys.

perfectè supplere potest prima causa, quia habet
in se omnem talem vim, & actionem eminentius
quàm secunda causa. Licet autem accidens abso-
lutum possit esse absque tali inhærentia actua-
le ad subiectum, tamen non potest esse quin ha-
beat aptitudinem ad inhærendum subiecto, quia
talis habitudo est propria passio consequens na-
turam accidentis idem realiter cum ipso. Ex qui-
bus fatendum est accidentia in Eucharistia sine
subiecto existere, quia ibi non est substantia nisi
corporis, & sanguinis Domini, quæ non affici-
tur illis accidentibus. Non enim corpus Christi
talem in se formam habet, sed qualis in iudicio
apparebit, nec afficiunt aërem, quia ipsorum non
est capax. Remanent ergo illa accidentia per se
subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus fideique
suffragium, quibus corpus Christi habens for-
mam suam, & naturam, regitur. Obserua tamen
duplex esse accidentis subiectum: Quoddam
quod vltimatè terminat eius dependentiam, seu
ipsam sustentat, sic quod nihil aliud terminet, &
sic substantia dicitur subiectum accidentis, &
hoc modo omne accidens est ibi sine subiecto.
Alio modo subiectum accidentis dicitur, quod
proximè terminat eius dependentiam, seu illud
cui immediatè inhærent, licet non vltimatè,
& hoc modo non omne accidens est ibi sine
subiecto. Albedo enim inhæret immediatè
quantitati, & secundum eius extensionem ex-
tenditur. Si enim virtute diuina fieret sine quan-
titate, esset indiuisibilis, & insensibilis potentia
propinqua, quia non esset sub modo conueniēti

*Accidens ab-
solutum abs-
que aptitudi-
nali inhæren-
tia esse non
potest.*

*In Eucharis-
tia sunt acci-
dentia sine
subiecto.*

ad diuisionem, & sensationem, esset tamen diuisibilis, & sensibilis in potentia remota, quia esset accidens natum informare corpus. Aequalitas enim vnus quantitatis ad aliam fundatur immediate in quantitate, & similitudo vnus qualitatis ad aliam fundatur in albedine. Habent enim accidentia separata à substantia actionem in sensum, sicut & in coniuncta, cum sint principales, & totale sensationis in suo ordine obiectum. Vnde visus videt albedinē panis conuersi in corpus Christi, & olfactus percipit odorem, & gustus saporem. Non autem habebit actionem respectu substantiæ generandæ, cum sint imperfectiora ipsa substantia. Franguntur etiam accidentia ipsa, cū hostia consecrata diuiditur. Vnde retinent modum agendi & patiendi quem prius habebant. Illud autem quod dicitur in decreto. Ego Berengarius verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi manibus sacerdotum frangi, & dentibus atteri, &c. debet referri ad species. Quia enim ille Berengarius fuerat infamia notatus, quod non crederet corpus Christi realiter contineri sub specie panis ad sui purificationē, per verba excessiua contrarium asseruit: & sic verum Christi corpus frangi dicitur, quia species, sub qua verè continetur, frangitur: & hoc modo etiā dicitur, à populo in manibus sacerdotum videri, cum tamen ipsum corpus, vt in sacramento non immutet sensum, quia non est ibi modo quantitatiuo, vt dictū est in præcedentibus: diuisa itaque hostia corpus non diuiditur, sed remanet integrū sub qualibet eius parte sensibili, quādiu remanēt species

In Eucharistia quid frangatur.

De consecrat. dist. 2. Can. Ego Berengarius.

species panis, vel vini, cum sit totum in qualibet parte. Quia verò Deus instituit non conseruare ibi corpus Christi, nisi quādiu manent accidentia, quæ nata sunt efficere substantiam panis, vel vini iam conuersa, ideo in instanti corruptionis huiusmodi accidentium siue per digestionem, siue aliàs, redit actione diuina talis substantia, qualis nata effici accidentibus consequentibus, seu qualem generasset natura de pane corrupto. Hinc est quod huiusmodi species nutriunt, & ipsis corruptis generantur vermes. Hoc autem facit Deus ad meræ fidei meritum. Si enim videremus ex ipsis speciebus nihil generari, experimento cognosceremus eū esse sub illis speciebus panis & vini. Obiicies fortasse Aristotelem dicentē quod non sit possibile aliquod accidentium esse sine subiecto: Respondetur quod hoc quidem philosophi admitterent, qui ponunt ordinem causarum simpliciter necessarium, vt patet ex eodem Aristotele, aded vt assererent primam causam non posse agere sine secundæ causæ concursu. Subiectum autem quandam efficientiam habet respectu accidentis, Habet enim se vt materia, in qua: nam naturaliter ipsum sustentat. Quapropter asserunt sine subiecto accidens non posse esse. Atqui nos non ponimus huiusmodi ordinem causarum simpliciter necessarium. Concedimus enim quod quidquid potest agere causa prima cum secunda, hoc potest se sola. Deinde obiicies Boëtium asserentem quod accidentis esse est in esse: Respondetur quod in-

7. Metaph.

8. Physic. 8.

5. Met.
7. Met.

telligit de inhærentia actuali, non autem aptitudinali. Postremò ratiocinaberis postèrius essentialiter non posse esse sine priori, Atqui accidens substantiæ est postèrius, Ergo non potest esse sine ipsa. Respondetur quòd Aristoteles intelligit postèrius nõ posse esse sine priori quod necessariò actualiter præsupponit, Accidens autem non sic præexigit substantiam, sed tantum aptitudinaliter.

DISTINC. 13. QVÆST. I. & 2.

Num sola diuina actione, & non item à quolibet sacerdote Eucharistiæ sacramentum confici possit?

Eucharistiã
cõsistere quib?
competat.

Ioan. 6.
Sapient. 6.
Homil. 83.
Lib. de corpo.
Domini.
1. q. 1. can. in
ter catholicã.

1. q. 1. can.
Multi secula-
rum.

Eucharistiã conficere bifariam alicui competere potest, Primò veluti causæ principali, & hoc pacto soli competit Deo, vnde illud Ioannis, Panis quem ego dabo &c. & sapientis, Panem de cælo præstitisti eis. Chrysostomus inquit, Humanæ virtutis non sunt hæc opera &c. Augustinus, & habetur in decreto, Mysterium corporis, & sanguinis diuini perficitur virtute Spiritus sancti. Et sequitur, Sicut Christus est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Gregorius, Vnus idemq; Spiritus sanctus in tota Ecclesia inuisibiliter mysteria corporis Christi & operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Secundò conficere eucharistiã potest competere alicui, vt causæ instru-

mentali, vel magis propriè, vt ministro, & hoc modo conficere bifariam accipi potest, primò absolute, siue de facto, sic videlicet, quòd si attemptet facere, efficit quod intendit: secundò ordinate, seu de iure, ac licitè, & hæc distinctio generalis est in omnibus sacramētis. Quandoquidem plus requiritur ad licitè ea administranda, quàm ad simpliciter, & de facto. Si igitur loquamur de facto seu simpliciter, & absolute conficere, quiuis sacerdos ritè ordinatus, siue bonus, siue malus fuerit, siue fidelis, siue hereticus, aut ab ecclesia præcisus, seu excommunicatus, suspensus, interdictus, vel degradatus, modò consecrationis verba super materiam debitam proferre possit, cum debita intentione faciendi quod Ecclesia facit, hoc conficere sacramentum potest, & si præsumat, verè conficit. Hoc patet ex Augustino, & citatur in decreto Gratiani, vbi dicitur Intra Catholicam Ecclesiam in mysterio corporis, & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti. Item Gregorius & citatur in decreto, Putat quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita videtur ignobilis, Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum vnus idemq; Spūs sanctus in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operado

Eucharistiã
administrare
de facto,
aut de iure.

Lib. 2. de corpo.
domini.
1. q. 1. can.
Intra catho-
licam.

1. q. 1. can.
Multi secula-
rum.

sanctificet, & sanctificando benedicat: siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est, quia Spiritus sanctus viuificat, nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur in se: Et idem de aliis sacramentis tenendum est. Quia diuina solummodò est hæc virtus, siue potestas, non humanæ efficaciar. Ratio adhæc adiici potest, Quia apud talem ministrum semper remanet character sacerdotalis indelebilis. Nam Deus noluit ministros posse huiusmodi characterè amouere, licet ipsum priuilegio spoliarent clericali, quod non est ordini essentialè. Vnde Apostolus, Nō dedit nobis Dominus potestatem in destructionem, sed in ædificationem. Quare regula illa topica, Facilius est destruere, quàm construere, non conceditur de ministerialiter agente in sacramento, sicut manifestè patet in matrimonio, nam vir & mulier mutuo consensu contrahunt, qui per dissensum adinuicem disungi nequeunt. Intelligitur ergo illa regula de causis essentialibus. De hoc etiam habetur in iure canonico. Nihilominus solus id potest sacerdos, vt puta de facto consecrare, vt patet ex decretalibus, vbi dicitur, Hoc sacramentum nemo potest conficere nisi solus sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clauas ecclesiæ. Quod si exquiras ex scripturis sacris huius decreti fulcrum, Illud proculdubio ex verbo Christi: Hæc quotienscunque feceritis, &c. solos discipulos allocuentis, colligitur. Nam illi soli cum eo re-

2. Cor. vii.

1. quæ. i. can.
Quod quis de
ext. de sum.
trin. cap.
firmiter credimus.
Solut sacerdos
consecrare
potest.
Matth. 26.

cumbabant, vt constat ex eo quod ait Christus in mensa, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino &c. Item cum contentio esset inter eos, quis esset maior, subditur, Et vt sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Item apud Matthæum, ait Petro, An putas quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum: quasi dicat loco duodecim Apostolorum, aut saltem non alloquebatur alios ab Apostolis, quàm discipulos, quorum forte aliqui ministrabant) vt B. Martialis) quilibet in ecclesia non succedunt nisi sacerdotes. Siquidem Apostolis succedunt Episcopi, & discipulis presbyteri, vt habetur in decreto. Id etiam colligi potest ex illo Pauli, Panis quem frangimus. nos videlicet Apostoli, & discipuli Domini: Si enim fidelis quilibet conficere posset, non oporteret aliquem alium aliis frangere, sed quilibet seipsum cōmunicaret de suo sacrificio. Præterea hoc fuit adumbratum in Ozia Rege, qui renitentibus sacerdotibus adolere ausus fuit, & manus eius leprosa facta est: de Chore, Dathan, & Abiron qui sacerdotium sibi vendicare volentes contra Dei decretum, iusto Dei iudicio à terra absorpti sunt, & perierunt. Si autem loquamur de iure, vt puta quisnā debitè, & licitè consecrare potest, solus vtiq; sacerdos omni carè impedimento, tã ex parte sui, quàm aliorum cōcurrentium ad rite celebrandum. Ex parte autè ministri non tantum impedit culpa, sed etiã pœna canonica (quæ est prohibitio alicuius

Matth. 14.
Luc. 22.

Matth. 26.

Dist. 21. can.
In nouo testamento.
1. Cor. 10.

2. Paral. 26.

Num. 26.

Eucharistiã
de iure quis
consecrare potest.

actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui aliàs non prohibito competeret) vt excommunicatio, suspensio, irregularitas, degradatio, depositio, symonia, infamia. Prohibetur etiam sacerdotib⁹, qui sunt publici peccatores, fornicarij, vsurarij celebrare. Item mutilatis, vel horribili infirmitate correptis, vt lepra, aut alio morbo, his enim prohibet ecclesia celebrare propter sacramenti reuerentiam, vt patet ex iure canonico. Figura autem habetur in Leuitico, Homo de semine tuo &c. Ex parte autem aliorum concurrentium sunt primò ornamenta, vt habetur in dicto iure canonico, vbi dicitur, quòd vestimenta ecclesiae, quibus Deo ministratur, debent esse sacra & honesta, quæ alijs vsibus applicari non debet. Quòd si hæreticus dixerit hoc non haberi in euangelio, falsum est: Ait enim Christus, Hæc quotiescunq; feceritis, & Apostolus, Mortè Domini annuntiabitis donec veniat. Quantò autem magis accedit sacerdos ad Christi passionè, tantò amplius facit in eius memoriam, & significantius exprimit passionè, atq; indumèta proximè Christi repræsentant passionè, vt amictus, velum, quo eius facies fuit velata, alba, vestè qua eum induit Herodes, & sic de singulis. Quare consonum est euangelio, & doctrinæ Apostoli huiusmodi vti indumentis. Deinde requiritur locus cõueniens, vt pote per episcopũ sanctificatus, ecclesia videlicet cõsecrata, vel altare, & quod non sit is locus interdictus, istud habetur in decreto, nisi in causa necessitatis, vt habetur ibidè. Si dixeris (vt hæ-

Dist. 55. & extr. de corp. vnat. Levit. 21. Missa indumenta. De consecr. dist. 1. can. Vestimenta.

Missa dicè de locus conueniens. De cõsecrat. dist. 1. can. Si cut & seq.

retici) hoc non haberi ex euangelio, cum Paulus velit omnes omni in loco orare, hoc fanè falsum est, quandoquidè ex euangelio habetur locum orationis nõ debere esse prophanum. Ait enim Christus, Domus mea domus orationis vocabitur. Hoc autè fuit adumbratũ in templo Hierosolymitano à Salomone dedicato, & in tabernaculo per Mosen sanctificato: In huius etiam figurá Iacob erexit lapidem, & si vera sunt, quæ à maioribus accepimus, Christus dedicauit Ecclesiam sancti Dionysij in Galliis, Michael in Apulia, Angeli ecclesiam beatæ Mariæ de Angelis Assisij. Desideratur & lumen. Hoc fuit adumbratum in Leuitico, Ignis autem semper ardebit in altari meo. De qua re vide Hieronymum aduersus Vigilantium. Calix enim, & patina debent esse ex auro, argento, aut stanno, sub quo secundum aliquos intelligitur plumbum. Si obiicias Hieronymum qui laudat Exuperium Episcopum Tholosanam, quod in disco vimineo sacrum Christi corpus, & vinum vase vitreo administraret: Respondetur, tantam fuisse tunc ecclesiae Tholosanæ paupertatem, vt aliter fieri nequiret, non debet igitur esse ex ære, aurichalco, ligno, aut vitro. Altare debet esse lapideum, non diminutũ aut fractum fractione notabili: Et debet esse consecratum. Altari autem portatili cessante necessitate non licet extra Ecclesiam indifferenter vri. Conceditur tamen fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, quòd vbicunq; fuerint cũ altari portatili celebrare possint, modò

1. Timot. 2.

Matth. 21.

2. Paral. 2.

& 6.

Exodi 40.

Genes. 28.

Ext. de cele. missar. c. vlt.

In missa debet esse lunè.

Leuit. 6.

Calix missa requisitus.

De consec. dist. 1. can.

Calix.

Epistola vlt. ad Rusticũ.

De consec. dist. 1. can. Ecclesie. & can.

Concedimus ac duobus se.

extr. de priu. cap. in his.

id sine iuris parochialis presbyteri præiudicio fiat, præiudicio inquã decimarũ, & offertorij, quæ illi debentur. Tempus verò quo sacrũ fieri debet est ab aurora ad meridiem vsq; ex introducta consuetudine. Congruentia ad hoc potest assignari, Quia lex euangelica in sacris literis dicitur dies, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. De iure tamẽ licet ad horam nonam vsque iuxta Iudæorum computationem, quæ iuxta nostram cõputationem respondet horæ tertiæ post meridiem. Iudæis est enim hora prima, quãdo nobis est sexta mane, Tertia verò hora, quando nobis est nona, Sexta autem quando nobis est meridies, nona, tertia hora post meridiem &c. Et vbi nullum est scandalum, nihil esset periculi celebrare vsque ad horam nonam, seu tertiam horam post meridiem, Quia & in primitiua Ecclesia, & longo post tẽpore id fiebat, maximè in ecclesiis collegiatis in diebus ieiuniorum, & quando ordines sacri celebrabantur. Ratione tamen consuetudinis abstinendum est, quia mos inualuit, vt ad meridiem vsque missæ celebrentur. Postremò oportet celebranti aliquem assistere, qui illi in totius ecclesiæ persona respõdeat: Et hoc ipso denotatur ipsum sacrificium mediatorem esse inter Deum, & Ecclesiam, dum Deo pro Ecclesia illi assistente sacrificium offert. Auersus prædicta obiiicies illud Malachia, Maledicti benedictionibus vestris, quod in malis sacrificiis dicitur: In quem locũ Hieronymus, Quid-

Missæ quo tẽpore debet celebrari.

*Ephes. 5.
Rom. 13.*

*Missam celebranti qui sibi ipsam assiste-
re debet.*

Malach. 2.

quid à vobis benedictum fuerit, à me maledicetur. Vnde consequitur sacerdotes malos Eucharistiam conficere non posse. Respondetur hoc esse accipiendum de benedictionibus, quas faciunt mali sacerdotes, in quantum mali sunt vt puta cùm adulando benedicunt, malis suis adulationibus in sua malitia fruendo, dum modo diuites sint nihil aliud curant. His enim haud dubiè Deus maledicit. Sed sacerdos Eucharistiã non conficit, aut administrat, quatenus malus, sed vt mater ecclesia habens ipsius in consecrando intentionem & benedicendo. Gregorius, Maledicam benedictionibus vestris, id est his quæ in his benedictionibus possidetis, vel quoniam non benedicunt sanctis in vero corde. Deinde obiiicies illud, Suspendo ab officio vel deposito sacerdote, nulla ei relinquatur potestas: Respondetur id quidem verum esse de potestate ad ordinatè ministerium suum exequendum, non autem de potestate ad simpliciter, & de facto exequendum. Argumentor, Virtus & efficacia missæ in ipso Eucharistiæ præcipuè consistit sacramento: Si igitur malus sacerdos æquè conficiat sicut bonus, tantum proderit sacramentum à malo, sicut à bono sacerdote factũ. Distingo, ex parte sacramenti, & meriti ecclesiæ concedo, ex parte autem ministri, seu meriti personalis nego: hoc est, missa quidem melioris sacerdotis melior est, ac magis prodest non vtique ratione sacramenti, quod vtrouque (& dum à bono, & dum à malo administratur) æquale est, sed ratione orationum eius à

*1. que. 1. can.
Quod quidẽ
parag. opponit.*

Missæ melioris sacerdotis melior est, & magis prodest.

Deo acceptarum. Ad scripturas autem, quibus significari videtur Deum odio habere sollemnitates, sacrificia, & sacramenta impiorum: Respondetur, quòd Deus non acceptat ea ad operantis salutem, licet bene ad salutem recipientis. Obiicies Augustinum dicentem, Sacramentum dat Deus etiam per malos, gratiã verò, non nisi per seipsum, vel sanctos suos &c. Respondetur quòd Augustinus intelligit de gratia, quæ datur merito congrui, seu suffragio orationis ecclesiæ, non de illa quæ vi sanctorum datur. Argumentor, Degradatus non manet sacerdos, nam clericali spoliatur priuilegio & truditur seculari foro, ergo nequit consecrare, seu conficere. Respondetur huiusmodi priuilegium nõ esse ordini essenziale seu concomitans, & accessorium, quia fuit concessum ab imperatore Constantino, ante cuius concessionem sacerdotes eo carebant. Potest etiam dici quòd non spoliatur priuilegio clericali, cum datur foro seculari, sed quòd iudex secularis hac in re est minister, seu executor iudicis spiritualis, & ecclesiastici. Quia nullus alius à iudice ecclesiastico eum committere potest seculari iudici, qui utique manente priuilegio potest esse minister ecclesiastici iudicis. Argumentor, Sacerdos hoc sacrificium offert non in persona propria, sed Ecclesiæ, cuius est minister, Atqui hæreticus, & schismaticus id non præstant, cum sint ab Ecclesia præcisi, ergo non conficiunt. Huic ratiocinationi subscribit Magister sententiarum, Respondetur quòd hæreticus, & schisma-

Degradatus de facto conficit Eucharistiam.

1. c. huius dif.

ticus, quanuis sinceram non habent Eucharistiæ fidem, seu (vt aiunt) non intendant in speciali, nihilominus si habuerint intentionem ecclesiæ in vniuersali intendentes, valent facere quod Christus instituit faciendum, & quod ecclesia facit, verè consecrant. Huic simile est illud Aristotelis, contingit scire omnem mulam esse sterilem, & dubitare de hac. Ideo Magister hîc non tenetur. Adde his quòd oblatio non pertineat ad rationem consecrationis. Arguitur, Consecrationis finis est ipsius sacramenti sumptio: Quapropter est quid nobilius, & simpliciter melius, quàm conficere (nam finis est potior his quæ sunt ad finem) sed laicus Eucharistiam sumere potest, igitur & eam conficere. Respondetur quòd licet sumere Eucharistiam sit in se nobilius, tamen est magis necessarium, Quocirca pluribus competit. Adde quòd & Christus ita instituit, vt ab omnibus sumeretur, Nisi manducaueris carnem &c. Et à solis ecclesiæ ministris dispensaretur, vt hîc docuimus. Vnde Apostolus, Sic nos existimet homo &c. Itẽ legatione fugimur pro Deo. Arguitur, Beatus Laurentius sanguinem dispensauit, vt patet ex eius verbis ad Sixtum, Mihi cõmisisti dominici sanguinis dispensationẽ. Itẽ in decreto dicitur, Diaconus Eucharistiã corporis Christi, si necessitas cogit, erogat, Ergo nõ solus sacerdos. Respondetur quòd occurrẽte necessitate diacono Eucharistiam dispensare. (quod est minoris dignitatis) permittitur quidẽ, nõquam autem conficere, quod maius est: Neutrum au-

2. priorum cap. 20.

Ioan. 6.

1. Cor. 4.

93. distinct. can. Diaconi & can. præsentis presbytero.

Diaconus occurrẽte necessitate Eucharistiã dispensare potest.

*De conf. dist.
2. cap. Per-
uenit.
Laicus Eu-
charistiam
nec consecrare
nec consecra-
re potest.
16. de anim.
& prover. 4.*

rem laico conuenit. Ratio congrua est. Nam quemadmodum ab anima mediante corde ipsius animæ virtutes ad alia deriuantur membra & præcipua sedes vitæ in ipso est corde, Omnia custodia custodi cor tuum quoniam ab ipso vita est. Insuper in qualibet politia est persona aliqua principalis ad quam præcipui actus talis politia pertinent: Sic rationi consonum est hunc adeo excellentem actum administrandæ Eucharistiaæ residere apud illum, qui est principalis in hierarchia ecclesiastica, cuiusmodi est sacerdos. Præterea non minor reuerentia, & authoritas debetur corpori Christi vero, quam mystico, Atqui super corpus Christi mysticum solus sacerdos authoritatem absoluendi, & legendi in foro interiori habet, iuxta illud Ioannis, Accipite Spiritum sanctum &c. Habet igitur & solus authoritatem administrandi corpus Christi verum in Eucharistia.

Ioan. 20.

Finis, Amen, Laus Deo.

DE POENITENTIA.

DISTINCT. 14. QVÆST. I.

Requiritur ne ad peccati deletionem penitentia?

Primus articulus quid in peccatore manet post actum vitiosum unde dicitur peccator.

Postquam homo cessauit ab actu vitioso & interiori, & exteriori, remanet quidem in eo habitualis iniustitia, quæ nihil aliud est quàm gratiæ priuatio: Sed ab hac sola non denominatur quis peccator, quia sic peccatores omnes æquè

vitiosi essent, cum cuilibet mortali gratia tora auferatur, nõ magis, aut maior vnico, quàm pluribus peccatis. Non dicitur deinde peccator ab iniustitia actuali, quæ est deordinatio ipsius actus à suis regulis, videlicet à iudicio recto rationis, & volutate diuina. Nam hæc deformitas siue deordinatio nõ perseuerat in anima cessante actu, qui est eius subiectum. Nec tertio dicitur quis peccator à reatu culpæ seu obligatione aliqua quæ sit relatio realis (vt asserit D. Thomas) quia nulla talis relatio manet in anima post peccatum, vt pbat Scotus. Nec à macula quadã, quæ sit quid absolutum pollues animam (vt ait Magister sententiarum) tunc peccatum vnum aliud sibi oppositum pelleret. Nec postremo dicitur quis peccator à dispositione, seu habitu vitioso derelicto ex frequetatione actuum vitiosorum, quia hæc in iustificato perseuerant, quoadusque per exercitia virtutum expoliarit hos malos habitus. Vnde illud Matthæi, Regnum cælorum *Matth. 11.* vim patitur, & violenti rapiunt illud &c. Et *Rom. 6.* Apostoli, Sicut exhibuistis membra vestra &c. Et Iacobi, Beatus qui suffert tentationem, & rursus illud Apostoli, Omnis disciplina &c. *Iac. 1.* Et Sapientis, Fili accedens ad seruitutem Dei *Hebr. 12.* sita in timore. In huius rei figura dicitur apud *Eccles. 2.* Neemiam, In reedificanda Hierusalem vna manu tenebant gladium & altera ædificabant. *Neem. 4.* Adde quod & ista per desitionem actuum esse desinerent, etiam absque resipiscencia. Illud ergo quo quis peccator post vitiosum actum & interiorem, & exteriorem dicitur, est relatio

seu respectus rationis productus ab ipso Deo, in ipso peccatore, quē Dei voluntas destinat ad pœnam debitā illius peccato, & id præiudicat diuini intellectus. Donec verò respuerit. Hæc astruitur assertio per beatū August. Super illud psalmistæ, Beati quorū remissa sunt iniquitates &c. dicētem, videre Deū peccata est ad pœnam imputare, Auertere autē faciem à peccatis, hoc est ad pœnā non referuare. Simile habetur apud Esdrā, Ne operias peccata eorū. Confirmatur item à simili de eo qui bonis operib⁹ plura meretur, cui tamē fortasse Deus tunc nō addet gratiā, maximē si remisē operaturo, ordinatur tamen ad maius præmiū, quæ fanē ordinatio nihil est aliud, quā respectus rationis. Item de eo qui principē aliquē offendit, cui deinceps est inimicus, licet nihil reale in se receperit. Hæc autem relatio rationis quatenus est ipsi animę discōueniens, dicitur macula, Beatus vir qui inuētus est sine macula &c. Non habens maculā &c. Quatenus autē est obligatio ad pœnā, dicitur reatus, vt habet Augustinus, Peccata quæ transeunt actu, manēt reatu. Quatenus verò hæc obligatio est actus voluntatis diuinæ, dicitur offensa. Si quidē offendi vel irasci in Deo nil aliud est, quā velle vindicare ista pœna reatus. Deinde hic reatus deleri potest accedēte Dei misericordia, qui ait, Ego qui deleo iniquitates &c. Confide fili &c. Dimissa sunt ei peccata multa &c. Patet & in Dauide, Petro & Paulo. Licet autem Deus omnipotentia sua absoluta absque quocunq; hominis actu hunc reatum seu obligationem

Tom. 8.

2. Esdra 4. c.

Eccles. 21.

Ephes. 5.
Lib. 6. aduer.
Pelag. c. 8.Secūdus artī-
culus. Reatus
deletur per pu-
nitioem.Esa. 43.
Matth. 9.

Luc. 7.

remittere possit, tamen ex sacris literis constat quod absque pœna, vel æquivalente non remittat. Quare dicitur irasci, velle vindicare peccata &c. Pœna autē (authore Boetio) est ordinatiua culpæ, & ita vt in pluribus culpa per pœnā auferatur; Potest nihilominus & per feruentem actum dilectionis Dei remitti, vt patet ex Luca, Dimissa sūt ei peccata &c. & ex Petro, Caritas operit multitudinē peccatorū &c. Et per martyrium, Vnde illud Matthæi, Omnis qui confitetur me coram hominibus &c. Patet & in Bonifacio, qui fuerat & infidelis, & adulter, & euestigio profiliit ad martyriū. Non deletur autem hic reatus per quācunq; pœnam, quia si inuolūtaria fuerit (qualis est in dānatis) aut contracta, quæ sequitur culpā, de qua Hieremias, Arguete malitia tua &c. Et Esaias, Vermis terræ non morietur. Hieronym⁹ in illud Ezechielis, Porta ignominia tuam, Portat ignominia suam, qui propria torquetur cōscientia. Augustinus, Iussisti Domine, & ita est vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus, per illā non remittitur, Hilarum enim datorem diligit Deus &c. Voluntarie sacrificabo tibi ait Psalmista, & Apostolus, Esau non inuenit pœnitentiæ locū: huc spectat & illud Machabæorū, Orabat scelestus, quoniā &c. Hi siquidē molestē patiebātur has peccatorū pœnas. Licet verò pœna quæuis inuolūtaria sit, si spectes affectionem cōmodi, & appetitus sensitiui, propter quod & Christus refugiebat mortem, & Petro dicebat, Ducet te quod tu nō vis, &c. Tamen affectione iustitiæ voluntaria

Lucæ 7.
1. Petr. 4.

Matth. 10.

3. articulus
nō per quam-
cūque pœnam
sed volun-
tariam remitti
culpam.Hierem. 2.
Esa. vlt.
Ezech. 16.
Lib. 1. conf.

2. Cor. 9.

Heb. 12.

2. Mach. 9.

Ioan. 7. s.

esse potest, cum aut peccator liberè propter peccata se affligit, aut gratanter pœnas sibi inflictas acceptat, vt Christus & Petrus. Vnde quadrifariam quidpiam dici potest voluntariū. Primò quia patiendò suffertur, vt de bono latrone legimus, & de fratribus Ioseph, Meritò hæc patimur &c. Secundò quia voluntariè acceptatur, Vt de Iob patet dicente, Dominus dedit &c. Tertio, quia voluntariè producitur à causa proxima partiali, vt ab isto actu voluntatis, Nolo me peccasse, qui sanè actus vnà cū apprehensione peccati est causa tristitiæ. Quarto quia volutariè causatur à causa remota principali, vt ab isto actu, Volo punire peccatum, qui quidem actus si efficax fuerit, efficit vt intellectus peccatum recogitet, & voluntas ipsum detestetur, ad quæ consequitur tristitia. Iuxta illud Augustini, Tristitia est dissensio animi ab his rebus, quæ nobis nolētibus accidunt. Quocirca dicitur remota tristitiæ causa. Apprehensio verò peccati, ac eius detestatio, causæ sunt proximæ eius tristitiæ: Ad deletionem proinde peccati mortalis secundum regulas diuinas exigitur punitio voluntaria actu, aut effectu. Et id quidem rationabile est, quatenus videlicet peccator (qui auersus est à Deo per peccatum, & conuersus ad creaturam, secundum illud Hieremiæ, Verterunt à me terga, item, Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, Item, Deū qui te genuit dereliquisti &c.) opposito motu, nempe auersione à peccato, seu creatura, & cōuersione ad creatorē, adsequatur ipsius peccati remissionem,

Luc. 23.
Gen. 42.

Lib. 14. de
ciuit. Dei
cap. 15.

Hierem. 2.

remissionem, vnde Hieremias, Tu fornicata es cum amatoribus multis &c. Esaias, Derelinquat impius viam suam &c. Ioel, Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. & Psalmista, Spiritum rectū innoua in visceribus meis &c.

Hierem. 3.
Esayæ 55.
Ioel 2.
P'salm. 50.

DISTINCTIO. 14. QVÆST. 2.

Est ne penitentia alicuius virtutis actus?

Poenitere quidem si iuxta primam doctoris acceptionem expendatur, potest vtique actus esse virtutis, cum possit esse actus rectæ conformis rationi, ac possit virtutem generare, hoc est habitum studiosum: Nec obstat quòd nō semper à virtute eliciatur (vt patet de primo actu, quē elicit peccator) sufficit siquidē modò nat⁹ sit à virtute elici. Cuius porrò sit virtutis actus huiusmodi, nō est primū actus virtutis intellectualis (id est quē sit in intellectu subiectiuē), Quia imperare peccati agnitionem, & eiusdem detestationem est ipsius appetitus, non sensitiui, (cuius non est intellectui, aut voluntati imperare) sed ipsius voluntatis, vt patet ex Augustino in libris de trinitate dicente, quòd voluntas copulat parentē cum prole, & hoc est intellectū cum obiecto, & imperare sibi ipsi. Deinde intellectualis virtus inclinatur ad sic dictādū, hæc autē ad sic agendū, videlicet appetitiua. Nec est actus virtutis appetitiuæ ordinātis ad seipsum, quales sunt fortitudo & téperantia: nam potest quis vindicare alterius peccatū sicut & propriū

pri. articulus
quod penitere
sit virtutis
actus, & cuius
virtutis
sit actus.

Nec est actus amicitiae, quandoquidē is semper cedit in correctionem, & in bonū amici delinquentis. Vindicare autē peccatum non est præcipuè propter eius qui punitur correctionē (licet illa quādoq; subsequatur, vt patet in Dauide, & in Paulo) sed vt ordinetur culpa per pœnam, & obseruetur lex ipsa fit insuper gratia boni communis, & gratia legislatoris, si ipse fuerit finis legis, vt est Deus ipse: Quamobrem sæpe iusta fit vindicta omnino reū exterminando. Est igitur actus iste iustitiæ punitiuae, & actus ipsius voluntatis, cui⁹ solius est sibi ipsi, & intellectui imperare. Deinde pœnitere secūdo modo, qđ est detestari peccatū, est etiā actus virtutis, & pœnitere tertio modo, qđ est gratanter acceptare inflictiā pro cōmisso peccato pœnam, sed non specialis alicuius virtutis, sed cuiuscunque appetitiuae. Pœnitere verò quarto modo quod est patienter ferre pœnam inflictam est actus patientiæ virtutis. Ad deletionem igitur peccati non requiritur pœnitentia, quæ sit alicuius determinatæ virtutis actus, cum possit esse indifferenter pluriū, nec oportet quod eliciatur à virtute habituali, seu iam inexistente, cum talem actum possit habere is qui nec adhuc quidem habebit harum virtutum habitus, sed potest dici actus virtutis, quia est ipsius generatiuus. Deinde obseruandum ad peccati deletionem requiri actū humanum, qui scilicet fit cum deliberatione bifariam, videlicet vel vt primam dispositionem, vel vt concomitantem: Primo modo sufficit actus infirmus, id est absq; charitate, vt pa-

2. articulus
An pœnitere,
vt actus vir-
tutis requi-
ratur ad pec-
cati deletio-
nem.

ret in filio prodigo, de quo dicitur apud Lucā, In se autem reuersus &c. Deinde & cum adhuc longè esset &c. Vnde constat ipsum nō habuisse adhuc charitatē. Quod & manifestum euadit, ex eo quod pater præceperit illi dari stolam nouam, qua significatur charitas. Itē in typo leproforum, qui a longè clamabant. Secundo modo exigitur actus formatus, id est habens secū charitatem, quandoquidē in instāti illo; in quo peccatum deletur, gratia infunditur, & inest. Insuper ad maiorem horum declarationem obseruandum, quod peccator ex naturalibus cum communi influenza spiritus Dei, non generali, qua omnibus influit creaturis, sed ea quam promisit peccatoribus, dicens: Ego sto ad ostium, & pulso. De qua etiā nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item vocaui & renuistis. Item, Quoties volui congregare filios tuos &c. potest considerare peccatum ipsum, vt Dei offensiuum, impeditiuum præmij, inductiuum supplicij &c. Er sub illis rationibus detestari, & continuare hanc peccati displicentiam, ante gratiæ infusionem cum debitis circumstantiis moralibus, & is actus dicitur attritio, & est dispositio, siue meritum de congruo ad deletionem peccati, quæ fit post aliquam continuationē talis actus. Quauis enim peccator non sit dignus nisi supplicio, congruit tamen diuinæ bonitati, ac liberalitati, vt bene vrenti bono naturæ, ac cōmuni inspiratione, De⁹, qui est maximè munificus, bona gratiæ largiatur. Secus si nulla prorsus exigeretur

Luc. 19.

Peccator ex
naturalibus
peccatum de-
testari potest.

Prouerb. 1.
Matth. 23.

*Meritū congrui.**Psal. 9.
Proverb. 16.**Esayæ 38.**Pœnitentia
preparationē
requirit.**Matth. 25.**Exodi 1.**3. Regum. 10.**Ezech. 29.**Act. 10.**Zachar. 1.**Ezech. 8.**Marc. 8.*

peccatoris dispositio, esset utique apud Deum personarum acceptio, dum vni culpam, & non alteri remitteret. Hæc autē dispositio, seu meritum cōgrui, quod ab hæreticis prorsus reicitur, ex factis astruitur literis, Preparationem cordis eorū audiuit auris tua. Itē, Cor hominis disponit viā suam. Itē, Hominis est preparare animā suam &c. Dispone domi tuæ, quia morieris, & nō viues. Non loquebatur autem propheta de domo materiali, sed de cōsciētia. Dominus etiā in euangelio laudat seruum vigilantem. Pater etiam de seruo abscondente talentū domini sui, & de virginibus sapiētibus, quæ cū habuerūt oleum, intrauerunt ad nuptias. Sic obstetrices Ægyptiacæ non interimentes mares Iudæorum meruerunt sibi ædificari domos, hoc est dedit illis prolem cum essent steriles. Et Iehu vindicans peccatum Achab meruit, vt perseveraret sibi regnum in quartam generationem. Nabuchodonosor quoque meruit sibi dari terram Ægypti, quia seruiuit Domino contra Cyrum: Et Cornelius mitti ad se Angelum meruit. De hoc merito est illud Zachariæ. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et illud Ezechielis, Quacunque hora auerterit se impius, & fecerit iustitiam, omnium iniquitatum eius non recordabor, faciente namq; homine quod in se est, Deus superaddet quod suum est ex sua liberalitate. Id etiam commonstratur ex curatione cæci, qui interrogatus à Domino, an videret; respondit, video homines veluti arbores. Vnde rursus spuit Dominus in oculos

eius. Saliua significat sapientiam, seu bonam inspirationem, per quam peccator non statim iustificatur, sed cū subinde Deus confert illi suam gratiam. Deinde & in cæco misso ad natoria Siloe, posteaquā imposuisset illi Dominus lutum super oculos. Hoc enim modo & peccator præuentus Dei misericordia mittitur ad pœnitentiam. Ad hæc facit & exemplum Rahab, quæ non perit quod recepisset exploratores, quæ tamen adhuc non perfectè credebatur. Hæc enim commonstrant nostram præparationem aliquando procedere ex imperfectione: Sed Deus illam perficit, iuxta illud, Operatur in nobis velle, & perficere. Si enim non esset requisita hæc præparatio, & meritum congrui in peccatore, quomodo vnus esset potius obstinatus, quàm alius. Sed (vt ait Augustinus) quemadmodum sol indurat lutum, & liquefacit ceram, Ita Deus se habet erga homines secundum eorum dispositionem. Per actū igitur pœnitentiæ infirmem deletur peccatum, vt per dispositionem prauitiam, & meritum de congruo, per actum autē potentiæ formatum, qui & contritio dicitur, deletur, vt per actū cōcomitantem. Quod si inquiras quis illorū quatuor actuum sit aptior ad peccati deletionem dispositio, is procul dubio, qui est perfectior, aut pluribus manat virtutibus, vt qui ex charitate elicitur, aut ex iustitia, & charitate simul. Si verò expetis quis illorū actuum tristitiā facilius ingerat, duo vltimi eam supponūt, Duorū autē aliorum esse potest mutua quædam excellentia:

*Ioan. 9.**Iosue 2.*

Quandoque enim ex sola Dei dilectione suboritur peccati detestatio, & cōsequitur tristitia etiam maxima. Quandoq; verò inerit actus iustitiæ (is videlicet, Volo punire meū peccatū) & tamen ex illo non mouetur efficaciter intellectus ad peccati considerationē, & voluntas ad detestationem: Et quanuis aliquoties moneatur, non tamē semper subsequitur tristitia propter complexionē peccatoris, aut habitus contrarios, aut bonū inde subsequentiū, vř de matre Magistri sententiarum patet. Et potissimū, quia appetitus intellectiuus sensitiuo appetitui, quārum ad faciliter delectari & contristari, conformatur. Quare cuius appetitus sensitiuus non est natus dolere, eius voluntas non facile tristatur. Ex quo manifestum est aliquē intensē pœnitere primo modo, id est habere hunc actū intensum Volo punire meū peccatū, qui tamen nullā, aut modicā habebit peccati tristitiam, quam nihilominus sine vllō actu alius habebit ex Dei amore; Vnde consequitur, quod plus debet meritorie peccatum actus tristitiæ accusatiuus, quāmodum tristitia ipsa, quæ est passio subsequens ipsum voluntatis actum. Quod si istes in oppositum, quod is actus pœnitentiæ primo modo non sit absque tristitia sufficiens per illud Augustini, Sciat se culpabiliter durum, qui desinet mortem amici, & dolorem peccati non ostendit lacrymis: Verum id quidem est, si appreciatiuē mortem amici desinat. Flere siquidem peccata non est omnibus datum, cum sit donum Dei speciale: Vnde Hieremias, Quis da-

Hierem. 9.

bit capiti meo aquam &c. & Ezechiel, Auferam à vobis cor lapideum. Debemus ad id nihilo secius pro viribus conari, secundū illud Matthæi, Regnum cœlorum vim patitur. *Ezech. 36. Matth. 11.*

DISTINC. 14. QVÆSTIO 3.
Est ne pœnitentia virtus, vnius duntaxat
pœna inflictiua?

SVM Vm cuiunque appetitiuæ virtuti respondeat aliqua in intellectu regula, seu practicū dictamen, Siquidē astutus (hoc est sapiens) agit omnia cum cōsilio habebit pœnitentia virtus secundū primā pœnitere acceptionē propriam regulā, iuxta quam sequetur actus vnius, aut pluriū pœnarū inflictiuus. Ipsiū porrò regula est duplex: Prima naturaliter cognoscibilis, de qua Psalmista, Signatū est super nos lumen vultus tui Domine, Et Apostolus, Cū enim gentes, quæ legem non habēt &c. & est hæc, detestandum est peccatū. Altera autē nota est solūm ex fide, seu reuelatione ista, videlicet Detestandū est peccatū, inquantū Dei offensiū, beatitudinis impeditiū, & finalis miseræ inductiuum. Pœnitentia igitur, vt habet regulā naturaliter notā, est vnius tantū pœnæ inflictiua, videlicet displicentiæ peccati, & cōsequentis tristitiæ: sed vt habet regulā ex sacra scriptura notā, est pluriū inflictiua pœnarū, quod videlicet Deus ipse illud reuelauit, patet ex illo Iohelis, Cōuertimini ad me &c. & Matt. Facite fructū dignos pœnitentiæ. Et quāuis

Pp iij

Proverb. 13.

*Pœnitentia
plurium pœnarum
inflictiuarum
Psal. 4.
Rom. 7.*

*Iohel. 3.
Matth. 3.*

huius virtutis regula fit dūtaxat ex reuelatione, vel fide nota, nihilominus id nō obstat, quo minus sit moralis virtus, cūm ex frequētatis actib⁹ (quæ est virtutis moralis ratio) generetur. Idem quoq; dicendum de euangelica paupertate, castitate, & obedientia, humilitate, & patientia, quarū finis (qui est beatitudo) & ratio non cognoscitur naturali lumine, sed supernaturali, quod in causa est quod reiiciatur à sapientibus huius seculi. Nec propterea minus sunt virtutes imò excellentiores: Tum quia practica illarum dictamina excellentiora sunt, cūm ad eas nō attingat naturale lumen, tum quia sunt certiora, cūm sint ab infallibili veritate.

DISTINCTIO. 14. QVÆST. 4.

Utrum pœnitentiæ sacramento culpa deleatur?

*Pœnitentiæ
sacramentū
quid.*

POEnitentiæ sacramentum est absolutio hominis pœnitētis facta certis verbis, cum debita intentione prolatis, à Sacerdote iurisdictionem habente ex institutione diuina efficaciter significātibus absolutionē animæ à peccato. Sacramentum autem istud non fuit proprius necessariū, cūm absque ipso Deus remittere possit hominibus delicta, fuit tamen cōgruum quantum ad totam hanc nominis rationē. Primò vt esset aliquod sensibile signum remissionis peccati, ad peccatoris exercitationem, eruditionem, & humiliationem. Deinde vt esset à Deo institutū, qui solus effectiuè peccata cōdonat, quatenus ipse peccator huius absolutionis certior fieret, & religiosius illud suscipe-

ret. Tertiò vt institueretur in verbis significantibus absolutionē, quatenus iuxta Augustinum signum repræsentet signatū. Est enim pœnitentiæ sacramentū sententia quædam diffinitiuā iudicis secundarij, seu commissarij, qua reus absoluitur, vel ligatur secundū quod expedit. Quarto quod fiat à sacerdote. Conuenit enim in ecclesiastica hierarchia, seu in ecclesia militante extrema (videlicet peccatores, quasi nihilum ob peccata reputati) reduci in extremū, hoc est in Deum ipsum, per hierarchiam, id est sacerdotē, de quo Malachias, Angelus domini &c. Angelus enim Domini dicitur secundū Hieronymū, quod sequester sit inter Deum & hominē, quē admodū Moyses de seipso dicebat, Ego sequester &c. Vnde Apostolus, Omnis namque pontifex &c. Hoc etiam modo fit in ecclesia triumphante, vbi homines ad Deū per Angelos reducuntur, vt patet ex illo Apostoli, Omnes sunt administratores &c. Item Angeli, Lazari animam in Abrahamæ sinū detulere. Operæpretium siquidem est, vt hæc absolutio à iurisdictionem habente præstetur. Quandoquidem sententia à non suo iudice lata nulla est. Vnde illud Apostoli, Tu quis es, qui iudicas &c. Nec his quadatenus obistit quod hæretici asseuerant fideles omnes sacerdotes esse ex Petro, Vos autē genus electū, regale sacerdotiū, hoc enim desūprū est ex textu Exodi, In quo eadē populo Iudaico dicebatur, tamē cōstat tunc sacerdotiū distinctum fuisse, & non omnibus cōcessum, sed soli tribui Leui, & familię Aaron. Quia de re necessē fuerit,

*Pœnitentiæ
sacramenti
minister.*

Malach. 2.

*Deuteron. 5.
Hebr. 5.*

*Sacerdotum
munus.*

*Cap. Sententia,
de Regur. in 6.*

*Rom. 14.
1. Petr. 2.*

Exod. 19.

vt is locus de spiritali sacerdotio interpretatur. Quod etiã cõprobat ex illo, quod ibidẽ subsequitur, Offerentes spiritalia hostias Deo, ad quarum oblationẽ etiã Paulus nos exhortatur his verbis, Exhibetes corpora vestra &c. Cõsimiliter exponens quod scribitur in Apocalypsi, Fecit nos Reges, & sacerdotes. Adde quod in veteri lege qui presumpserunt sacerdotũ munus exequi, grauiusimẽ à Deo puniti fuere. Patet de Hieroboam, cuius manus aruit, cum vellet adolere incensum super altare: De Osa, qui eade causa effectus fuit leprosus, De Osa, de Chore, Datan & Abirõ. Quãtõ igitur deteriora merentur supplicia, qui sacerdotiũ nouæ legis prophanarunt? Iuxta doctrinã Apostoli, Irritã quis faciens &c. Expediã præterea quod suscipiens hoc sacramentũ atteratur de peccatis, Iuxta illud Deuteronomij, Cumque quesieris dominũ, & Psalmistæ, Cogitabo pro peccato meo &c. Nam & seculares iudices leuius condemnãt reũ cui scelus à se commissum displicet, quã proteruum in scelere. Quod autem hoc sacramentum ita primõ institutum fuerit, patet ex Matthæo, Quæcunque ligaueris &c. Et Ioanne, Quorum remisistis &c. Nec est eadem ratio omnino euangelici sacerdotis, & Mosayci: Nã hic duntaxat indicat mundatos à lepra, nullum suis ceremoniis mundãs, cum in hunc finem nõ essent à Deo institutæ. Ille autẽ ministerialiter peccatores mũdat à peccatis, administrãs institutũ à Christo sacramentũ, secus pœnitentia nõ quã deleret, sed necessẽ foret id prius deleri per

Rom. 12.
Apo. 1. 6
1. cap.

3. Reg. 13.
2. Paralip.
26.
2. Reg. 6. 6
1.
Paralip. 13.
Num. 16.
Febr. 10.

Deuter. 4.

Matth. 16.
Ioan. 29.

contritionem, nec esset secunda contra naufragium rabula, contra sanctũ Hieronymũ, cum nullus per eam euaderet naufragiũ. Quocirca afferendũ est peccatorem assequi duplici via remissionẽ peccatorum, primõ contritione vehementi, & sufficienti, absq; actuali sacrameti susceptione, sed quæ solũ sit in voto. Vnde, Cor contritũ &c. Cumq; quaesieris eum &c. Secundo per sacramenti receptionẽ, quando cõtritiõ leuis est, & remissa, ac propterea minus sufficiens ad deletionẽ peccati. Tunc enim peccator, modo nõ ponat obicẽ, & ad sacramentũ pœnitentiæ accedat cum fide & intentione ecclesiæ, non ex suo merito, sed ex institutiõne ipsius Christi, certissimẽ recipit remissionem, & gratiam ipsam, non secus ac gratiã baptismalem obtinere valet adultus, & baptismõ fluminis (qui consistit in fide, & pœnitentiã) & baptismõ fluminis, qui administratur in aqua. Sic enim & Dei ampla bonitas (qua plurib; mediis prouidit peccatorib;) & potestas (quam sacramentis nunquam alligauit) amplissimẽ mortalibus apparent.

Peccator bis
sariã purgari
valet.

Psal. 50.
Deuter. 4.

DISTINC. 15. QVÆST. VNICA.

Vtrum cuiuslibet peccato mortali propria quadret, seu correspondeat satisfactio?



Satisfactio vtique (vniuersaliter accepto vocabulo) redditio est voluntaria æquivalentis, aliãs indebiti. Non est enim absoluta datio, sed redditio, que esse debet voluntaria, secus non satisfactio, sed satisfactio dicenda foret, qualis reperitur

Satisfactio
generaliter
accepta.
Satisfactio
quid sit.

in damnatis, de quib⁹ sic Mattheus, Ligatis manibus & pedib⁹ mittite eum &c. Adhuc esse debet æquiualentis, nã hoc iustitia requirit, & tale æquiualens debet esse, aliàs indebitum. Si enim foret alia causa debitum, iam non esset huius satisfactio. Verumtamen duplex est debitum, videlicet respiciens debitum, & respiciens pœnam. Primo debito tenetur ieiunare diebus statutis, etiam is qui nõ tentatur carne, nec admisit scelera ieiunio purganda: Nec istud præcepti impendit quo minus & pœnæ debito idem persolueri possit. Quare ieiunio ab Ecclesia inditopoteest peccator suo satisfacere peccato, cum nõ sit alias debitum, vt ordinetur in satisfactionem pœnæ ipsorum peccatorum. Et obligatus dare eleemosynam satisfacit beneficiendo ei, qui est in extrema necessitate, licet aliàs teneretur, quia non hoc sine, sed Dei præcepto. Veruntamen videbitur alicui fortassè peccatorẽ nõ posse harratione pro peccatis suis satisfacere, maxime quod illis peccatis debitum Deo abstulerit honorem, iuxta illud Apostoli, Per præuaricationem legis Deum inhonoras. & Malachia, Si ego pater, vbi honor meus. Nihil autè æquiualens honori eius potest à nobis repedi, quia maior est omni laude. Insuper malum peccati infinitum apparet, cum infinitus offendatur Deus. Omne autem bonum quod præstare possumus, finitum est. Huc accedit quod quidquid obsequij, & honoris Deo impendere ualemus, eidẽ debemus causa beneficij creationis, cõseruationis, redẽptionis &c. Vnde & nihil non debitum ei præstare possumus. Hic

2. articulus
an peccator
possit pro pec-
catis satisfacere.

Rom. 2.
Malach. 1.

consideranda venit duplex Dei potentia, absoluta, & ordinata. Peccator quidẽ virib⁹ propriis satisfacere pro peccatis (vt indicant prædicta beati Anselmi rationes) nequit. At accedente merito passionis Christi hoc potest, Adeo enim accepta est Deo patri, vt opus peccatoris aliquin ex se ad id insufficiens, cõueniens sit ac sufficiens delictorũ satisfactio, nec aliter secundum potentiam Dei ordinatam potest quis peccatis satisfacere. Ipsum enim (acclamante Apostolo) proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius. Et, Fact⁹ est nobis propitiator &c. Cum inimici essemus &c. Proprio filio non percipit &c. Et Ioanne, Sic Deus dilexit mundum, & Luca in actibus Apostolorum, Non est in aliquo alio salus &c. Non enim decreuit reconciliare sibi inimicum, nisi per obsequium magis gratum, quam offensa fuerit displicens. Et huiusmodi fuit Christi passio, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui &c. Nihilominus secundum potentiam Dei absolutam posset peccator absque merito passionis Christi satisfacere. Paret ex Augustino, Fuit quidem & alius modus nostræ redemptionis possibilis, sed nullus nostræ miserix seruandæ conuenientior. Et Christus dicebat, An putas quia non possum rogare patrem &c. Et in oratione ad patrem, Omnia tibi possibilia sunt. Item Paulus, In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam Deus meus, volui. & Esaias, Oblatus quia ipse voluit. Potuisset igitur Deus absq; Christi passione attrito dare gratiam, qua posset pro pec-

Rom. 3.

1. Cor. 1.

Rom. 5.

Rom. 8.

Ioan. 3.

Act. 4.

Lib. 13. de

trini. cap. 10.

Hebr. 10.

Esa. 53.

3. articulus in
quibus consi-
stat satisfactio.

Hierem. 6.

Hieremias
in subsequen-
tibus in sin-
cap. 6.
ad Galat. 5.
Colossen. 3.
Matth. 16.

Hebr. 12.

Lib. 1. de pœ-
nitent. cap. 6.

Lucæ 23.
1. Pet. 2.

Coloss. 1.
Lucæ 19.

catis satisfacere. Quòd si non obligasset hominem, nisi ad decalogum, potuisset indebita exhibere. In quibus verò potissimum cōsistat hæc peccatorum satisfactio, Consistit vtiq̄ regulariter in actibus, vel passionibus afflictivis. Patet ex Psalmista, Laboravi in gemitu meo, &c. Hieremias, Erudire Hierusalē &c. Hæc autem eruditio fieri debet per satisfactiōē, vt patet ex Hieremia illo loco, Filia populi mei induere cilicio, & ex diuo Paulo, Qui Christi sūt &c. Mortificate membra vestra &c. Culpa enim per pœnā auctore Boëtio rectificatur. vnde Matthæus, Si quis vult venire post me &c. Ferre autē crucem, est pœnis pro peccatis satisfacere, quemadmodum & Christus sua cruce satisfecit pro eisdem. Vnde Apostolus, Si tamē compatimur, vt & conglorificemur. Eadem quoque satisfactio disciplina vocatur, vt patet ex illo Hebræorum, Quòd si extra disciplinam &c. Isti autem pœnales actus sunt displicentia, seu tristitia peccati. Psalmista, Quia cinerem tanquam panem manducabam &c. Patet in Niniuitis, Confessio auricularis, seu verecundia subsequens, quæ est confusio adducens peccatum. Ambrosius, Si vis iustificari confitere delictum, Tunc nexus soluit criminū verecunda cōfessio peccatorum, oratio, ieiunium, & eleemosyna. Quòd autem steribus satisfacere debeamus peccatis, aduersus hereticos probatur ex Luca, Filia Hierusalē &c. & ex Petro, Christus passus est &c. Ibi vestigia eius. Vestigia hæc sunt illa de quibus Apostolus, Adimpleo &c. Christus item fleuit super

peccata Iudæorum, Vidēs ciuitatem &c. Quare etiam peccator propria non deslebit peccata? Possumus nihilominus alio actu, quàm pœnali, peccatis satisfacere, feruenti videlicet Dei dilectione, ad exemplū Mariæ Magdalenæ, vt apud 1. Petr. 4. Petrum, Charitas operit multitudinem peccatorum, non ratione culpæ, cū amplius nō insit, sed ratione pœnæ. Non autem correspondet propria, seu determinata satisfactio in specie, aut in numero cuiilibet mortali peccato. Nam cōtritione satisfieri potest cuiilibet mortali peccato. vnde illud Deuteronomij, Cū tu quesieris dominū &c. & illud Psalmistæ, Cor contritū &c. Item, in spū humilitatis, & animo contrito suscipiamur à te. Et vnico actu potest quis omnia simul detestari peccata, vt Manasses dicens, Peccaui super numerū arenæ maris. & Psalmista, Multiplicatæ sunt iniquitates meæ. Veruntamen vt hæc sufficiens sit, debet esse intensior, quàm si esset solum vnus peccati, aut paucorū. Quòd si remissa fuerit, addatur ieiuniū, oratio &c. & æquiualebit intensæ. Vnde Ambrosius, Reperit quosdam sulcasse vultum lachrymis (vt de Petro legimus apud Clementem) & corpus strauisse calcantibus. 4. artic. non
cuiilibet mor-
tali propria
correspondet
pœna.
Deut. 4.
Psalm. 50.
Lib. 1. de pœ-
nitent.

DISTINC. 15. QVÆSTIO 2.

Vtrum alienum detinens ad restitutionem
teneatur?

Quandiu res, propter quam peccatū est, nō redditur si reddi potest, nō agitur pœnitē-

Epistola 2.
ad Macedo-
nium.

19. quæst. 2.
can. Si res.

Exod. 22.

Tobia 4.

Distinctio
rerum.

Genes. 3.

Genes. 10.
Psalms. 13.

tia, sed fingitur assertore Augustino: Non enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, ut est in decreto. Huc accedit illud Exodi, quis furatus fuerit. Et præceptum iuris naturæ. Quod tibi oderis fieri &c. Et præceptum decalogi, Non furtum facies &c. Et pleraque alia loca. Sed ut planè noueris, quis iniuste rem alienam detineat, & proinde restituere debeat, obserua varias rerù esse trāslationes, & quæ desiderat ut iuste fiant. Trià perinde hîc obseruamus. Primùm vnde sint rerum dominia distincta, vnde hoc dicatur meum, & illud tuum. Secundò quomodo dominia primò distincta iuste transferantur: Tertiò quomodo quiuis restituere teneatur, Quantũ ad primum, lege naturæ, vel diuina non sunt rerum dominia pro statu innocentia distincta. Quia pro eo statu communis eorum vsus plus proderat ad pacificam conuersationem, & necessariam sustentationem, quàm rerum occupatio: Propterea quòd nullus recepisset nisi sibi necessaria, & quæ necessaria aliis fuissent non occupasset. Post lapsum autem, illud præceptum legis naturæ, quòd omnia forent nostra, reuocatum fuit, dicente Domino Adæ, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quia subinde bona esse communia obesset conuictui pacifico, & necessarie mortalium sustentationi. Quia cupidi, & mali sibi vltra necessaria agglomerarent, Et fortiores aliis vim inferrent: Sicut legitur de Nembroth, quòd esset robustus venator corã domino, id est hominũ oppressor. Vnde Psalmista,

Qui

Qui deuorant plebem meam sicut escam panis, & Iacobus, Nonne diuites opprimunt vos, & Esaias, Vx qui condunt leges iniquas. Quamobrem Aristotelis politia, quòd non sint omnia communia, melior est quàm Socratis tenentis oppositum secundum illum statum quem Philosophus reperit hominibus. Reuocato autem tali præcepto, prima dominiorũ distinctio iuste fieri potuit à lege positua, iusta, lata à patre, vel à principe, & communitate iuste regente: Et ita factum esse, est vero simile. Nam in Genesi legitur, quòd à tribus filiis nostræ diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, quæque secundum linguam suam, iuxtaque familias suas in nationibus suis, & ibidem ab his diuisæ sunt gètes in terra post diluuium, & Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, Sem Asiam occupauit, Cham Africam, & Iaphet Europam. Hoc modo Abraham fecisse cum ipso Lothi legimus. Quantum ad secundum, translatio rerum fieri potest dupliciter, vel quantum ad dominium, ut fit in emptione, & venditione, vel quantum ad vsum tantum, ut in mutui datione, & translatio dominij bifariam fieri potest, vel autoritate publica principis, vel legis, vel autoritate priuata ipsius domini rem possidentis. Quòd si translatio domini fiat autoritate legis iuste, iusta est, sicut fit in præscriptione, & vsucapione, quæ quidem est acquisitio dominij per continuationem possessionis per tempus à lege definitum. Præscriptio in immobilibus, ut agro vel vinea, &c. Vsucapio in mobilibus. Et hanc le-

Iacobi 2.
Esa 10.
Lib. 1. Politicorum.

Gen. 10.

Gen. 13.
Rerũ translatio quomodo fit.

Præscriptio
& vsucapio.

Q9

gem iustam esse patet, quia secus accideret lites, & contentiones inter ciues, quas sedare esset impossibile, propter defectum probationum sufficientium: & hoc esset perpetui odij inter litigantes seminarium. Si autem translatio domini fiat autoritate priuata personę rem ipsam possidentis, hoc fit bifaria, vel donatione, quę est translatio rei merę liberalis, cum nihil expectatur ab eo cui datum est, vel contractu, in quo quidpiam ab altero accipitur. Donatio vt sit iusta tria requirit. Primò quòd donans liberè det, & non coactus, Secundò quòd recipiens velit id iuste recipere, defectu cuius Fraciscano nequit dari pecunia. Tertiò quòd neuter aliqua prohibetur lege. Idcirco filius familias, seu qui nondum est emancipatus absque parentis consensu, nec monachus absque Abbatis cõsensu dare potest. Nec visitantes à visitatis munera accipere possunt, vt habetur in Decretalibus. Contractus autem quibus rerum dominia transferuntur, tripliciter fieri possunt. Primò commutando rem vtilem pro alia re, etiam sic vtili. Vt si vinum frumento commutetur, &c. & vocatur rerum permutatio: Secundò exhibendo pecuniam, seu nummifina pro alia re commoda vitę humanę, vel contra. Cum enim esset difficile res hominibus necessarias immediatè commutare, idcirco inuentum est medium (nempe nummifina) vt ait Aristoteles, quoscilè talia commutarentur: & vocatur is contractus emptio, & venditio. Tertiò fit exhibendo nummifina pro nummifinate, & dicitur mutui datio, & mutui acceptio. Vt autè prædicti contractus rectè fiant obserua. Permutatio est iusta,

Donatio iusta.

Extra de cõsibus lib. 6. l. 1. & 2. cap. Contractus triplex.

Cap 6. Polit. Emptio & venditio. Mutui datio.

Permutatio.

etiam domini rerum in earum permutatione sine fraude seruant æqualitatē valoris in commutatis, secundum rectā rationem. Vnde ne fraudē feceris, debet enim caueri ne sit ibi fraus, Primò in substantia, vt nõ pmutetur aurichalcū pro auro, aqua pro vino. Secundò in quantitate, siue rei quãtitas mēsuretur pòdere, vlna, sextario, modio, aut alia quauis mētura, seruetur illud *Leuit. & illud Deu. Leuit. 19.* Et hæc oia probantur in Decretalibus, qui occasione damni dat, damnū dedisse videtur. In eiusmodi enim fraus cõmittitur, quia cõmutans non commutaret, nisi crederet aliam substantiam, aut alterius quãtitatis, vel qualitatis recipere. Est etiã æqualitas valoris secundum rectam rationem seruanda, quia vt habet August: vili velle emere, & carè velle vèderet re vera vitiū est. Vnde in Prou. *Prouerb. 20.* Malū malū est, &c. Illa autè æqualitas nõ cõsistit in indiuisibili, quia impossibile esset ad illud pertingere, sed in quodā medio, quod quandā habet certitudinē intra quā in quocūq; gradu citra extrema iuste fit cõmutatio. Hęc autè latitudo vel ex lege positiua, aut ex consuetudine innotescit. Lex n. rescindit cõtractū, vbi cõtrahēs decipitur vltra dimidiū iusti p̄tij, tamē infra illud, si aliūde appareat iniustitia, restitutio fieri debet. Quãdoque etiã relinquitur ipsis cõmutatib⁹, vt seruatillo præcepto iuris nature, Quod tibi oderis fieri, vidē ne alteri feceris, mutuo sibi donent excessum. Sicut autè dictū est de pmutatione, sic etiã di-

endum de venditione & emptione, mutui datione, conductione, & locatione. Et in his omnibus obseruandæ quoque tres illæ conditiones de donatione. Et obserua quod is qui indiget re sua, ex cuius venditione, aut permutatione magnum incurrit damnum, potest illum carius appetiari, vt feruet se indemnem: non autem si emens ex illa magnum assequitur commodum. Nam propterea res non est in se pretiosior.

De datione mutuæ pecuniæ.

Matth. 6.



1. Politic.

In mutui datione an liceat ultra sortem recipere.

Ans autem pecuniam mutuo nihil præter sortem vi mutui recipere potest, iuxta illud Matthæi: Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Ratio verò est, quia pecunia sua præ natura nullum profert fructum, secundum illud Aristotelis: Contra naturam est, quod nummus pariat nummum: Sed tantum prouenit fructus aliquis ex alterius industria, quæ quidem non est eius, qui pecuniam concedit, quare nequit de aliena industria commodum recipere. Excipiuntur tamen duo casus in genere. Quandoque enim licet recipere ultra capitale ex pacto, quandoque non ex pacto. Ex pacto tripliciter. Primò ratione pœnæ conuentionalis: Verbi gratia, Socrates indigens sua pecunia ad negotiandum dat eam commutato Platoni vsque ad certum diem, adiciens pœnam conuentionalem, videlicet quod nisi eo die restituat, reddet decem libras, aut aliud pretium ultra capitale, pro damno, quod ipse incurrit: Hoc, inquam, licitum est, dum tamè non fiat in fraudem vsurarum. Signum autem quod

non fiat in fraudem vsurarum est, quando mercator præligeret pecuniam sibi reddi præfixo die, quam in castino cum pœna adiecta. E contrario autem quando malet diem præterire, & quando probabiliter scit debitorem esse pauperem, qui non poterit die præfixo restituere. Item si habuerit infortuniū aliquod ratione cuius non sit soluendo, & creditor non multum patiatur damnum, Secundo ratione interesse, hoc est, quando creditor incurrit notabile damnum, propterea quod debitor præfixo tempore non restituat pecuniam, tunc enim debitor in foro conscientie damnum recompensare tenetur, & istud etiam cum pacto fieri potest. Exempli gratia. Probus mercator iuste, & vtiliter pecuniam suam mercantiis exponere paratus, & malens id quam pecuniã suam mutuo dare, requisitus tamen dat eam commutato proximo indigenti, cui interesse quod pati nolet patefacit, isti licitum est vsque ad interesse refusionem, & incrementum ultra sortem recipere. Tertio quando vtrunque, nempe capitale, & lucrum sub incerto ponitur, quod non videtur magis mutabiliter in fauore dantis, quam recipientis: Tunc enim ultra sortem ratione verisimilis dubij recipere aliquid potest, quod probatur ex Iure canonico. Quia sicut ille dubiū excusat, ita in proposito sine pacto etiam ultra sortem recipere potest ratione gratitudinis mutuatarij præstimata. Exempli gratia, ipsius mutuatarij liberalitatis vires repensari præcognoscitur benevolentia, non tamen huius retributionis vi mutuat; Immo hoc circumscripito mutuetur sic mu-

Ext. de vsuris c. Nauiganti.

tuans, lucrū que sperās futurum non prauitate
 vsuræ inicitur. Mutuat enim nihil inde, id est
 vi mutui, sperans, & ita in mutuo sperat lucrum,
 & non mutuat propter lucrum. Solus enim ani-
 mus sine pacto verbali, aut alio signo æquivalēt
 ostendente debitori, quod creditor non mutuo
 daret sine spe lucri, non facit recipientem ultra
 sortem habere alienum, & ex cōsequenti tenet
 ad restitutionem.

De mutui datione rerum venalium.

*In commu-
 tationibus nō
 statim facti,
 quid obser-
 uandum.*

D Rædicta ostendunt quid iustum,
 & iniustum sit in commutationi-
 bus statim factis. Sed cum com-
 mutationes non statim fiunt quid
 iuris? Responderur quod propter
 prædicta hæc duo obseruanda sunt. Primum quod
 commutans non commutet, vel vendat tempus,
 quia suum tempus non est. Secundum non sic a-
 gat vt ipse sit tutus semper, vel in pluribus quod
 lucrabitur, & damnum omnino in alterum, cum
 quo cōmutat, reiiciat. His modis patent mult
 casus, verbi gratia, quando frumentū datur com-
 modato in festo Natiuitatis domini, si mercator
 erat tunc venditurus, & dat commodato, magnā
 facit cum proximo misericordiam, quia expectat
 solutionem. Si autem maius vult pretium, quā
 tunc vendatur, est vsurarius, quia vendit tempus.
 Si autem non volebat vèdere frumētum in Na-
 tiuitate domini, sed aliās cum videret certū pre-
 tium, vel non, si determinet certū pretium, sicut

*Ext. de vsu-
 ris c. Cōis-
 suluit.*

res tunc valet, facit misericordiam. Si verò affi-
 gnet maius pretium quā tunc valeat, non ta-
 men ad eò immoderatū, cum sit verisimile quod
 tempore solutionis aliquando magis, aliquando
 minus veditur, ratione dubij excusatur, quia non
 agit contra prædicta. Si autem determinationem
 pretij ex valore futuro illius rei pendere relin-
 quat, aut ergo dat eam pretio quo venditur tem-
 pore solutionis determinatō, aut alio tempore, in
 quo non consuevit communiter res plus valere,
 quā tempore, quo dat rem suam, & tunc mise-
 ricordiam facit, quia subleuat indigentiam, &
 alter non habet damnum. Sed si voluerit pre-
 tium sic esse indeterminatum, vt sit securus de
 lucro, & alter de damno, vt puta si dixerit, Dabis
 mihi pro hoc frumento quātum venditur carius
 inter festum Natiuitatis domini, & Ioannis Ba-
 ptistæ, vsurarius est, peccans contra secundam
 conditionē prædictam: Sic dices de consimilibus,

*Ext de vsu-
 ris, cap. Nō
 uiganti.*

De Negotiatoribus.

IN negotiationibus mercatinis, vltra
 prædicta, duo sunt obseruanda. Pri-
 mō quod talis commutatio seu res,
 quam venalem habet sit Reipublicæ
 utilis. Expedi enim vt sint mercatores, qui res
 quibus vna patria indiget aliunde adferant. Pre-
 terea & quod sint aliqui, qui venales res confer-
 uer, vt à ciuibus, cum indiguerint haberi possint.
 Hinc collige eos peccare, qui vendunt personas,

aleas, taxillos, & alias vanitates indifferēter. Peccāt & qui ea faciūt, quia vt in pluribus hominē illis abutūtur. Intellige hoc (ne cōiicias aliquē in desperationē) de his qui exhibent huiusmodi rebus, quos sciunt abuturos, & de his, qui praua intentione hęc faciunt, videlicet vt homines abutātur eis: secus excusari possunt, propterea quod taxillis, aleis, liceat aliquādo bene vti, & in bonū finē. Secundum quod mercator iuxta suam diligentia, prudentia, & sollicitudinē, ac pericula accipiat lucrū. Ratio est, quia vnum quemque in opere honesto seruiētē Reipublicæ oportet de suo labore viuere. Dignus est enim operarius mercede sua. Quis enim plantat vineā, &c. inquit Paulus. Item potest habere rationem suæ industria, quæ magna requiritur ad deferendas, & conseruandas merces. Insuper et si incurrerit aliqua damna, vt si amiserit nauē onustā mercibus in mari, aut terra, &c. Et propter hęc infortunia potest carius vēdere, vt possit quadatenus refarcire, quæ amisit. Ex his facillē est videre plerōsque esse negotiatores vituperabiles, vtpote illos qui nec trāsferūt, nec cōseruant res venales, nec eorū industria meliores sūt res ipsę. Tales dicuntur Gallicē, *Regratiers*, & dicuntur propriē monopolæ. Huiusmodi essent excludendi à republica, quia sunt causa, quod res carius emantur.

Restitutio quomodo fieri debet.

Quantum ad tertium articulum, quinque sunt consideranda. Primum, cur restitutio est faciēda: Deinde quis restituere tenetur: Tertio quid: Quarto cui: Quinto quando, & qualiter.

Primum cur restitutio sit faciēda, vtique propterea quod sicut auferre alienum est mortale, quia contra præceptum secundæ tabulæ, Non furtum facies, ita tenere alienum inuito domino: & per consequens debet statim reddere actu vel affectu cum fuerit illi opportunum: secus penitentiam fructiferā agere nequit. Secundū quis restituere debet & teneatur, patet his verbis

*Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstant, non manifestans.*

Omnes isti generali nomine fautores appellantur, & tenetur quilibet in solidum restituere, si sine suo favore non fuisset res ablata, aut non detineretur. Secus autem tantum teneretur de his, quæ habuerunt satisfacere, vel damnum, quod ipsi per se vel suos intulerunt, refarcire. Quod si vnus in solidum satisfecerit, alij nihil debent damnificato, sed quilibet pro rata portionis, quæ ei contingit, ei qui satisfecit restituere tenetur. Hęc verò astruuntur ex canone Notum, vbi dicitur quod facientem, & consentientem par pœna contingit, quod desumptum est ex illo Pauli, Non solum qui faciant, &c. Item qui occasionē damni dat, damnum dedisse videtur. Tertium quid restitui debeat. Profecto res ipsa cum fructibus ex ipsa perceptis, & damnis quæ per eius absentiam dominus rei passus est. Deductis tamen expensis, quæ sunt gratia fructuum congregandum. Vnde in Exodo: Si quispiam læserit agrum, vel vineam, &c. & in Leuitico ipsum quod accepit damnum restituet, &c. Hoc tamen intelligitur si res ex se erat fructifera, quia non tenetur

Quis.

*Can. notum.
2^a quest. 2.*

Rom. 1.

Quid.

*Ext de rest.
spoliat. C.
Grauis.*

Exod. 22.

1. Cor. 9.

C. de monopol. l. vii.

Chr.

fructum reddere, qui ex industria ventis illa re
 prouenit, quemadmodum si res detenta, fuerit
 pecunia. Quartum cui restitutio faciēda sit
 Haud dubiè illi cui damnū illatū est, aut eius pro-
 pinquis si mortuus fuerit, aut ad eū distet, vt nō
 expectetur venturus, vel maiores fierent expe-
 sã, quàm damnū illatum sit. Si autem ignore-
 tur damno affectus, & eius propinqui, & non
 possit ad eum sine maioribus expensis mitti, re-
 stitutio tunc faciēda est pauperibus pro eius ani-
 ma, reddendo spiritualiter, quod temporaliter
 reddi nequit. Vnde illud Numeri: Homo cum
 mortuus fuerit, &c. Et poterit ipse cōsilio viri pro-
 bi illud pauperibus distribuere, quia dare posset
 confessario, qui infideliter se gereret. Quintum
 quando sit faciēda restitutio, dubio procul sta-
 tim, & cum primū fieri potest debite, quia non
 licet aliquo tempore rationabiliter inuito domi-
 no alienum detinere. Posset tamen casus euenire
 in quo differēda esset restitutio, vt si foret in pre-
 iudicium communitatis. Nam bonū cōmune de-
 bet præferri particulari: vel in præiudicium ipsius
 recipientis, veluti si actu luderet, aut esset prodig-
 us, &c. vel vergeret in maximū incommodum,
 vel infamationem restituentis. Damnificatus e-
 nim debet præferre famam proximi, & illius ma-
 ximum damnū modico lucro quod ipse sta-
 tim obtinere posset. Quocirca grauissimè delin-
 quant diuites qui pauperes cogunt subito ad de-
 bitorum solutionem, licet non indigeant. In his
 ergo casibus non tenetur quis mox restituere, sed
 sufficit quod animo id proponat facere, cum illi

Cui.

Num. 29.

Quando.

I. Ethic.

fuerit oportunū sine fraude, quia Deus scrutatur
 renes, & corda. Ex his quoque manifestum eu-
 uadit, quòd quando ablatio rei fuit occulta non
 tenetur ablator se prodere, aut per seipsum re-
 stituere, sed per confessarium, cum crimen est
 detectum, aut aliam personam fidelem, & secre-
 tam cui fidat, & potest differre quoadusque na-
 ctus fuerit hanc oportunitatem. Insuper quando
 quis præ paupertate nequit restituere, tunc excu-
 satur, tenetur tamen postea, si peruenerit ad me-
 liorem fortunam, restituere. Probat ex Iure ca-
 nonico, si non in totum, saltem in parte, prout
 poterit, habita ratione ne egeat, quia non est frau-
 dandus quotidianis alimentis, vt ibi probatur.

Ext. de so-
lut. c. Odoar-
dus.Glos. d. cap.
Odoardus.

DE LVDO.



Vdus aleę generaliter dicitur om-
 nis ludus, qui fortunę viribus inni-
 titur. Prohibetur autem Iure ciuili
 (ne videlicet fiat in pecunia, seu ex-
 cupiditate) & Iure canonico, vbi sic
 habetur, Episcopus, presbyter, aut Diaconus a-
 lea, aut ebrietati deseruiens, aut desinat, aut inde
 damnetur, id est, deponatur, similiter & laicus.
 Qui igitur tali ludo excupiditate deseruit mor-
 taliter peccat (cū tales pœnæ nō sint imponendę,
 nisi pro graui crimine) potissimū si idtraxerit incō-
 suetudinē. Secus si quis nō ex cupiditate, sed pro-
 pter recreationē, aut vt tædiū & tristititiã à se re-
 pellat, luderet. Hoc enī modo cōceditur talis
 ludus pro cōmuni cōmodo faciēdo, & qui hoc mo-
 do lucratur, nō tenetur restituere, maximè quādo

ff. de aleator.
& autho. de
sancti. Episc.
§. Interdicti-
mus.35. dist. can.
Episcopus.ff. de aleat.
l. vlt.

perdens non notabiliter damnificatur habita-
rationem sui status. Qui verò lucratur eo modo,
quo taxillorum, vel alearum ludus prohibitus est,
teneatur secundum quosdam restituere, potissimum
quando lucratur ab his qui rem suam alienare
nequeunt, vt pupilli furiosi, &c. Et qui ex cupi-
ditate lucrandi protrahit alium ad ludum, aut
vi, dolo, vel nimia imporrunitate. Item qui frau-
dulenter lucratur, etiam si fiat eo modo quo lu-
dus non est prohibitus, teneatur talibus restituere.
Quia huiusmodi res suas alienare nequeunt.

DISTINCT. 15. Q. V. 3.

*Astringiturne restitutioni, qui alteri dam-
num dedit?*

*Matth. 10.
Satisfactio
astringitur
qui alium in
corpore aut
in anima le-
sit.*



Quia anima ipsa assertore Christo,
Nolite timere eos, &c. incorrupti-
bilis sit, nequit sanè vnus alterius le-
dere quantum ad substantiam, & na-
turalia, nisi per accidens, & quantū
ad vsum potentiarum, vt puta verberibus cau-
sando maniam, aut inebriando hominem. Deinde
& quantum ad bona accidentalia, quæ sunt vir-
tutes, quia videlicet retrahit eum à bonis mori-
bus, & pellicit ad vitia, quibus animæ virtutes
corrumpuntur, iuxta illud Apostoli: Corrumpunt
bonos mores colloquia praua, & illud Matthæi
Vt mundo à scandalis, &c. Vt vobis vnū profe-
litam, &c. Et rursus illud Apostoli: Noli cibo per-
dere, &c. & illud, Peribit infirmus, &c. Aut pro-
ximū impedit ab acquisitione virtutum, & ad

1. Cor. 15.

Matth. 16.

Matth. 23.

Rom. 14.

salutem necessariorum, secundum illud Mat-
thæi, Vt qui clauditis regnum cælorum, & Lucæ,
Tulistis clauem. Hoc autem damnum directè, &
immediatè inferri nequit, cum peccatum omni-
no sit voluntarium, Sub te erit, &c. Nulla crea-
tura, &c. Peccatum vobis non dominabitur, &c.
Deus ab initio, &c. Perditio tua ex te, &c. Ac-
cedit huc beatus Augustinus dicens peccatum nō
posse esse nisi voluntarium Sed indirectè, indu-
cendo videlicet alium ad actus (suo consilio &
persuasione) quibus virtutes corrumpuntur, aut
impediendo easdem generari. Et is vtique resti-
tutioni astrictus est: Debet enim primū per-
suadere homini resipiscentiam, inducere ad vir-
tutes oppositas: Deinde debet alios rogare (salua
proximi bona fama) vt eidem persuadeant me-
liorem vitam, si ipse id efficere nequeat. Tertio
debet pro eo orare, ac aliorum preces hac causa
procurare. Et quantū hæc animæ bona præstant
corporis, & fortunæ bonis, tantū teneatur quis am-
plius ad eorundem reparationem, & cauere ne
in his proximo in commodet, Quia voluntatem
semel allectam vitiis, vix poterit retrahere ad me-
liora, & virtutes, iuxta illud Pauli: Hæreticum ho-
minem, &c. Quantum verò spectat ad corporis
incommoda, si vltimum intulerit damnum, mor-
tem videlicet, vel aliud citra mortem, si pro hac re
lex talionis statueretur, iuxta profectò esset. Quia
vix homini aliquo damno in corpore affecto po-
test bonis fortunæ satisfieri, cum hæc illis longè
sint inferiora, secundum illud Matthæi, Nōne a-
nima, &c. Nec propterea Iudaizare diceremur

Matth. 23.

Luc. cap. 11.

Gen. 3.

Rom. 8.

Rom. 6.

Eccles. 15.

Oz. ca. 13.

De vera. re-

lig. cap. 14.

Ad Tit. 3.

Leuens in

corpore.

Matth. 6.

Christiani, cum hæc talionis lex si foret instituta, non obseruaretur, propterea quod à Mose esset olim sancita, sed quia recenter sancita à principe Christiano. Est autem instituta duntaxat pro homicidio in plerisque politis. Quamobrem optimè & securius ageret homicida, si patienter mortem sustineret, cum lex illa conformis sit iuri nature, legi Mosaicæ, & Euagelicæ, Omnis qui acciperit gladium, &c. & si ea lex non fuerit constituta, optimum erit homicidæ exponere vitam propriam pro causa iusta, vt contra inimicos fidei. Verumtamen hoc non est necessarium (licet sit melius) quare si noluerit quouis modo discrimini mortis sese exponere, debet in bonis spiritualibus satisfacere defuncto, orando videlicet pro illo, & procurando aliorum orationes. Deinde debet nutrire familiam defuncti, & amicis providere; non secus atque ipse defunctus faciebat, & quantum verisimile est defunctum (si uixisset) instruere liberos, & filias nuptui tradere, quomodo verisimile est defunctum fecisse. Quam grauis uero debeat illis imponi pœnitentia uide Gratiani decretum, Duplicet enim ipsi Deo supra modum homicidium, quippe qui uoluerit bestiam que hominem occidisset interfici, & homicidam uoluntarium non habere refugium, & respuerit templum ædificandum ab homicida Dauid. Is uero qui aliud præter mortem intulit proximo damnum in corpore, siue remediabile, siue non, debet primum soluere expensas omnes pro curatione illius exponendas, ut patet ex Decretalibus, quod desumptum est ex libro Exodi. Deinde tenetur eidem omnia repē-

Gen. 4. 9
Exod. 21.
Leuit. 24.
Deut. 29.
Matt. 26.

50. dist. cap.
Si quis, &
seq.
Gen. 9.
Deut. 23.
1. Paral. 22.

Ext. de in-
iuriis. & dā.
dat. cap. Si.
rixati.
21. Exod.

dere damna quæ incurrit, & incurret impofterum ob hanc læsionem. Quocirca si illi præciderit membrum aliquod, aut graue uulnus inflixerit, aded vt non possit sibi, & familiæ suæ acquirere, aut amicis victum, vt prius faciebat, teneretur qui eum læsit omnibus his ea præstare, que alius uerosimiliter præstitisset. Postremò debet & illum in hac afflictione consolari, ad quod etiā alius ex præcepto dilectionis proximi astrictus esset. Et in his est habenda maior ratio diuitis, quam pauperis cæteris paribus.

DISTINCT. 15. QV. 4.

Utrum teneatur ad restitutionem qui alterum infamauit?



Infamare alterum quis potest trifariam. Primò falsum crimen imponendo, quod pluribus modis fieri potest. Primò uerbis manifestis, ut accidit Ioseph, & Susannæ. Secundò uerbis artificiosis, ut fit in cãtilenis. Tertio signis, quando digito ostenditur quispiam, quando est suspicio furti, aut alterius criminis. Quarto scripto, aut libello. Quicumque autem aliquo illorum modorum proximum suggillauerit debet retractare uerbum eo modo quo ipsum infamauerit, si publicè, publico, si coram duobus, coram duobus, &c. Secus non seruaret iustitiã, cuique reddendo quod suum est. unicuique uita bona necessaria est, proximo bona fama, unde, Paulus, Sine offensione estote, &c. Nec oportet cõqueri quod talis hoc agendo sese infamet ostēdēs se calūniatorē, quia iã

Infamans alium (ad restitutionem tenetur.

Gen. 39.
Daniel. 13.

2. Quest. 3.
can. non sunt
audiendi
1. Cor. 11.

iniuste retinet sibi bonam famam, quæ iuste debetur infamato, quare eidem debet restituere. Sim-
verò non imposuerit proximo crimen, sed muturauerit de illo duntaxat, aut retulerit se ita audiuisse, proculdubio nisi ex modo referendi indicet maiorem certitudinem, quam ex communi relatione conciperetur, nõ enim infamat, neque ad restitutionem astringit, quia nec audientes debet illi assentiri: Nam qui citò credit leuis est corde, & nõ solú ille reus est, qui falsú de alio profert, sed etiam is qui aurem citò criminibus accommodat: Nihilominus ad euitandum pusillorum scandalum, qui proni sunt ad credendum mala de proximo, oportet ab his cauere, quia qui non offenderit in verbo, hic perfectus est vir. Deinde contingit infamare proximum, verum crimen, sed tamen occultum ei publicè imponendo, & tunc non teneretur formaliter verbum retractare, ne mentiatur, sed hoc modo, aut consimili debet satisfacere dicens: non existimetis hunc esse furẽ, malè enim & inconsideratè hoc illi imposui. Tertio quis infamat proximum negando verum crimen, sed occultum publicè sibi impostum, quia sic insimulat eum calumniæ. Et talis non debet retractare quod negauit, sed debet persuadere aliis ne habeant talem pro calumniatore, quia deceptus fuit. Consimiliter est dicendum, si iudex eum vrgeat ad fatendum tale crimẽ, verum tamen subinde, quia bonarum mentium est culpã agnoscere vbi nõ est, optimũ erit eũ de hac negatione indistinctè, tanquã de factode quo ignoratur mortale ne sit, aueniale, pœnitere.

DIST.

DISTINCT. 16. QV. 1.

An contritio, confessio, & satisfactio sint partes pœnitentiæ?



Pœnitentia sæpius pro Sacramento accipitur, videlicet pro absolutione sacramentali à sacerdote iurisdictionem habente collata. Aliquando verò non est Sacramentum, sed virtus, & quadrifariam accipi potest. Primo pro virtute habituali, seu pro habitu, quo quis pro pensus est ad eliciendum velle vindicatum sui peccati. Secundo pro actu elicito à tali habitu, quo quidem actu quis vult vindicare suum peccatum. Tertio pro actu imperato ab ista volitione vindicandi peccatum suum, & talis actus est nol-
le peccasse, supponens considerationem peccati, & detestationem ipsius. Quarto accipitur pro pœna consequente hunc postremum actum, pro tristitia videlicet. Hæc autem quatuor adinuicem distinguuntur, cum separari, & vnum absque alio, & contrã consistere possit. Porro contritio, confessio, & satisfactio non sunt partes pœnitentiæ virtutis, sed pœnitentiæ primo horũ quatuor modorũ acceptæ, cum hæc sit simplex forma, deinde & quid permanes. Illa autè esse habet in fieri. Insuper cõfessio, & satisfactio sũt quædã externa. Is autè habitus volũtati inhæret, nec sunt deinceps partes pœnitentiæ secũdo modo acceptæ, quia & hic actus simplex est, & elicitus à volũtate. Illa autè sunt actus imperati. Sed si capiatur pœnitentiã tertio modo, nempe pro causis proximis pœnæ, per

Rr

Eccles. 29.

Iacob. 3.

quam vindicatur peccatum, vel quarto modo, videlicet pro pœna per quam vindicatur peccatum: utique hæc tria sunt partes pœnitentiæ, quod sanè sic ostenditur. Pœnitentia enim sic accepta est quædam punitiua iustitia, quæ spectat ad commutatiuam iustitiam, quippè quæ commutat culpam pœnæ, nõ secundum æqualitatem rei (quia illa non est medium iustitiæ secundum Doctorem) sed rationis, & id iuxta legem secundum quam culpa venit punienda. Lex autem Euangelica, iuxta cuius præscriptum peccata sunt punienda, tres præscribit pœnas, vnam anteriorem, videlicet contritionem, seu compunctionem, de qua in Deuteronomio, Cùmque quæsieris dominum &c. Et apud Ioëlem, Scindite corda vestra, &c. Psalmistam, Sacrificium Deo spiritus conturbatus, &c. Esaiam, Ad quem respiciam, &c. Matthæum, Beati qui lugent, &c. & Paulum, Gaudeo quod contristati, &c. Duas autem exteriores, videlicet erubescentiã, & dolorem, vnde apud Hieremiam, noluiſti erubescere, & erubescere nescierit, &c. Ezechielem, Cõfundimini, & erubescite, & Sapietem, Est confusio adducens gloriam, & gratiam, & afflictionem corporis, &c. & Ioëlem, Conuertimini ad me, &c. Et Matthæum, Facite dignos fructus pœnitentiæ, &c. In Deuteronomio, Pro mēſura mēſura delicti erit phagarū modus, &c. Apud Barruch, Sicut fuit fenſus vester, &c. Atqui istarum trium pœnitentiãrum tria sunt causę immediatę, scilicet contritio causa tristitię, confessio erubescentię, satisfactio doloris, siue afflictionis corporis. Quare subsequi-

Deut. 4.

Ioelis. 2.

Psal. 50.

Esa. vlt.

Matth. 5.

2. Cor. 7.

Hierem. 3.

Ezech. 36.

Eccles. 4.

Ioelis. 4.

Matth. 3.

Deut. 25.

Barruch. 4.

tur illa tria esse partes pœnitentiæ tertio modo capta, videlicet pro causis pœnarum per quas peccatum est puniendū. Cõsimiliter si pœnitentia quarto modo accipiatur, & illa tria possunt dici partes illius, nam sæpius fortiuntur nomina suarum causarū, vt tristitia dicitur contritio, op^o pœnale satisfactio. Magis propriè tamè dicuntur partes pœnitentiæ tertio modo acceptæ; & pœnitentia quarto modo dicitur cõsurgere, seu integrari ex tribus pœnis. Pœnitentiæ verò quæ est Sacramentū non sunt partes. Nã ea vt alia Sacramenta suo verbo, suo item elemento sacramentali, tanquã suis partibus essentialibus constat. Insuper cõtritio est quid insensibile, sacramentum verò si gnum sensibile. Deinde Sacramentū esse potest absque satisfactione, ergo non est pars illius, nec etiã cõfessio, quia fit à pœnitente: Sacramentum autè pœnitentiæ à solo sacerdote cõferri potest. Nihilominus hæc tria requiruntur necessariò ad debitam hui^o Sacramenti susceptionem. Si enim quispiã absque displicentia accedat ad Sacramentum, iniuriam illi facit, nec potest sacerdos absolvere, nisi confessū, quatenus etiã pœnitēs adsequatur effectū Sacramenti requiritur satisfactio, vt amplius in subsequentiis hæc probabuntur.

DISTINCT. 16. QV. 2.

Virū expulso culpa, & infusio gratiæ sint vna mutatio?



Remissio culpę & infusio gratiæ non sunt vna mutatio, cùm fieri nequeat quòd vnum & idem multiplicetur, & non multiplicetur, quia duo contraria non possunt

Culpe remissio, & gratiæ infusio nõ sũt vna mutatio

R r ij

de eodem verificari: Sed in habente plura peccata, quàm ei dimittantur, sunt plures remissiones, & vna gratiæ infusio. Deinde hæc potentia Dei absoluta separari possunt abinuicem, quare non sunt vna, & eadem mutatio, veruntamen non sunt duæ mutationes reales: quia licet gratiæ infusio sit realis mutatio, quia per illam acquiritur formæ realis spiritualis gratia, non tamen reuersio culpæ est mutatio realis, Quia non dicit nisi priuationem obligationis ad pœnam æternam, & hæc obligatio non est quid reale, sed solum relatio rationis. Quod si dixeris non esse transitum de contradictorio in contradictorium sine mutatione rei, & non sufficit mutatio rationis, quia omnis mutatio rationis ad realem reducitur. Respondetur quod quauis non possit esse transitus de contradictorio in contradictorium respectu voluntatis creatæ absque mutatione obiecti rationis, nihilominus, & voluntate diuina potest esse transitus de contrario in cõtrarium, sine quacumque mutatione, vt in voluntate, vel in obiecto. Exempli gratia, sic Petrus per totam aliquam horam in peccato, & in fine horæ remittatur illi dilectum, tunc Petrus de obligato ad pœnam ad non obligatum, per hoc quod Deus vult eum pro hora prima esse dignum pœna æterna: & secunda hora nõ vult eum esse dignum ea pœna, ille transitus non est, quod in Deo prima volitio præcedat, & secunda sequatur, immodò vtraque est æterna. Nam ab æterno Deus voluit Petrum in prima hora esse dignum pœna æterna, & secunda non esse dignum.

Vnde ex parte Dei non est mutatio, nec etiam ex parte Petri, licet de obligato fiat non obligatus, Quia non potest obiectum in quo est respectus rationis mutari mutatione rationis, nisi aliud obiectum mutetur mutatione reali, puta si intellectus, vel voluntas, per cuius cognitionem aut volitionem id obiectum mutatur mutatione rationis, mutetur realiter, cū omnis mutatio rationis ad realem sit reducenda: Exempli causa, Si velim nunc Petrum currere, & postea non velim, Petrus transit de esse voluto ad non esse volitum per, mutationem realem mei ipsius qui sinitto] velle, quod prius habebã. In proposito autem quando quis transit de digno pœna æterna ad non dignum, hoc non fit propterea, quod Deus amittat volitionem, quam prius habuit: immodò ab æterno habuit vtramque. Quare nec Petrus debet dici mutari mutatione rationis. Ex quo colligo quod remissio culpæ non est mutatio.

DISTIN. 17. QV. VNICA.

Est-ne peccatori necesse omnia sacerdoti confiteri peccata?



Recepta quæcumque vel iuris naturalis sunt, vel positiui diuini, aut positiui humani. Et quidem naturali iure nullatenus ad auriculari confessionem arctamur, cū neque sit principium practicum ex terminis notum, neque conclusio ex illis necessaridò illata, aut eisdem principis & conclusionibus consonum

Confessio Sacramentalis peccatori necessaria.

*Leuit. 15. &
25. N. 15*

*Esaiæ 46.
Prouerb. 28.
Ioel 15.*

*Leuit. 3. &
4. & 5.*

*Lib. 11. Su
per Genesim.
cap. 34.
Gen. 4.*

*Dis. de
pœnit. C. 21.*

omnium iudicio. Insuper quæ sunt naturalis iuris semper vniformiter obligant. Constat autem hoc præceptum non fuisse in statu legis naturæ, nec tempore legis Mosaicæ, nam tametsi confessionis in veteri instrumento sæpius fiat mentio, vt in Leuitico, & in Numeri libro, & in Prophetis similiter, vt in Esaiæ, in Salomone, & in Ioel, nihilofecius hæc intelliguntur de confessione interiori soli Deo facienda, maximè peccatorum occultorum, & deinde de confessione publica, quam faciebāt sacrifici veteris testamenti in vniuersali, perinde ac nunc recitatur festis diebus in suggesta generalis confessio à Parochis. Insuper intelligitur de confessione irregularitatis, quam committebant publicè transgredientes præcepta legalia illius legis, vt contingendo mortuum. Hi enim publica à sacerdotibus lustrabantur aqua expiationis consentientes hanc transgressionem, & sic ab ea mundantur: tamen his adumbrabatur sacramentalis confessio, & potissimum in Leuitico: Quemadmodum & in lege naturæ insinuabatur, quando Deus vocauit Adam post transgressionem præcepti dicens: Vbi es, quæ vox sanè interprete Augustino fuit increpantis, & confessionem inquirentis. Consimiliter & in alio Genesis loco, in quo ait Caino, Vbi est frater tuus. Quântum ad ius posituum humanum, planè non defuerunt, vt Interpres canonis, & Panormitanus, qui præceptum faciendæ confessionis sacerdotibus asseruerunt huius esse iuris, sed aberrauerunt ipsi tota via, cum Ecclesiæ non possit Sacra-

mentum instituere. Et licet ipse Christus ipsum instituisse Sacramentum, & non præcepisset ipsis fidelibus confiteri, maiores Ecclesiæ id præcipere non potuissent: cum eorum auctoritas non se extendat ad actus interiores fidelium. Vnde in Deuteronomio: Abscondita Deo nostro, & cætera, Et in Decretalibus, Exteriora iudiciis exterioribus, interiora verò Deo sunt referenda. Quare non potuisset præcipere confessionem saltem peccatorum, cordis secretorum. Adde quòd assertores huius opinionis nequeunt adferre locum huius constitutionis. Nam ante illud capitulum, Omnis vtriusque sexus, quòd sancitum fuit in consilio Lateranensi anno Domini millesimo ducentesimo tertio à Christo passo, confessio frequentabatur è fidelibus, vt patet ex operibus Beati Clementis dicentis: quòd plebs Christiana non consueuerat Romæ tempore Petri accedere ad Eucharistiam, nisi prius confessi fuissent. Cyprianus maximè ex Augustino, qui præcessit Concilium illud per octoginta annos qui confessionem plurimum prædicat. Quòd verò glosator adfert de Græcis non adstrictis ad confessionem, falsum est. Ad hæc, & priusquam forent separati ab Ecclesia Latina confitebantur, vt patet Chrysostomo, Origine, & aliis doctoribus Græcis, qui meminerunt huius confessionis in suis operibus. Fatèdum est igitur iure diuino nos ad hanc adstringi confessionem, ex eo maximè quòd ab Ioanne scribitur, Accipite Spiritum sanctum, qui loc^o sic est interpretandus,

*Deuter. 29.
Ext. de Synonia. cap.
Tua nos.*

*Cap. Omnis
vtriusque sexus.
De pœnit. & remis.*

*3. Epistol. ad
Iacobum.*

*Lib. de la-
p. 15.
Lib. de vera
& fals. pœ-
nit.*

Ioan. 20.

Accipite Spiritum sanctum, id est, auctoritatem dimittendorum peccatorum, quæ sanæ auctoritas donum est Spiritus sancti: quomodo intelligitur de gratia quam iam habebant. Nam secus existens in mortali peccato absolvere non posset. Hic ergo concessa est Apostolis, & in his omnibus sacerdotibus, potestas remittendorum peccatorum ministerialiter, & arbitratiuè. Vnde Aristoteles, Vnusquisque bene iudicat qui cognoscit, & hic est bonus iudex. Et eo ipso præceptum est fidelibus eisdem confiteri in certa causa quando eadem arbitrari nequeant. Deinde nulli committitur potestas iudiciaria, nisi alicui adstringatur sese submittere illi, cum nullus sit iudex illius cuius arbitrio subest iudicari ab eo, vel non iudicari. Hoc utique modo iudex ille nullam haberet auctoritatem. Atque prædictis Christi verbis collata est potestas sacerdotibus ligandi, & soluendi: Ergo alicuius rei præcipitur, vt se sacerdotis iudicio submittat. Insuper quicumque primam amisit gratiam, tenetur illam recuperare præcepto illo, diliges Deum tuum ex toto corde, & cætera. Et illo, diliges teipsum, quod in præcepto dilectionis proximi includitur. Sed existens in mortali peccato amisit gratiam, & eandem medio confessionis obtinere valet, cum sit remedium efficax à Christo institutum, quare ad illam planè obligatur. Quod si dixeris esse viam aliam, videlicet contritionem, vt in Deuteronomio, Cumque quaerieris, &c. Et in Psalmista, Cor contritum, &c. Attamen non est adeò facilis & certa, sicut Sacramentum

1. Ethic. c. 3.

Eod. 20.

Deuter. 4.

Psal. 50.

pœnitentiæ, ad quod requiritur duntaxat cum aliquali pœnitentia obicem non ponere. Contritio autem, vt remissionem adsequatur peccatorum continuari, & intendi debet, vt ostendit Christus in parabola de illo, qui adiit amicum *Luc. 11.* accepturus ab eo tres panes, in qua tandem subinfert, Petite, & accipietis, &c. Et de vidua, quæ à iudice propter importunitatem exaudita fuit: *Luc. 18.* & de filio prodigo, de quo dicitur: Cum adhuc longè esset, &c. Vbi autem via est facilior, & magis in hominis potestate, accertior, debet quilibet illà ingredi: secus se exponit periculo, & iudicatur suæ salutis contemptor. Adde quod tale remedium multum profit Ecclesiæ, plerique enim si non esset hoc præceptum nec de peccatis, nec animæ salutem curarent. Et quia doctor prædictas rationes nititur diluere, idcirco alij præceptum confessionis eliciunt ex posteriori sententia, videlicet: Quorum retinueritis retenta sunt, in hunc modum interpretantes eandem: Quorum retinueritis, id est, non remisistis, retenta sunt, id est, non remissa in cælo. Vnde optimè sequitur: Quorum peccata non remittuntur à presbytero, non remittuntur apud Deum. At quilibet ad laborare debet vt remissionem obtineat peccatorum, quare ad confessionem adstringitur. Quamobrem etsi Christus illic expressè confessionem non præceperit, tacitè tamen indicauit, veluti rem necessariam sine qua ad absolutionem sacramentalem perueniri non potest. Quid enim soluet aut ligabit sacerdos, si nihil ei confessum fuerit? Audi quid Beatus Ber-

nardus dixerit, Sufficiebat infirmo ostendere medicum, qui si sanus fieri velit illum inquirat, & Boëtius, Si opera medētis expectes vulnus tunc detegas necesse est. Huc accedit Christiana religionis machina inuincibilis, quæ ut ait Augustinus, cunctas hæreses semel aboleuit: Hæc autem est traditio, seu definitio Ecclesiæ, hoc est, ipsa confessio concors omnium Patrum sanctorum, secundum suorum temporum successiones concorditer reddentium testimonium, scripturis sacris, sententiis Christi, & cōsuetudini primitiua Ecclesiæ. Hi enim concorditer ex illis Christi verbis astruxerunt confessionem omnibus fidelibus necessariam, quorum sententias vide apud illos, qui contra hæreticos scripserunt. Quare nihil moramur quæ Doctor subinde affert, nempe locum Iacobi, aut doctrinam ab Apostolis susceptam, intelligo pro confessione astruendam, cum ex Euangelio satis, superque cōstet. Porro in hoc præcepto pleraque cōtinentur. Primò quis confiteri debet, quia adultus, id est, habens rationis usum, qui videlicet cognoscit quid iustum, quid iniustum sit. Deinde quid confiteri debet, quia peccatum mortale, propter quod solum post baptismum quis naufragium patitur, non veniale, quod stat cum charitate, ut ostendit. Apostolus. Id etiam videre est in Apostolis ipsis, qui etiam post diem Pentecostes venialiter aliquando offēdebant. Debet autem diligens præcedere inquisitione, iuxta illud Psalmistæ: Exercebam, & scōpebam spiritū meum, & Luca. Redde rationem villicationis tuæ, & iterum: Recogitabo tibi oēs

Ioan. 20.

Iacobi 5.

Confessionis
conditiones

1. Cor. 3.

Psal. 79.

Luc. 16.

annos meos, &c. cogitabo pro peccato meo, &c. Et illud Ezechielis, Fecerit iudiciū, & iustitiam. Debet etiam integrè confiteri iuxta illud Augustini, Quidam vni celant quod alij manifestandū seruāt, quod est se laudare, & ad hypocritam tendere, & semper venia carere, ad quam credunt frustra peruenire. Vide Magistrū. Nec solum peccata, sed circumstantias peccatum aggravantes quisque cōfiteri debet, cuiusmodi sunt, quæ speciem peccati variāt, ut furari sacrum, cognoscere consanguineam, &c. Deinde frequentia, & quoties admiserit peccatū, & id quidē si habuerit certitudinem, vel probabilitatē, si non oportet attingere propinquitatē numeri, quia toties commisit nouum peccatū, Sunt & aliæ circumstantiæ, quæ aggravāt quidem, sed non variant speciem, aut non ponunt in numerum, quales sunt maior, vel minor tentatio, & hoc ex parte obiecti, quia videlicet pulchrum aut turpe, aut ex parte peccantis, quia videlicet præuenit tentationem, aut tentatio fuit maxima. De his quidem communiter dicitur quod non sunt confitendæ, nisi confessarius inquirat de eisdem, tamen tutius est eas cōfiteri, iuxta illud, Tene certum, & dimitte incertum. Huc accedit & Beatus Augustinus dicens: Consideret tentationem, quia magis peccat cognoscēs turpem, quàm pulchram, propter minorem tentationem. Ex eodem etiam Augustino astruirur prædictas circumstantias esse confitendas dicente, Cōsideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ. Impertinētes autem, id est, sine quibus

Ezechi. 18.
De vera &
falsipenit.Dist. 15.
Circumstantia
peccatorum.

peccatū esset aded graue, & alleuiantes non sunt
 necessariò confitendæ, nisi sacerdos inquirat.
 Tertio continet præceptum cui, quia sacerdoti
 iurisdictionem habenti: siquidem sententia
 non suo iudice lata nulla est. Vnde illud Pauli
 Tu quis es qui iudicas alienum seruum, & cetera.
 Quarto quando, quia quotiescunque est in pe-
 riculo mortali, nedum in infirmitate mortali, sed
 etiam quando imminet verisimiliter mors, vt
 in bello; nauigio, &c. vnde Christus: Estote pa-
 rati, quia nescitis, &c. Insuper quando vult ad-
 ministrare, aut recipere Sacramenta, saltem si
 administrans Sacramenta in mortali fuerit, con-
 fiteri debet. Postremo qualiter, quia cum pec-
 cati displicentia, cum proposito abstinendi à pec-
 cato, & obediendi confessario, persoluendo sa-
 tisfactionem, quam liberè ab eo percipiet. Quod
 si noluerit aliquam acceptare, non est propterea
 illi absolutio neganda, cum si non satisfecerit
 in vita præsentis, supersit huic satisfactioni locus
 in purgatorio. Non desunt tamen qui asserant
 confessum debere persolvere iniunctam sibi pos-
 nitentiam, modò rationabiliter imposita fuerit.
 Quid autem Ecclesia circa præceptum istud de-
 terminauerit, habetur in decretalibus, vbi spe-
 cialiter statuit, cui sit confitendum, quia proprio
 sacerdoti. Ex prima enim Ecclesiæ institutione
 non fuerunt distincti proprii sacerdotes, cum
 Apostoli iuxta Christi præceptum: Euntes in
 mundum vniuersum, prædicare Euangelium
 omni creaturæ, &c. Tunc enim Episcopatus A-
 postolorum non erant distincti. Omnes siqui-

De reg. iur.
 in 6.

Rom. 4.

Ext. de poen.
 & remiss. c.
 Omnis vtri-
 usque sexus.

Matth. &
 Mar. vlt. c.

deni ordinarij erant vbicunque applicuissent
 primo, vel post alium, & id verum est de Apo-
 stolis duntaxat. Nam cum fuerunt diuisi Apo-
 stoli, hæc diuisio ad sortem solum prædicationis
 fiebat: Veruntamen eo tempore quantum ad di-
 scipulos, fuerunt diuisa Diœceses & distincti
 Episcopi, Curati, & Commissarij. De Episcopis
 patet ex Paulo, Huius rei gratia reliqui te Cretæ,
 & ibi presbyteros, id est, Episcopos, & Ioannes
 in Apocalypsi scripsit septem Ecclesiis, & An-
 gelis illarum, id est, Episcopis De Curatis patet
 ex Actibus Apostolorum, Paulus per vniuersas
 Ecclesias instituebat presbyteros, id est, Curatos.
 Siquidè est aliud instituire præsbiteros per vni-
 uersas ciuitates, & aliud eosdem instituire per
 vniuersas Ecclesias. Nam in vna ciuitate pos-
 sunt esse plures Ecclesiæ, & vnius ciuitatis est
 vnicus Episcopus, Curati verò tot, quot Ecclesiæ.
 De Commissariis, seu priuilegiatis patet ex Paulo
 ad Philippenses, ad quos ipse Epaphroditum mi-
 sit, qui tamen non erat eorum ordinarius, sed
 commissarius Pauli, & promisit etiam se breui
 missurum Timotheum. Apud Lucam etiam dici-
 tur dominum designasse septuaginta duos disci-
 pulos. Obserua tandem pro vero intellectu ca-
 pituli, Cum omnis vtriusque sexus, quod per
 proprium sacerdotem intelligitur habens ordi-
 nariam iurisdictionem, qualis est curatus, qui
 eandem habet immediatè. Papa quoque & Epi-
 scopus habentes eam mediatè. Religiosi verò
 non sunt proprii, sed commissarij, & ex eodem
 quoque capite facultatem habent confessiones

Confessionis
 minister.

Ad Tit. 1.

Apocal. 2.

Act. 14.

Ad Phil. 2.

Lucæ 10.

audiendi. Dicitur enim ibidem quòd si voluerit alieno confiteri, petat & obtineat licentiam à proprio sacerdote. Modò mendicantes habent hoc priuilegium ab ipso Papa, & concessione à Pontificibus. Quare absque curatorum licentia possunt audire cõfessiones: nam & Episcopi, Curati possunt sufficere in locum proprium vicarij aliquem. Quare igitur non potius Pontifex summus, & Diocæsani Episcopi id poterunt? Laico autem cõfiteri, licet absit sacerdos, & mortis periculum imminet, nullus astringitur, cum talis facultatem absoluendi non habeat. Potest enim ex intima peccatorum recogitatione tantum habere verecundiam (in quo solo laicus illi prodesse possit) quantum si laico confiteretur. Si tamen laicus peritus esset & prudens, possit utique tunc ab eo super peccatis consilium expectare: sed & hoc possit, licet seipsum non nominet. Determinauit postremò Ecclesia tempus quo confitendum est, quia semel in anno, circa Pascha saltem. Quare peccator non obligatur mox postquam deliquit, confiteri, licet teneatur confiteri, & melius certè, ac tutius foret statim confiteri naçta opportunitate.

DISTINCT. 18. Q. VNICA.

Utrum clauium potestas temporalis solum concernat pœnam?

IN hęc s̄ fuisse Magistrum Sententiarum constat, quòd existimauit Euangelicum sacerdotem nullatenus virtute clauium remittere culpam, aut æternam pœnam. Quod adstruere adlaborat,

Clauium potestas quã pœnã respiciat.

Primum quod hæc solius sit Dei, iuxta illud Psalmista: Diripuisti vincula mea, &c. & Esaiã: Ego deleo iniquitates, &c. Matthai: Quis potest remittere peccata, &c. Deinde ex cura leprosi, & leprosoꝝ, quos prius Christus curauit, quàm ad sacrificios Leuiticos mitteret, ex resuscitatione Lazari, qui utique prius fuit resuscitatus, quàm exhibitus Apostolis soluendus ab inſtitis. Hi autem peccatorem designabant, qui prius (inquit) quàm accedat ad cõfessarium à culpa, & æterna pœna liberatur. Et subinde confessarius nihil aliud illi præstat, quàm quòd ostendit eum esse solutũ à culpa, & clauium virtute eum Ecclesiæ reconciliat. Adfert & Magister Hieronymum in illud Matthei: Quodcũque ligaueritis, &c. Vnde colligitur has clauas nihil prorsus posse in culpã & æternam pœnam, sed duntaxat in temporariam pœnam, & quidem bifariam. Primum ad eam relaxãdam. Remisso siquidem (inquit) peccato, & ex consequenti æterna pœna per contritionem, superest temporalis pœna vel hęc, vel in purgatorio explenda, & partem huius sacerdos virtute clauium remittit. Secũdò ad eandem infligendã: Confessarius enim absoluta cõfessione peccatori ieiuniũ, vel eleemosinã, &c. pœnitenti imponit. Addit præterea quòd si talis pœnæ iniunctio non fuerit diuino conformis iudicio, ut potè maior, vel minor, quã diuina ex postulat iustitia, secũdũ culpæ exigentiã existēs, ne utiquã in cœlis approbatur. Magistro subscribit Gabriel, & pleriq; alij. Hęc aut assertio doctõri subtili nõ placet, & maiori patii doctorũ, & prorsus primũ re-

Math. 9.

Math. 10.

Luca 1.

Iohn. 11.

Ad Math. 16.

probat. Nam si sacerdos nihil omnino ageret ad remissionem culpæ, non esset pœnitentia Sacramentum nouæ legis, cum nunquã esset gratiæ causa, nec ex vi operis operati culpã remitteret, quæ tamen præstatur à sacramentis nouæ legis, vt constat ex sacramenti definitione, qua dicitur, quod est inuisibilis gratiæ visibilis forma, &c. Deinde & ea differetia sacramentorũ veteris legis (quæ gratiam solum adumbrabant) & nouæ legis, quæ ipsam dicitur causare. Quocirca si pœnitens non fuerit sufficienter contritus, tunc virtute sacramenti absolutionis remittitur peccatum, quod non remitteretur virtute illius displicentiæ. Quare non absurdè dicitur, quod sacerdos remittit peccatum & debitũ pœnæ æternæ, sed instrumentaliter tantum, non quidẽ quod sit causa effectiua illorum, sed quia quidpiã operatur, nempe absolutionem, quæ est dispositio necessitans ex pacto diuino, vnde illud Ioãnis, Quorũ remiseritis, &c. ad talem effectũ, cuius tamẽ principalis causa est Deus ipse. Rationibus autẽ Magistri facili est respondere: Id enim exequitur Euãgelicus sacerdos, quod legalis olim, sed præterea aliud quidpiã operatur. Insuper cõtingit aliquãdo peccatorem esse in gratia quãdo accedit ad confessariũ, ex pœnitentiã, ac debita cõtritione. Quãtum ad secundũ quod adfert Magister, nõ est necessaria exacta illi cõformitas iniunctiõis pœnæ ad diuinã iustitiã, quæ nõ potest nobis sic ad vnguem innotescere: Sufficit enim quod nõ egrediatur latitudinem assignabilem, id est, quod nõ imponat pœnam multum excedentem, aut deficientem à iustitia Dei.

IOAN. 20.

Et istud homini prudenti, & in lege diuina exercitato notum esse potest. Porro pœnam à confessariõ iniunctam pœnitens non adstringitur necessariõ acceptare, si malit eam iuxta Dei voluntatem in purgatorio exoluere. Plerique tamen Doctores aduersantur in hac assertione, quare melius est eam perficere: nam si clavis non erret, id est, si sacerdos perficiat, quod debet secundum vtramque clauem, sententia illius rata erit in cœlo, nec aliud exigetur à peccatore. Quod si minorem quã par sit imposuerit pœnam, nisi in hoc seculo pœnitens supplerit, reliquum ab eo exigetur in purgatorio.

DISTINCT. 19. QV. VNICA.

Conferuntne cuiuslibet sacerdoti clauis regni cœlorum?

R

ceptum est ab omnibus Theologis duplicem esse inductam clauẽ, potestatis videlicet, & scientiæ. Illa quidẽ est authoritas iudiciaria, qua quis alteri peccata dimittit, & censet cœlum eidem esse aperiendum. Hæc verò authoritas est cognoscenda causa ipsius peccatorum, qua videlicet quis potest cognoscere, & inquirere fidelium peccata. Quamobrem licet ad debitum vsum huius clauis scientia requiratur, non tamen ad potestatem vsus simpliciter. Et istud semper est seruandum, cum incidit sermo de administratione diuinorum mysteriorũ per ministros malos, vt videlicet discernamus

Primus & secundus articulus.

Clauis Ecclesiæ.

Potestas p^onitentialis triplex.

Esa. 43.

Matth. 9.

Ioan. 5.

Heb. 4.

Ioan. 8.

Apocal. 1. &

3.

Ioan. 20.

2. Cor. 10.

Heb. 5.

Dem. 5.

Ephes. &

Coloss. 1.

1. Cor. 3.

potestatem vsus à rectitudine vsus, quia hæc charitati, illa verò conuenit personæ. Porro vtraque illarum clauū triplex est, Prima principalis simpliciter, quæ soli Deo cōpetit, Ego qui deleo iniquitates, &c. Qui potest remittere peccata, &c. Secunda non principalis, tamē præcellens, & conuenit soli Christo, Dedit ei potestatem, &c. Iudiciū facere, quia filius hominis est, &c. Qui omnium merita, & demerita nouit, &c. Omnia nuda & aperta, &c. Er cuius voluntas semper diuinæ iustitiæ cōformis est, Ego quæ placita sunt ei, &c. Vnde dicitur habere claues mortis, & inferni, & dicitur quòd claudit, & nemo aperit. Tertia est particularis, seu ministerialis, & collata est Ecclesiæ ministris, vnde apud Ioannem, Accipite Spiritū sanctū, &c. Hoc autem congruū fuit. Nam Christo homini data fuit omnis potestas in cœlo, & in terra super peccatorum remissionē, quare cum ipse non esset perpetuò futurus præsens visibiliter (licet bene inuisibiliter) Ecclesiæ, post resurrectionem, congruū fuit, vt hanc potestatem committeret ipsis Ecclesiæ ministris, nō omnibus (vt aiunt hæretici) fidelibus, vt foret ordinata Ecclesiastica Hierarchia, vt inquit Paulus, Omnia debite, & ordinate, &c. & vltima nēpe peccatores de quibus, Longè à peccatoribus salus, &c. reducerentur ad primū, id est, Deum ipsum per mediū, vtpote per sacerdotem, qui per orationes, & sacramenta fideles Deo reconciliat, Omnis naque pontifex, &c. Vnde & Moses dicebar, Ego sequer, &c. & hæc vltima potestatis acceptio diligentius est obseruanda, vt planè nouerimus Chri-

stum dici Ecclesiæ caput, fundamentum, mediator, remittere peccata; &c. Aliter verò Ecclesiæ ministris. Siquidem Christo excellēter seu principaliter hæc competunt, ministris verò minus principaliter. Huiusmodi autē potestas, seu sacerdotalis autoritas clauis per similitudinem dicitur, quando sicut, clauis naturalis ad hoc utilis est, vt fores referet, atque patefaciat, ita per hanc sacerdotum potestatem hominibus clauditur, & aperitur regnū cœlorū. Nam & hoc clauditur alicui per peccatum, vel per obligationē ad pœnam peccati. Aperitur autē quando vtrūque inстар obicis retunditur. Vtraque verò potestas à sacerdotali caractere (quia est potestas conficiendi corpus Christi & sanguinem) distinguitur. Nā Christ⁹ Apostolis ipsis potestatem super corp⁹ suū verū in cœna cōtulit, alteram potestatem, nempe super corpus suū mysticū, vesperi resurrectionis. Episcopus quoque successionē eiusdē in ordinatione confert. Quamobrē & distinguitur à priori potestate, & ab inuicem, & possunt diuersi characteres dici. Ait enim Episcopus, Tibi dabo clauis, &c. Præsupponit nihilominus ordinem presbyteratus. Si verò inquiras an quilibet sacerdos his clauibus quemlibet absolueri possit, etiam si prohibitus fuerit, sicut quilibet sacerdos etiam degradatus si attenter conficit, variant dubio procul doctores. Nam Ancharanus, Marcellius, & Durandus liberè fatentur quemlibet sacerdotem ex Christi institutione potestatem habere vnumquemque absoluendi, quam tamen potestatem (inquiunt) Ecclesia limitare voluit, &

1. Tim. 2.

4. Articulus.

efficere ne sacerdos quemque absoluat, si atten-
ter, quandoquidem nullus actu peccans absol-
uitur: qui autem contra Ecclesiæ præceptum co-
fiteretur ei cui non est subiectus, transgreditur Ec-
clesiæ præceptum, quare nec absoluitur. Nec
propterea Ecclesia hæc instituendo sacramenti
essentiã immutauit. His subscribit Almain, Do-
ctor autem, & ferè cæteri opposita autumant af-
ferentes, quòd non quilibet, quèlibet (etiã seculu-
sa qualibet Ecclesiæ prohibitione) absolueret po-
test, sed solum ordinarius, vel cõmissarius ab eo-
rum sententia & non suo iudice lata nulla est.
Id etiam astruit per capitulũ, Omnis vtriusque,
nec potest dici id esse ex cõsuetudine, seu institu-
tione humana, nã hoc modo obligari posset cõ-
suetudine opposita: Sed nulla consuetudine fieri
potest, vt quilibet quèlibet sacerdotẽ eligere pos-
sit sine voluntate superioris, vt habetur in decre-
talibus, ergo nedum esse de lege humana, sed di-
uina. Hæc quidem sacerdotum potestas remora
est, cuius propterea obiectum est peccator con-
tritus, confessus, & subditus. Quo circa vt hac po-
testate vti possint sacerdotes, susceptis ordinibus
opus est, vt per superiorẽ dentur illis inferiores.
Præter has clauas (quæ sunt fori secreti) sunt aliæ
duæ in Ecclesia pro foro publico, in quo quispiã
excommunicatur, aut absoluitur eisdem quidem
nominibus nominatæ, sed re ipsa distinctæ, cum
primas etiã habeant sacerdotes simplices omnes,
non autem duas. Deinde postremas habere pos-
sunt etiam non sacerdotes, vt patet ex Iure cano-
nico. Collatæ autem fuere à Christo ipfis Apo-

*De reg Iuris
in 6.*

*C. ois vtrius-
que sexus.*

*Extra de
pœnit. & re-
miss.*

*Cap. Si Epi-
scopus, in 6.*

*Articulus 5.
de excommu-
nicatione.*

*De off. Ar-
chid. C. 1. ca.
Archidiacon-
nes.*

stolis & successoribus, iuxta illud Matthæi: Si *Matth. 18.*
peccauerit in te, ibi, soluta & in cœlo: ibi datur
multiplex potestas Ecclesiæ criminis sententian-
di. Secundo potestas contra non obedientes sen-
tentia pœnam infligendi, ibi, sit tibi sicut Ethni-
cus, &c. id est excommunicatus, & separatus à
communione fidelium: & sequitur, Amen dico
vobis quæcunque ligaueritis. Ex quo apparet
quòd Deus approbat solutionem, & legationem
Ecclesiæ factam in foro publico, quam qui con-
temnit habendus est tanquam Ethnicus. Hac au-
tem vsus est Apostolus, & tamen in his duobus *1. Cor. 5. &*
locis excommunicationis sententiam de facto *1. Tim. 1.*
tulit. Et id quidem meritò, quandoquidem pec-
catum enorme erat, & publicum, & forma debi-
ta, quia processus legitimus iuxta præscriptum
Christi, ac intentio debita: intendebat enim de-
linquentis correctionem, vnde & Corinthius *2. Cor. 2.*
correxit se vt patet ex eodem Paulo, alij verò,
quia hæretici erant, non se correxisse leguntur.
Vnde de mala doctrina dicitur à Salomone, Om-
nes qui ingrediuntur ad eam, &c. & ab Apo-
sto, Hæreticum hominem, &c. Aliàs tamen legi-
mus Apostolum prohibuisse commercium ma-
lorum, Si quis vobis Euangelizauerit, &c. Si is
qui frater nominatur, &c. Denunciamus vobis, *1. Cor. 5.*
&c. Erunt homines, ibi, hos deuita, &c. Et de A-
lexandro ærario, &c. hæreticum, &c. si quis venit *2. Thes. 3. &*
&c. nihilominus non tulerunt excommunicacionem, nec in Euangelio legitur à Christo lata, *4. cap. Ad Tit. 3. 2. Ioan. 1.*
sed tantum ferenda. Quare abutuntur isto gene-
re passim plerique pro lenibus excommunican-

*Prover. 1.
Ad Tit. 3.*

Gal 1.

*1. Cor. 5.
2. Thes. 3.*

*2. Tim. 3. &
4. cap.
Ad Tit. 3.*

2. Ioan. 1.

res, & hæc innexit ecclesiasticorū auaritia, & sigilli census, &c. Quòd si exquiras qui habent excommunicandi potestatem. Certè summus Pontifex, id propria autoritate potest: Episcopi autem autoritate ab ipso delegata. Nam nullus potest prohibere cunctis fidelibus vt vitet aliquem (quod est excommunicationis ratio) nisi habuerit in omnes iurisdictionem, qualem habet dūtaxat ipse Papa. Alij tamen Doctores oppositum tenent, & id asserunt ex eo, quòd potestas excommunicandi prius fuit collata omnibus Apostolis, quia ante Christi passionem quæcunque ligaueritis quàm esset Petrus summus pontifex designatus fuit, post resurrectionē, pasce oues meas, &c. Sed potest responderi, quòd Petro prius fuerat collata in ipsa promissione assertore Chryostomo, & quod prius immediatè potestatem iurisdictionis ordinariæ à Christo accepit, ita qui ab eo iure ordinario erant accepturi, si non fuissent à Christo præuenti. Porro ampliori horum declaratione nonnulla extra doctorem sunt obseruanda. Primum quòd excommunicatio in genere, est separatio à communicatione fidelium in sacramentis, & actibus legitimis. Prohibetur siquidem excommunicato, ne vnà cum aliis fidelibus sacramenta suscipiat, & ne cum eisdem versetur. Idem quoque aliis prohibetur. Eadem deinceps duplex est. Minor quæ separat à sacramentis tantum, & incurritur per quodcunque mortale peccatum, & per communicationem cum excommunicatis. Maior quæ separat & à sacramentis, & à communicatione cum

Matth. 18.
Io. 18.
Matth. 16.

aliis fidelibus in actibus legitimis, de qua quidem communicatione dicitur à Paulo: Gratia Domini nostri Iesu Christi, &c. Et beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci. Hæc autem communicatio in tribus potissimum consistit. Primò in participatione sacramentorum, Calix benedictionis, &c. In illo enim sacramento communicamus in gratia Dei, & vnimur Deo, quoniam vnus panis, & vnum corpus sumus, &c. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, ab ista verò communicatione priuatur quispiam maiori excommunicatione, quandoquidem sic excommunicatus est veluti Ethnicus, & Publicanus, qui vtique sacramentorum communionem priuatur, iuxta illud Matthæi. Nolite sanctum dare canibus, &c. Secundò fidelium communio consistit in suffragiis communibus Ecclesiæ, de quo in Actibus Apostolicis, Erant perseuerantes, &c. Ab ista quoque priuatur excommunicatus, cum habeatur tanquam Publicanus, & infidelis cui asini sepultura debetur. Pater etiam praxi Ecclesiæ, quæ licet pro infidelibus oret in die Veneris sancta, non tamen pro excommunicatis. Quòd si proferas illud Apostoli, Si quis autem non obedierit corripite vt fratrem, vnde sequitur quòd si liceat eum vt fratrem corripere, licebit, & pro eodem orare. Responderetur Apostolū non ferre illic excommunicationem, sed eam cōminatur. Obserua quoque quod licet excommunicatus publicis Ecclesiæ suffragiis priuetur, potest tamē quilibet seorsim, & priuatè pro eo orare. Tertio consistit in cōmuni

2. Cor 13.
Heb. 12.

1. Cor. 10.

1. Cor. 12.

Matth. 7.

Act. 2.

Hierem. 33.

2. Thess. 3.

conuictu, sanctorum communicatione, in cibo, potu, & loquela, frangentes circa domos panes, &c. Hac etiam excommunicatione priuatur excommunicatus, si quis frater nominetur, &c. Prædicta autem hoc versiculo continentur. Os, oratio, vale, communio, mensa negatur. Deinde obseruandum qua de re quispiam excommunicari possit. Resolutio planè Theologorum est, quòd nullus debet vnquam excommunicari, nisi pro mortali peccato exteriori iuridicè probato, cui annexa est contumacia, vel quia non comparet vocatus ab Ecclesia, vel discedit à iudicio ante probationè sententiæ, vel non abstinet à peccato postquàm illi est præceptum, & intelligunt de excommunicatione maiori, & lata ab homine: Et hæc colligunt ex Matthæo, Si peccauerit in te, &c. Hæc enim intelligitur de peccato mortali, vt patet ex eo quod subsequitur, Si te audierit, lucratus es. Si enim non esset in mortali non lucraretur animam eius, quia non perditur nisi per mortale. Quamobrem qui minimum tribuunt, legi, & mandatis, neglectis saluberrimis præceptis Euangelicis, sciant ex eo loco Euangelij vbi Dominus dedit potestatem excommunicandi, solùm consequens esse eundem hanc potestatem dedisse non pro libito, aut voluntate, non pro quolibet peccato, sed pro cõtumacia, quia ab Ecclesia peccator correptus, manet incorrigibilis, & impœnitens. Si verò à te vel ab Ecclesia correptus sese corripuerit, eum non esse habendum sicut Ethnicum, & Publicanum, etiam si septuagesies septies peccauerit, & toties se correxerit,

Matth. 2.

1. Cor. 5.

Matth. 18.

Propterea si mortaliter quis peccauerit, & pœniteat, paratúsque sit satisfacere ecclesiæ, & pari quam suo peccato læserit, non est excommunicandus. Vnde videant illi qui pauperes excommunicant propter temporalia quando non sunt soluendo, &c. Videant ministri Episcoporum qui propter pecuniam sigilli indifferenter omnes admittunt excommunicationes, contra præceptum euangelicum, Videat qui absentes excommunicant. Hic iam si dixeris ex doctrina ibidem, si solum sequitur peccatorè pro contumacia esse excommunicandum: Non videtur igitur Ecclesia facultatem habere excommunicandi peccatorè criminofum ipso facto, quod est tamen contra communem ecclesiæ vsum, & contra canones quibus ecclesia pro multis criminibus sententiã excommunicationis infert tale, vel tale crimen committentibus. Neque expectatur vlla correctio, aut admonitio, aut peccantis contumacia, quinimmo si mox post crimen perpetratum peccans pœniteret, maneret tamè excommunicatus, donec per absolutionem reconciliaretur. Respondetur crimen sub excommunicationis pœna interdictum ipso iure secum adferre voluntatis ipsum perpetrantis contumaciam. Et hanc solutionè fundari in scriptura patet si consideremus ecclesiam non infligere excommunicationis pœnam pro vilo opere nisi pro peccato mortali. Sic autem peccans in dolo est scièter videlicet, & ex animo opus quod ecclesia punit perpetrans, verum tamen ius diuinum propter nullum crimen, quantumlibet enorme videtur ipso facto excom-

In 2. Cano.
cap. Vnico.

municare quemquam præter hæreticū, qui propter doctrinam heresis (quod est maximum crimen) vitandus est, iuxta sententiam Ioannis, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nō adfert, nolite recipere eū, nec aue ei dixeritis. Vnde Corinthius, qui vxorem patris sui habuit, quod crimen erat maximum, & apud gentes abominabile, non erat ipso facto excommunicatus, quippe quem Paulus excommunicari iussit, & auctoritate ecclesiæ auferri à Corinthiis. Quis autem debeat excommunicatus vitari, & sub qua pœna vide Driedonem & Summam angelicam.

De libert.
Christ. fol.
238. ex.

DISTINCT. 20. QV. VNICA

Vtrum pœnitentia in extremis valeat ad salutem?

Pœnitentia
in extremis
prædest.

SI quis in extremis graui valitudine, vel discrimine (vt est submersio, aut aliud quoduis) constitutus verè pœnituerit, & plenè ad Deum, vel dolore interiori (debitis circumstantiis adornato) vel pœnitentiæ sacramento sese conuerterit, utique salutem consequetur. Exemplo autem est bonus latro de quo Augustinus, Multum fera fuit latronis pœnitentia, sed non fuit fera eius indulgentia. Vnde Ezechiel, Quacunque hora, &c. Id autem contingere posse constat ex eo vel maximè, quòd respicere à peccatis sit donum Dei, Ignoras quoniam benignitas, &c. Et non sit abbreviata manus domini, vt saluare nequeat, nec aggravata auris, vt non exaudiat. Nilominus pœnitentia, quæ videtur haberi in extremis (ab eo videlicet qui secundum naturales

Rom. 2.

Esā. 59.

causas nequit subuenire) vix est vera, & sufficiens ad salutem ad sequendam. Quia admodum difficile est tunc verè pœnitere, cum tunc impediat liber vsus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore inhærentibus. Vnde Psalmista: Tremor, & timor venerunt, ibi contexerunt me tenebræ & alibi, Non est in morte qui memor sit tui, & Paulus, Sicut dolor in vtero habentis, &c. *1. Thes. 5.* Priusquàm autem aliqua detestatio sit vera, requiritur quòd liberè efficiatur, inmo ad omnem virtutis actū hoc requiritur: Sed in extremis difficile habetur talis libertas. Quando quidem passionibus, quæ sunt à tristantibus, secundum Augustinum, plus mouent, quàm passionibus quæ sunt à delectantibus. Hinc est quòd immanissimè bestię retrahunt à timore vel dolore à persecutione delectabilium. Sed passionibus delectabiliū frequenter absorbent vsus rationis, vt ait Augustinus, Ergo à fortiori passionibus prouenientes à tristantibus, quæ licet tunc liberi arbitrij vsus omnino non auferunt, multum tamen impediunt, adèd vt vix debirè homo respicere possit, iuxta illud diui Augustini: Cùm fera venit pœnitentia, tanius aliquando cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cognoscere valeat. Præterea antequàm detestatio peccati sit sufficiens ad veram pœnitentiam, necesse est vt sit adornata circumstantiis debitis, præcipuè circumstantia finis, id est vt peccator detestetur peccata præcipua propter Deum, quem offendit, & desiderio cœlestiū. Is autè qui tota vita malè vixit, & in extremis constitutus pœnitet,

Psal. 6.

1. Thes. 5.

*Lib. 83. q.
quest. 36.*

*Lib. de ciuit.
Dei.*

videtur potius moueri timore damnationis, quam amore ipsius Dei. Nam si euadere posset illud crimen fortasse non respiceret, sicut nec antea curauit. Quare apparet in eo esse quidpiam inordinatum, sicut in eo qui merces in mare proicit, timens naufragium. Deus autem hilare diligit datorem. Vnde Augustinus, oportet non solum timere iudicem, sed eum diligere, arbitrij enim libertatem querit, ut possit dolere commissa, non necessitatem, charitatem, non timorē. Non igitur timeat pœnā qui pœnitet, sed anxietur pro gloria. Insuper qui hactenus perseuerauit in peccatis habet malos habitus qui eū impediunt à diuinis, & spiritualibus, & attrahunt ad temporalia. Adest vxor, filij, diuitiæ, quorum omnium (etsi obliuiscuntur) recordatur, & eius animum plurimū distrahunt. Adde quod ait Augustinus, Illi autē qui cum poterint, noluerunt conuerti confitentes, cui iam peccare nequeunt non sic facile acquirunt quod volunt. Et alibi de verē pœnitentibus, quod etiā refertur à Magistro, Si quis positus in extremis, Ex quibus colligitur primū quod persuadendum est, ut dum sanus est respiscat propter periculum cui se exponit, sicut Christus suasi, Nisi pœnitentiam habueritis & nescitis quādo dominus veniat serō, an &c. Deinde quod in extremis agere suadendum est quod doleat de peccatis, libere, & propter Deum, non habita ratione ægritudinis, aut instantis mortis: & prę omnibus caueat ne desperet de Dei misericordia, quæ superexaltat iudicium, Consideret larronem euāgelicum, quem Cyprianus, & Hieronymus ad Damascum

*De ver. ty.
fal. pœnit. c.
12.*

*Tom. 1. hom.
41.*

*Luce 15.
Marc. 13.*

*Iac. 1.
In serm. de
sær. domi.*

restantur fuisse martyrem, Hic quoque ad furiam, ait, fac de necessitate virtutem, Quod nobis concedat dominus noster Iesus Christus. Amen.

DE INDVLGENTIIS.

Indulgere sonat concedere, & delicta tribuere, & indulgentia est delicata permissio. Vnde Quintilianus, nobis illa educatio (quam indulgentiam vocamus) nervos omnes & mētis, & corporis frangit, & Poëta, Blanda patrum segnes facit indulgentia natos. Theologi tamen in alia vtuntur significatione, pro venia videlicet, & remissione peccatorum, vt in oratione Fidelium Deus omnipotens, &c. Vt autem habet sanctus Hilarius, Non sermone res, sed rei est sermo subiectus. Indulgentiarum thesaurus fit ex superabundantia meritorū (quatenus satisfactoria erant) Christi & beatæ Mariæ, & sanctorum. De superabundantia passionum Christi dicitur apud Ioannem, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum &c. Ex qua autoritate patet passionem Christi sufficienter satisfacere pro peccato totius mundi, & pro toto ipso mundo, ac per hoc cum executiuē pro paucis tantum satisfaciatur, quia pro obtemperantibus solum. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, &c. Infinitus est thesaurus satisfactionis Christi, nec tamen inaniter Christus voluit mereri, nec pati illas pœnas, cum Deus nihil agat frustra, illud ergo reliquum derelinquitur pro nobis, quatenus in necessitatibus ad multas obligat pœnas ex cōtinuis lapsibus pro satisfactione

1. Ioan. 2.

Heb. 5.

recuramus ad præfatum thesaurum. De sancto-
rum autem passionum, meritorumque superabundantia quoad officium satisfaciendi pro nobis patet ex libro Iob, utinam appenderentur, &c. Ex his Iob verbis patet ipsum plus passum fuisse, quam pro peccatis suis debuisset pati, ut etiam habet Hieronymus exponens eundem locum, dicitis (inquit) me peccatis hæc facientibus hæc pati, propter hoc velim, ut peccata contra calamitatem hanc quam patior pensarentur, & illi-
co videretis, quia hæc ipsa calamitas velut arena maris supra horum peccatorum merita ponderaret, hæc Hieronymus. In superabundantia autem passionum & consistit superabundantia satisfactionum, & idem de multis sanctis apertissimum. De sanctorum vero intentione, scilicet quod voluerint pati, sintque passi libenter non solum pro se, sed & pro nobis testatur Apostolus, Nunc (inquit) gaudeo in passionibus meis pro vobis &c. Idem autem est iudicium de Paulo, & aliis sanctis, expende quomodo miserie sanctorum adiungendæ sunt passionibus Christi ad communem ecclesie utilitatem, & iste est thesaurus. Quod Papa hunc thesaurum dispenseret, patet ex Apostolo, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, dispensatores mysteriorum Dei, &c. Cui donastis aliquid, & ego, &c. non donauit, culpam sed pœnam. Insuper cum sancti in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur nec expressè, nec determinatè pro isto qui remissione indiget opera huiusmodi fecerit, sed cõmuniter pro tota Ecclesia Apostolo teste,

Iob 6.

ad Coloss. 1.

1. Cor. 4.

Coloss. 1.

Sequitur quod prædicta merita sunt toti Ecclesie communia, ea verò quæ communia sunt alius multitudinis, distribuuntur singulis de multitudine iuxta arbitrium illius qui multitudini præest. Summus etiam pontifex nedum clauiger est Ecclesie militantis, sed etiam triumphantis, iuxta illud: Quodcunque ligaueris, &c. Vnde liquet quod in facultate eius sunt thesauri ecclesie militantis derelicti per Christum in manibus suis.

Indulgentiæ valent ad abolitionem pœnæ propter etimè debitæ. Hæc sic declaratur, liquidò constat Christum esse caput Ecclesie, cum igitur capitis sit officium dirigere membra, concluditur Christum regere ecclesiam, Cum igitur ecclesia vniuersaliter tenuerit, teneatque indulgentias valere sequitur propositum. Præterea impium esset dicere ecclesiam, (cuius caput Christus, & quæ sancto regitur spiritu ut patet ex actis apostolorum visum est spiritui sancto, & nobis, &c.) aliquid vani facere, verum ecclesia vniuersalis errare non potest, iuxta illud Iohannis: Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, &c. Sed ecclesia vniuersalis facit, & approbat indulgentias, igitur, &c. Ratio cur valeant est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentiæ, seu pœnalibus super erogationis ad mensuram suorum delictorum & varias angustias perperam subierunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia, quod omnem pœnam debitam viuētibz excedūt, præcipuè propter Christi meritum, cuius sola gutta sanguinis sufficiens erat.

Ioh. 21.

*Extra de pœ
nit. de remij-
si. C. Cum ex
eo*

Indulgentiæ tamen valent quidem clauem en-
errante, dummodo ponantur requisita ad indul-
gentias, Primum auctoritas in dâte, qualis est in
Romano pontifice in indulgentia plenaria, quia
illi commissa est plenitudo potestatis à Christo.
Alij verò Episcopi, & legati tantum habent hu-
ius potestatis, quantum ab eo illis fuit conce-
sum, & hoc in suis Episcopatibus, & legati in suis
prouincijs.

Secunda rationabilis causa, quæ tangit hono-
rem Dei, vt ad impugnandos fidei hostes, ad con-
struenda loca sacra, & religiosa, vel hospitalia,
vel ad ipsa intertenenda, & cætera. Non suf-
ficit proinde auctoritas in concedente, & volu-
tas concedendi, sed prærequiritur subsistens cau-
sa rationabilis, in istis relaxationibus obligatio-
nibus obligationum contractarum ex delicto,
quemadmodum & in relaxationibus obligatio-
num quæsiturarum ex iuramento, vel voto, quia
potestas concessa est Papæ in ædificationem, &
non in destructionem. Non fit tamen tibi curæ
quæ causa adæquatè sufficiat, sed supponas sum-
mum pontificem cum suo consilio te prudentio-
rem. Tertium est quòd indulgentiam recipiens
sit in statu gratiæ, quia non potest fieri remissio
pœnæ manente culpa, & idèd cum per indulgen-
tiam non remittatur culpa existentibus in mor-
tali, non remittit ei per indulgentiam aliquid de
pœna. Si tamen existens in mortali faciat con-
tentum in forma indulgentiarum, non perdit
mercedem omnino, quia tale bonum disposita
aliquo modo de congruo ad pœnitentiam, &c.

Alia

Alia etiam circumstantiæ requisitæ ad bonum o-
pus sunt intelligendæ, quia si quis contribuat (li-
cet sit in charitate) ad vanam gloriam, vel alias
circumstantias deprimentes, meritum & indul-
gentiam perdit. Prærequiritur etiam vt confide-
ret intentionem donantis, quæ per verba in in-
dulgentiis posita colligitur. Plurimum autem dâ-
tur conditionaliter, quare obstante conditione
non constant. Interdum dantur sub hac forma
(omnibus contritis, & confessis) & tunc vtrum-
que requiritur: prodest nihilominus contritis &
non confessis, &c. Volens etiam consequi indul-
gentiam, & non dans sicut in bulla continetur,
non consequitur eas, quia conditio non extat,
tamen volens assequi eas, & non potens tantum
gratiæ, & gloriæ moratur, quantum eas adsequens
licet non ad remissionem pœnæ, & sic actus ex-
terior nihil addit interiori quantum ad vitam æ-
ternam. Duo accedentes ad locum indulgentia-
rum itineribus æqualibus æqualiter consequun-
tur indulgentiam quatum ad remissionem, sed
inæqualiter merentur. Nam vnus actus est diffi-
cilior altero ratione obiecti diues dâs pecuniam
secundum tenorem bullæ tantum indulgentia-
rum consequitur, quantum pauper, sed pauper
plus meretur, quemadmodum vidua euangelica.
Iustus nullius pœnæ debitor si det eleemosinam
pro indulgentiis consequendis non consequitur
cum nihil habeat relaxandum, non tamen perdit
eleemosinam, quia per eam meretur. Quando
indulgentiæ sunt perpetuæ in aliquo loco, quo-
libet die locum accedens eas consequitur cæteris

T t

obseruatis: & probabile est quando sunt temporaria, vt quoties quis ipsum adierit locū illas consequatur. Potest tamen dici quod semel tantum eas consequitur, quando dantur plures dies, vt qui non potest venire in præfinito die veniat in alio. Quid sonat, damus plures dies indulgentiarum, vel annum? &c. Respondetur, hoc est dicere, indulgentiæ tantum tibi proderunt, ac si quadraginta diebus, vel annis pœnitentiam impleres: & tantum de pœnâ culpæ debita diminuunt, ac si pœnitentiam tanto temporis curriculo impleres, & tanto minus punieris in purgatorio, ac si vno anno egisses pœnitentiam. Sed de qua pœnitentiâ intelligatur feruētī, vel remissa nouit Deus. An etiam intelligatur de pœnitentiis iniunctis, vel quæ rationabiliter possunt iniungi doctores variant. Quæ a urē sit remissio plenaria, Respondetur quod remissio plenaria dicitur respectu pœnitentiæ iniunctæ pro mortalibus, & venialibus, plenissima respectu pœnarū iniunctarū pro mortalibus & venialibus, vel iniungendarū, vel quæ poterūt iniungi. Nec oportet in indulgētiis incursare symoniā, quia Papa non confert indulgētiās pro causā temporali, puta pro symonia, &c. sed pro pietate, & in præmiū boni affectus quo cupiūt homines subuenire fidei, pauperib⁹, vel fabricæ, &c. iuxta Pontificis voluntatem, & desiderium. Nec obstat si non omnibus æquali pietate affectis indulgentia tribuatur, quando defuerit exterioris opus, quia si vni sit gratia, nō sit alteri ex hoc iniuria. Cū autē indeterminatē datur indulgentia terrię partis peccatorum aut aliter, cō-

tribuetib⁹ fabricæ, &c. intelligit de auxilio quod sit conueniens ei qui dat, & secundum quod accedit ad hoc plus vel minus de indulgentia. Consequitur vt pauper dans vnum denarium totam indulgentiam consequitur, nō autem diues, quē non decet ad tam pium opus tam parum dare, sicut nec diceretur Regem auxilium ferre, cui obolū daret. Idem dicitur de indulgentiis Romæ concessis, quas concesserunt Papæ propter peregrinos, nec existimarunt dignum tanta gratia natū Romæ iuxta ecclesiam, sicut qui de longē venit, nec tantum suscipit indulgentiæ sed aliqualem. Valent igitur indulgentiæ ex parte dantis quantum sonant, & permittunt, non tamen æqualiter omnibus, sed secundum existimationem eius, quā habuit, vel habere debuit qui indulgētiās dedit, quam non oportuit exprimere, quia omnes fideles debent in corde supponere quod dona & miserationes Spiritus sancti donantur cum æquo libramine. Quatuor igitur requiruntur, vt indulgentiæ tantum valeant quantum sonant: ex parte concedentis duo, authoritas, & rationabilis causa, ex parte promerentis, status gratiæ, & impletio eius ex quo concessæ sunt indulgentiæ.

DISTINCT. 21. QV. I.

Dimittiturne peccatum aliquod post hanc vitam.



Voniam hæc quæstio altius expendenda venit, maximè ob catholicæ ^{veniale in} alio seculo si dei infensissimos hostes, qui nullē ^{dimittitur.} post hanc vitā quorūcumq; peccatorū recipiūt satisfactionē. Ideo vt

irrefragabiliter eorum ostendamus ignorantiam, & Christianæ veritatis piam, & certissimam fidem, ac obseruationem, qua & purgatoriū certò credimus, & defunctos piis iuari operibus Christi anè existimemus. Nonnulla imprimis, præter doctorum contextum statuenda veniunt. Primum non eis solùm adhibendam esse fidem quæ expressè in sacris scripturis continentur, verùm quoque & his quæ inde eliciuntur, aut eis planè confona apparent. Quod constat ex eo quòd articulus trium personarum in diuinis nunquam expressè habetur, nec personæ nomen filio accommodari, aut beatam virginem Mariam post partum permansisse virginem. Nam & in hac re scdissimè errauit Eluidius, vt ostēdit Hieronymus. Nihilominus his fidem adhibere cogimur, quæ duntaxat ex sacris educuntur. Huc accedit quòd Christus saluator noster probaturus carnis resurrectionē ipsis Saducæis, protulit eum locū, Ego sum Deus Abraham, &c. Vbi non fit expressè huius rei mentio cōsimiliter ostensurus se esse Deū, induxit illud Psalmistæ, Dixit dominus domino meo, &c. Et illud ipsum commonstrare volens citauit illud Psalmistæ, ego dixi Dij estis vos, &c. In neutro tamen horum locorum habetur expressè Messiam futurum debere esse Deum. Insuper Christus volens prædicare baptismum Nicodemo, ait illi. Tu es magister in Israël, &c. Insinuans quòd ipse intelligere deberet mysterium baptismatis, & tamen expressè illud in veteri instrumento nusquam continebatur.

Tom 2.

Matt. 12.
Exod. 3.eod. cap. Mat
Psal. 109.Ioan. 10.
Psal. 81.

Ioan. 3.



Secundum suppositum concernit indubitatum, & irrefragabilem sacre scripturæ interpretem. Si enim hæreticus certer cum fideli, & vterque proferat locos sacre scripturæ ad propriam adstruendam assertionem, opus est iudicæ qui litem hanc componat. Is autem non erit scriptura ipsa, nam illa est testis dicente Christo, Scrutamini scripturas, quoniam illæ testimonium perhibent de me. Nec erit aliquis hominum, (cū qui libet errare possit) iuxta illud Apostoli, omnis homo mendax. Cū igitur sacra scriptura sapientiam diuinam supernaturaliter nobis reuelatam contineat, quæ lumen naturalis rationis transcendit, erit solus spiritus diuinus proprius eius interpret, cuius est eam condere, testatur seruator noster ad patrem dicens, Cōfiteor tibi pater, &c. Quibus verbis sapientes in oculis suis, & prudentes huius mundi ab hac sapientia diuinitus reuelata excludit, idē defecerunt scrutantes scrutinia. Secundus interpret est Ecclesia, quæ ex promisso sui sponsi, spiritum sponsi certò habet directorē, & illuminatorem secundum illud Ioannis: Ego rogabo patrem, &c. Habet etiam præsentem sponsum ipsum, ego vobiscum sum vsque ad cōsummationem seculi. Eadem etiam dicitur ab Apostolo columna. Huc accedit quod & in veteri lege ambigua, & difficilior causa ad sacerdotes deuoluebatur, quare non potius tempore noui testamenti? Cū igitur proferuntur loci sacre scri

Ioan. 5.

Rom. 3.

Matt. 11.

Psal 63.

Ioan. 14.

Mat. ult.

1. Tim. 3.

Deuter 17.

pturæ ad suadendū, vel dissuadendū purgatorū,
certus intellectus eorū quærendus ab ipsa eccle-
sia, hoc est patribus, qui ab ipsis Apostolis per le-
gitimā successionē ad nos usque, ecclesiæ præfue-
runt, qui in conciliis œcumenicis legitime cōgre-
gati, ea quæ fidē, & bonos cōcernunt mores do-
ctore Spiritu sancto statuerūt, qua in re sicuti nū-
quā hactenus errarunt, ita nec errare assistentibus
Spiritu sancto possūt. Huc accedit illud Matthei,
super cathedrā Moysi, &c. cum interpretatione
Hieronimi in illud Matthei, qui vos audit, me au-
dit, &c. & illud, Si Ecclesiam non audierit, &c.

Remissa culpa non semper remittitur omnis pena.

Tertium suppositum quod non semper
remissa pœnitenti culpa à Deo remit-
tatur omnis pœna culpæ debita, pro-
batur, quia sunt duæ mutationes, quæ
nō semper sese mutuo cōcomitatur necessario,
nec ex sua natura, nec ex diuino decreto. Ex sua
natura non, quia potest quis remittere offensam
etiā in humanis, nō remisso omni debito, vel dā-
no illato. Nec ex diuino decreto, nā hoc decretū
nō inuenitur in scriptura diuina. Quinimmo cō-
trariū indicat, vt patet in Dauide, cui Deus remi-
sit offensā dicēte Nathā ex reuelatione domini,
dominus trāstulit à te peccatū. Graues nihilomi-
nus denūciat illi pœnas dicēs: Quamobrem nō re-
cedet gladius, &c. Itē quia blasphemare fecistis
nimos, &c. Simile habes in libris regū de eodē
Dauide. Frequenter igitur Deus post reconcilia-
tionē peccatoris ipsum tēporaliter castigat, pro
sua insolentia cōtra se perpetrata, vt patet etiā de

Matth. 23.
Matth. 10.
Matth. 18.

2. Reg. 12.

2. Reg. 16.

populo Israël, cui cū ad Moysi preces pro ado-
ratione vituli esset placatus, nihilominus adiecit,
Ego in die ultionis visitabo peccatū eorū, &c. Itē ^{Exo. 32.}
in lib. Numeri, Dimisi eis ibi imputabitur. Itē de ^{Num. 11.}
Mose & Aaron, quibus in pœnā incredulitatis in ^{27.}
eductione aquæ de petra irruentibus infirma-
uit, quod nō introducerēt filios Israël in terram
promissionis, quod eis ingens pœna erat. Potest
quidē Deus dimissa offensā omnē etiā pœnā, nō
modō æternā, sed etiā tēporalem laxare: verūm
quia propheta canit, Misericordiā, & iudiciū cā- ^{Psal. 100}
tabo tibi dñe, & vniuersæ viæ dñi misericordiā, ^{Psal. 24.}
& veritas, plurimāq; in hunc modum, ex quibus
conformiter ad historias adductas, cōsequitur se-
cundū cōmunē Dei dispensationē remissa pecca-
tori pœna æterna, aliquā pœnā tēporalē rema-
nere soluendā, in quā pœna æterna cōmutatur iu-
sto Dei iudicio, dulcore tamen misericordiæ tē-
perata. Cognoui dñe (inquit Psalmista) quia æqui-
tas iudicia tua. Æquū est autē vt qui stultus fuit
in culpa, sapiēs fiat in pœna. Æquū est vt qui in-
ordinatē in creatura cōtra Deum est delectatus,
ordinatē, & secundum Deum afflictiuā multetur
pœna, cū pœna sit culpæ regulatiua. Per
quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur, & ^{Deuter. 25.}
pro mensura delicti erit plagarum modus. Et ^{Apocal. 18.}
quantum se glorificauit, &c.

Quartum suppositum, Regnum cœlorum est
regnum nitidum, & alienum ab omni culpa, & ^{Apocal. 21.}
pœna, summæque puritatis, &c. Testatur Ioan-
nes, non intrabit in illud aliquid coinquinatum.

Quintum suppositum, accidere potest vt quis

pnam qui multa admisit scelera nullá pro eis pnam in hac vita perpeffus fit, aut faltem non condignam: cui Deus, fi verè refipifcat in fine, non denegabit mifericordiam, remittet offenfam, & æternam pnam, & supererit temporalis pna perfoluenda ex tertio fupposito, quam cum non poffit in hoc feculo perfolvere, feret vtiq; in alio. Poteft deinde plerúque cõtingere quòd quis imperfectus decedès in multis venialibus quæ cõmifit habet adhuc cõplacentiã, à quibus fola infirmitas, aut impaffibilitas eũ cohibet, nõ libera difplicitia, ex timore, & amore Dei nata. Talia hñc nõ dimittũtur nec quo ad pnam, nec quo ad culpã: & fic moriens fecũ ea defert in alio feculo purgãda. Hæc doctrina ftabilitur per verbũ Chrifti. Quicũq; dixerit: vbi dat tacitè intelligere aliqua peccata leuiora remitti in alio feculo poffe fic & doctores facri intellexerunt, & pro illorum emendatione neceffariũ eft purgatoriũ post hanc vitã: Et hæ funt duæ caufæ futuri purgatorij, nepe pna remanès mortaliũ, & venialia nõ remiffa. Tertia caufa eft vetus homo, fomes peccati innata illa cupiditas, quæ eft radix omnium malorum ab Apoftolo quoque vocatur vetus fermentum lex membrorum. Ad hanc autè eneruandã, & expurgandam omnis adultus tenerũ, Expurgate vetus fermentum, &c. Hanc crucifixionẽ & mortẽ baptifmus fignificat, cuius fignatũ profe qui tenemur. In qua mortificatione fi fegnes fuerimus purgabimur post vitæ curticulũ acriorib' pnis. Siquidẽ ad deiformis regni ingreffum exigitur veftis nuptialis charitas ab omni cupiditate

Mat. 12.

1. Cor.

Matt. 22.

pniffima. Obiicies forrè latronem dextri lateris crucifixi faluatoris, qui tardè cõpũctus celerẽ inuenit remiffionẽ. Perpende in illo latrone magnitudinẽ fidei fuę, internæ cõpunctionis, cõftantis confeffionis, ingentis zeli pro innocẽtia Chrifti. Vidit corporeis oculis Chriftũ iuxta fe pendentẽ, condemnatum, & morti addictum, vt latronem, & credidit ipfum regem habentem in futuro feculo æternum regnum, poffeque ipfum faluare, & in fuum regnum fufcipere. Sperauit in eius mifericordia, quam implorauit, feruentem habuit de fuis peccaris compunctionem. Confitebatur ipfum ore ea hora qua ab hominibus blafphemabatur, & deridebatur, qua à difcipulis fuit derelictus, & qua eum nemo publicè confitebatur, & pro eius innocentia zelans focium ipfum blafphemantem increpauit. Vide quã ftupenda pœnitentia, verè mutatio hæc dextræ excelfi eft. Vnde non indignum foret de hac celebrare feftum, quemadmodum & de conuerfionẽ Pauli. Verendum tamen talem conuerfionem effe rariffimam. De vno latrone non de pluribus hanc tantam legimus in fcripturis fanctis, fatemur tamen Deo adhuc non impoffibile. Verũm de tam celeri expurgatione neminẽ certificamus. Venit Chriftus in illa mirabili, & miraculoſa conuerfione, omnibus peccatoribus fpem dare gratiam cõfequi poffe, etiam in hora mortis, nulli autem peccãdi indulgere fiduciam. Obiicies deinde meritum & fatisfactionem Chrifti exuberantiffimam pro peccatis noſtris, & proinde non effe opus noſtra fatisfactione colliges. Respondetur

Christi passio, & satisfactio præcipue est ad placandam cœlestis patris iram pro hominis offensa, ob quam æternam meruit pœnam, unde principaliter respicit culpam, & æternam pœnam sibi quadrans quamquam consequenter ad omnem pœnam diluendam sit sufficientissima, cum Christus eandem pro temporali pœna abolenda vult offerri patet. Verum ex scriptura non probatur quod passio pro quibusvis tali offerat pacto: nihil secius satisfactio Christi Iesu omnium nostrorum satisfactionum est fundamentum, per quam & à patre cœlesti acceptantur, alioquin nec sufficientes, nec acceptabiles. Per hoc diluuntur plurima scripturarum testimonia ab aduersariis aduersus nostram inducta satisfactio, unde Apostolus, In quo habemus redemptionem, &c. & Lucas, Hinc oēs propheta, &c. & Ioānes, Si cōfiteamur peccata nostra, &c. Item sanguis Christi, &c. Ad uocatum habemus, &c. Lauit nos in sanguine, &c. Quem proposuit, &c. Peccata nostra, &c. Posuit in eo, &c. Ex his igitur euidenter satis cōcluditur, quod Christus sufficienter satisfecit pro omnibus delictis, immò superfluent, dico recōciliās patri hominē, expiānsque oēs peccato debitas pœnas, quantum est ex parte sui, quia plus obtulit Deo patri, quam meruerint peccata nostra, sed nō efficienter quantum ad nos, quia Deus requirit etiā satisfactioem nostram, non propter passionis Christi insufficientiam, sed ut qui deliquimus ipsum etiam delictum in nos vindicemus, ut qui in peccando, quantum in nobis fuit, aliquid debiti honoris, debitæque obedientiæ Deo subtraxi-

Ephes. 1.

Act. 10.

1. Ioan. 1.

Heb. 9. et 2.

Apo. 1.

Rom. 3.

1. Pet. 2.

Esa. 53.

mus pœnentes aliquid delectabilis, vel utilis nobis auferamus, quod Deo in honorē, ac sacrificiū offeramus. vide Bunderium. His suppositis affer locos sacra scripturæ, vnā cum interpretatione factorum Doctorum, maxime veterum, sicut habes in operibus eorum, qui aduersus hæreticos conscripserunt. Quod si aduersarius dixerit eum nō esse genuinum sensum, obstitas illi, & secūdo supposito cōprobans eū esse verū scripturæ sensum, quem Ecclesia hætenus ex eis locis collegit, &c. Tandem proferas beatum Augustinū, qui ut curam pro mortuis agendam ostenderet, duplici utitur testimonio imprimis locum ex Machabeis citat, quo ostendit oblatum pro mortuis sacrificium, nō absteritum quod hic liber in Canonem Iudæorum non sit receptus, sed solo contentum quod Ecclesia eum librum certè antiquissimum, veluti impium non reiecit: adde quod & deinceps receptus fuerit in Concilio Carthaginensi. Tertio presente diuo Augustino iam præterire mille & centū anni, & amplius. Sed (ut aiūt Gregorius Nanzianenus, & Hieronymus) hæreticorum mos est à tempore Simonis Magi, ut reiciāt libros qui eorū erroribus aduersantur, quod practicatū fuit, teste Ambrosio per Arrianos, Manichæos, & alios. Manichæi respuebāt verus testamentū. Serdon hæreticus solū Lucæ Euangeliū, assertore Tertulliano recipiebat. Ebion (ut ait Hieronimus) solū Matthæi Euangeliū. Eusebius Cæsariensis refert Severum reiecit omnes Pauli Epistol. & Actus Apostolorum. De his verò, & similibus B. Augustinus, sic diuinas scripturas accipiunt,

7. et 3. artic.
iii. de suscipia.De cura pro
mort. agenda.
Mach. 12.Lib. de bono
p. seuerantia
& seu predesti-
natio sanct.
c. 11.

vt suo quodā priuilegio, immo sacrilegio quod volunt sumant, & quod nolunt reiciant. Deinde beatus Augustinus totius Ecclesiæ vniuersalem consensum adducit, cuius non paruam, sed maximam auctoritatem esse contendit. Proferat nunc in medium diuum Clementem, diuū Dionysium Areopagitam, & alios consequenter veteres auctores, quorum locos reperies in libris aduersus hæreticos editis. Postremò dicas probatam vitam alicuius, multum addere testimonio illius, cum & in ciuilibus testis infamatus repellatur, Et confert vitam hæresiarcharū moribus Catholicorum Doctorum, & iudicet quis sanæ mentis quibus sit adhærendum. Ex superioribus igitur liquet peccata quædam post hanc vitam dimitti, non mortalia quidem quantum ad offensam, & æternam pœnam, sed duntaxat quantum ad temporalem pœnam. Venialia verò remittuntur & quantū ad offensam, propterea quod nihil sit venialis culpæ remissio, quàm temporalis pœnæ eidē debitæ persolutio. Transiēte enim veniali actu nihil manet in peccatore, quàm obligatio ad temporalem pœnam, quare si hæc soluat, nihil prorsus restat. Quod si hæc assertio non placeat, dicas venialia quātum ad offensam in morte remitti, propterea quod Deus tunc in hūc finem acceptet bona quæ egit prius, quæ quidem antea non acceptabat in remissione horum venialium: cum peccator perseverans in venialibus poneret hætenus obicem. Quod si neuter horum modorū arrideat, dic veniale peccatum remitti posse in alio sæculo per merita he-

minum viatorum, & suffragia Ecclesiæ, quibus non solum pœna temporalis remittitur, sed & veniale peccatum. Et ad hoc adduci potest illud Barruch: Domine omnipotens Deus Israël audi nunc omnes orationes mortuorum Israël, & filiorum eius, qui peccauerunt ante te.

Barruch. 3.

DISTINCT. 21. QV. 2.

Astringitur confessarius detectum sibi in confessione scelus in omnem euentum celare?



Vanus confessarius non in persona Dei, sed in propria, veluti altissimi minister, peccatorum defectus agnoscat, quemadmodum & in propria absoluit persona: nihil secius iure naturæ tenetur sibi hoc modo reserata facinora perpetuò abdere. Illud autem naturæ ius reseratur, vbi dicitur, omnia quæcumque vultis, &c. & Prout vultis, &c. Vbi nobis præcipitur, vt quæ vellemus secundum rectam rationem nobis exhiberi, eadē & nos aliis vicissim præstemus, Quomodo intelligitur illud Matthæi: Diliges proximum tuū sicut teipsum. Quilibet autem secūdū rationē vult propriam famam illēsam seruare, & ex consequenti crimen admissum occultari, iuxta illud Ecclesiastici: curam habe, ibi in æternum, &c. Et melius est bonū nomen, quā diuitiæ multæ, ergo & ipsum aliis desiderare debet, & facinus eorum (ne propterea infamentur) celare. Huc accedit fidelitas, quam quilibet alteri eodē iure seruare debet, Qui ambulat fraudulenter, reuelat secreta, &c. De idē & promissi custodia pollicetur:

Matth. 7.
Luc. 6.

Matth. 22.

Eccles. 41.
Proverb. 22.

Proverb. 11.

C. 8. Zachar.

Matth. 18.

Eccles. 8.

De pœnit. di-
stict. 6. Can.
Sacerdos.
De pœnit. et
remiss. ext. c.
omnis vtrius-
que sexus.

siquidē saltē virtualiter ipsi peccatori confessarius promittit quod nō deteget peccatū, sicut igitur pollicitis, dicēte Zacharia: Loquimini veritē, &c. Astringitur etiā cōfessarius diuino iure, quo prohibetur cui liber ne alterū ab obseruatione legis euangelicę retrahat, vnde illud Matthæi: Qui scandalizauerit, &c. Retrahetur autē peccatores ab obseruatione huius Euāgelici præcepti de confessione faciēda, si confessarius peccata reuelaret, quo fit vt hoc quoq; iure ad ea celanda cōstrictus sit. Er quoniam homines magis verentur humanū præceptum, quā diuinū, iuxta illud Ecclesiasticū: Etenim quia non profertur citō cōtra malos sentētia, &c. Adiecit Ecclesia & pœnā cōfessariū hoc præceptū transgredientibus, vt patet ex lure canonico: Sacerdos ante oīa, caueat ne de his qui ei confitentur peccata alicui recitet: nā si hoc fecerit deponatur & omnibus dieb; peregrinādo ignominiosus pergat. Item, Caueat omnis vtriusque sexus ne verbo, vel signo, aut alio quouis modo prodar peccatorem, quod si fecerit deponatur, & in arctissimū monasteriū ad agendā pœnitentiā detrudatur. Nec solū sacerdos tenetur sibi peccata cōfessa celare, sed quicūque eorū habuerit notitiā aut per imprudentē confessariū, aut audiendo confessionem ipsam. Quod si quāpiam dolosē alterius confessionē auscultauerit, mortaliter peccat, vnde, Virū sanguinū, & dolum abominabitur Dñs, & non solūm dū pœnitēs viuūt, sed etiam ipso defuncto, propter supradictas rationes. Insuper & cuiq; etiā superiori, licet id præceperit, non licet reuelare, quia nō ha-

beat auctoritatē super diuinū ius: & non solū peccatum ipsum celare debet, sed & circūstantias per quas posset deuenire quis in notitiā peccatorū. Cōsimili ratione tenetur quis quodcunque secretum sibi extra confessionem detectū, celare, nec solūm quādo exprimit cōmittens se velle illud committere secretū, sed quomodo cumque ex modo committēdi apparet, quod velle illud esse secretum, vt si quis committat alteri literas sigillatas, &c. Qui secus agit calumniator habetur: & infamis. Veruntamen si secretum hoc extra confessionē cōmissum vergeret in detrimentum reipublicæ, aut tertiæ personæ, vtique tunc reuelare posset: quia est bonum commune præferendū particulari. Sigillo autem confessionis non potest dari maius bonum, quia est bonum fidei & charitatis. Quare propter quodcunque detrimentum reipublicæ, aut alterius nunquam detegi debet.

Ext. de Calumniat. cap. cum dilectus.

DISTINCT. 22. QV. VNICA.

Redeuntne semel dimissa pœnitenti peccata?

Peccatum frequēter actum vitiosum internū, aut externum designat, propius tamen deformitatem seu priuationem rectitudinis debitam illis actibus. Nonnunquam verò & reatum (obligationem ad pœnam peccatis commertam) denotat, vt impresentiarum. Quocirca peccatum hoc tertio modo acceptum potentia Dei obseruata, idem vtique numero re-

*Ezech. 18.**Psal. 31.**Heb. 3.**1. Cor. 9.**Esai. 38.**Esai. 44.**Ioelis 1.*

dire potest, licet per resipiscenciam dimissum fuerit: potentia tamen Dei ordinata (hoc est qua communiter vtitur conformiter ad ea quæ nobis de ipso sacræ produnt literæ) nusquam redit, dicente Deo per Ezechielem, si autem impius egerit pœnitentiam, &c. Huc accedit beatus Augustinus in Psalmum, Beati quorum, &c. Et fere bona pars Doctorum in illud Nahum. Non iudicabit Dominus bis in idipsum, & non consurget duplex tribulatio, licet Hebræi aliter interpretentur ad literam. Quod si dixeris bona opera mortificata reuiscere in pœniteute iuxta illud Hebræorum: Non enim iniustus est Deus, &c. & illud Corinthiorum: Dispersit dedit pauperibus, &c. & à simili peccata quoque remissa, in recidiuante denuò imputari, Responderetur non esse simile, & dissimilitudo primum prouenit ex misericordia Dei (Quæ superexaltat iudiciu) in cuius acceptatione perpetuò bona viuunt opera, vt constat ex prædictis duobus locis Apostoli, & ex facto Ezechie dicentis: Etiã post superbiam peccatũ memero, &c. Peccatorũ autẽ omnino obliuiscitur, quãtum ad vindictam, iuxta illud Esaia: Deleuit vt nubẽ iniquitates tuas, &c. Deinde & istud diuinæ competit iustitiæ. Iniustum siquidem foret peccatum cui æterna debita pœna in temporalem commutata fuit, & hac persoluta quempiã rursus puniri. Iustum autem est, vt merces bonorum operum, quæ nunquam illi exhibita fuit reserueretur, vt post resipiscenciã eidem reddatur. Vnde Hieronymus in illud Ioelis: Reddam vobis agros, &c. id est, non patiar perire vbertatem spiritualiũ, quam perdi-

perdidistis per peccata. Adde quòd opera meritona non possunt condignè remunerari per similem commutationem temporalem, quare nec iuste præmiari, nisi beatitudine cœlesti. Dices inde sublequi resurgẽtem à peccatis, ad maiorem resurgere gratiam, quàm esset illa in qua erat quando cecidit. Illud sanè non colligitur, nec gratia, quam prius habebat illi restituitur, sed gloria dũtaxat quæ debetur suis meritis. Quia adhuc illam non habuit, sed erat illi solũm præordinata à Deo, & præterea habet gradum gloriæ correspondẽtẽ bono actui, quo resurgat à peccatis, & sic resurgit quidem ad maiorem gloriam, intellige de gloria correspondente meritis solũm, quia non restituitur illa, quæ respondebat gratiæ, cùm & gratia illi non restitueretur, sed non ad maiorem gratiam. Quia illa datur iuxta dispositionem resipiscencis intentẽ, vel remissẽ. Et talis dispositio est conuersio in Deum, & auersio à peccato. Vnde Psalmista, Præparationem cordis eorum &c. Et Hieremias, Hominis est præparare animam suam. Ergo inquires ex peccato commodum refert, nempe gradum illum superadditum gloriæ, immò incommodum maximum. Quia opera quæ exercuit in peccato, non fuere Deo grata. Si linguis hominum loquar &c. & Qui offendit in vno, bona multa perdit, nec redditur illi gloria præhabita gratiæ correspondens. Resolutio ergo doctorum est, quòd resipiscens non semper resurgit ad maiorem gratiam, sed aliquando ad æqualem, aliquando ad maiorem

1. Cor. 3.

aliquando ad minorem, secundum dispositionem, qua disposuit se ad illā. Cū verò dicitur q̄ semper resurgit quis ad maiorē gloriam, intelligit de gloria quæ debetur meritis solūm, nō de ea quæ debebatur gratiæ. Quare fieri potest vt simpliciter ad maiorem resurgat gloriā, si priusquam caderet, magnā haberet gratiā, cui plures glorię gradus debebantur, & subinde remissē respiciat, propter quod & remissa illi dabitur gratia, & gloria eidem correspondens minor erit gloria correspondēs gratiæ, quā habebat priusquam offenderet. Non desunt nihilominus interpretes Scoti qui asserant gratiæ seorsim non correspondere aliam gloriam ab ea quæ correspondit actui: Immo aiunt gloriā primō, & precipuē correspondere meritis, & secundariō, & per accidens, gratiæ: Vnde colligunt quod quia peccator resurgit ad omnia merita quæ habuit, quod etiam resurgat ad omnē gloriā quæ prius eidem debebatur. Prima tamen assertio contextui doctoris propius accedit. Ex his collige aliquando dānatum habere ius maius ad maiorem gloriam, quā aliquis saluatus. Cū autem doctores asserunt dimissa peccata redire, & id ex parabola illa Matthæi colligere videntur, id planē intelligi debet, quod dimissa peccata redeant non quidem quantum ad reatum, aut substantiam, sed tanquam circumstantia aggravans, id est remissio peccatorum præhabita aggravat subsequens peccatum. Si enim dederis duos, qui ex æquo deliquerint, & vni peccatum fuerit remissum, alteri verò non, Si hi duo denuō offendant Deum eodem scelere, & æquō

Matth. 18.

vndique graui, præterquam quod vni præcedens dimissum fuit peccatum, hic vtrique grauius offendit. Primum quia quando cuiuspiam immerito confertur beneficium, is lege gratitudinis magis est benefactori deuinctus, quā esset alius, qui beneficium quadantenus promeretur, Atqui peccatori qui nihil promeretur quā pœnam æternam, Deus gratiam confert, quare consequitur ipsum peccatorem ratione huius beneficii plus esse obligatum Deo, & ex consequenti grauius delinquere. Vnde Christus arguit ingratitude decem leprosum, & Apostolus ait, Thesaurisas tibi iram &c. *Luca 17.* Et omnes doctores asserunt omne beneficium siue temporale, siue spirituale aggravare sequēs peccatum, dummodo non ignoretur inuincibiliter, & hoc indicauit Christus, Ecce sanus effectus es &c. Deinde quia quantum quis tenetur quippiam perficere pluribus præceptis, seu obligationibus, grauius delinquit si transgrediatur: Atqui is cui semel fuit dimissum peccatum, tenetur immunem se à peccatis seruare. Primum ratione vniuersitatis præcepti ipsius Dei: Deinde & ratione propositi, & promissionis qua decreuit in posterum cauere peccata: Displicet enim Deo infidelis, & iniusta promissio. Ergo is grauius peccat. & sic interpretanda venit parabola apud Matthæum, nempe quod seruus ille nequam, & quilibet rursus delinquens eidē pœnæ adiudicatur, ad quam priusquam respiceret, fuerat obligatus, non ad eandem quidem secundū intentionem, sed secundū extensionē,

*Luca 17.**Rom. 2.**Ioan. 5.**Eccles. 5.**Matth. 18.*

Quia ad æternam pœnam quæ & aggrauatur ratione huius circumstantiæ ingrati tudinis, & infidelitatis. Ad hunc modum interpretare & illud Iacobi, Qui in vno offendit, vtrique quantum ad æternam damnationem, ad quam ad iudicatur quis pro vno peccato solo, sed nõ quantum attinet ad grauitatem pœnæ. Item factus est omnium reus in charitate, quia læsit radicẽ omnium bonorum. Item factus est omnium reus dispositiuẽ. Nam vt ait Gregorius, Peccatum quod pœnitentia non diluit, mox suo pōdere ad aliud trahit. Exemplo est ipse Petrus.

Iaco. 2.

DISTIN. 23. QVÆST. VNICA.
Est ne extrema vnctio sacramentum noua legis?

Nemo sanę mētis ambigit Deum posse constituto in extremis venialia remittere peccata, & eius remissionis instituire certum aliquod, & efficax signũ (cũ & homines operum suorum certa aliqua signa instituere possint). Quod & congruum fieri constat, quatenus moriturus à venialibus, quæ quasi assiduẽ quiuis committit, iuxta sacrã scripturam, Septies in die &c. Si dixerimus &c. In multis offendimus omnes &c.) certò absol uatur, nec eum ab ingressu æternæ beatitudinis remorentur, In quam nihil coinquinatum intrabit. Hoc quoque signum institutum fuisse à Christo constat ex diuo Marco, qui narrat Apostolos vnxisse multos ægros, quod propria temeritate fecerunt minimẽ, sed ex Christi cõ-

Prouerb. 24.

1. Ioan. 9.

Iaco. 4.

Apoc. 21.

Mar. 6.

Sacramentũ

extreme vn-

ctiois à Chri-

sto institutũ.

missione. Neque enim in principio prædicationis permisit eos Spiritus sanctus tam turpiter, immò perniciosẽ errare. Huius certa probatio est quòd Deus factum eorum approbavit curans taliter immundos etiam à langoribus corporalibus. Postmodum hoc sacramentum prædicatum & diulgatum est per beatum Iacobum, Infirmatur quis in vobis &c. Non enim Iacobus hoc sacramentum instituere potuit, tãquam signum certũ alicuius effectus diuini, cuius efficientia nõ in eius, sed solius Dei depēdet potestate: Quare fuit publicator, non institutor. Solet autem hoc pacto definiri. Extrema vnctio est vnctio hominis infirmi pœnitentis facta in determinatis partibus corporis, cum oleo consecrato ab Episcopo, ministrata à sacerdote, simul verba certa cum intentione debita proferente, ex institutione diuinã efficaciter significans curationem finalem venialiũ. Circa verò istud sacramentum quædam sunt principalia, quæ exprimuntur in sacra scriptura, vt pote quòd est vnctio hominis infirmi, quòd fit per presbyteros Ecclesiæ, quòd fit cum orationibus, quòd fit in nomine Domini, in fide, & expectatione effectus spiritualis à Deo. Quædam sunt ad maiorem solemnitatem, vt est quòd oleum ab Episcopo fit consecratum. Æquum enim est, & iustum, vt omnia quæ in diuinos vindicantur vsus, per verbum Dei & orationem sanctificentur, Reliqua verò suscipientem concernunt, & ministrantem.

Iacob. 5.

Extrema vnctiois definitio.

1. Tim. 4.

19. de ciuit.
Dei cap. 13.

Dratemissa ordinis generali descriptio-
ne data ab Augustino qua dicitur
parium, & dispariū sua cuiq; tribuens
loca dispositio, prout præsentem designat
materiam, & iuxta mentem bonæ partis
theologorum negantium Episcopatum ordinē
esse. Ordo utique est gradus eminent in Ecclesia
disponens de congruo actum aliquē ad consecrationem,
vel dispensationem Ecclesiæ pertinentem. Canonistæ
verò tenentes Episcopatum ordinē esse, reiciunt
postremam partē, dicentes ordinem esse gradum
eminentem in ecclesia disponentem ad aliquē actum
sacramentalem exequendū, quorū planē assertio non
est absōna, cum Episcopis competant gradus aliqui,
vt ordines conferre & cōfirmare, qui sacerdotibus
non conueniunt. Deinde potestas eis in consecratione
collata nequit per superiorem auferri. Quia consecratio
minor auferri nequit, & hoc modo posset dici
Episcopatus superior aliis ordinibus, q̄ illi plures
actus conueniant, in quibus nobilissimus cōtinetur,
qui est Eucharistiā cōficere. Non est tamen id
necesse fateri, cum Episcopo ratione talis ordinis
nō cōpetat actus excellēior eo q̄ cōpetit sacerdoti.
Numerus verò ordinū iuxta prædictā definitionē
ex mēte theologorū est septenarius, qui latius à
Magistro & admodū cōmodè explicantur. Eorundē
verò ratio à doctore sic traditur ad cōsecrationē
Eucharistiæ pertinet sacerdotium, ad eius dispen-

Extr. de consecrat. eccles.
cap. aqua in glos.

sationem saltem sanguinis, diaconatus, ad materiam
dispositionem subdiaconatus. Vnde isti tres
ordines dicuntur sacri, Quia immediatē disponunt
ad aliquē actum circa Eucharistiā, alij autem
quatuor remotē disponunt ad eundē. Acolithus
disponit populū quantum ad feruorē affectus
deferens cereos, Lector quantum ad cognitionem
intellectus, Ostiarius arceat homines indignos,
Exorcista verò dæmones. In primitiua tamen
Ecclesia, quia tunc pauci erant credentes quare
& pauci sufficiebant ministri ad dispensandam
eis Eucharistiā, non oportuit ministros in
singulis gradibus institui. Vide solutionem
tertij argumenti apud doctore. Obserua nihilominus
ordinem nō esse sacramentū propriē sic accipiēdo
ordinem pro gradu eminenti, cum is gradus
spiritualis sit, Sacramentum verò sensibile
signum. Sed ordo potest dici sacramentū accipiēdo
ordinem pro ordinatione, seu institutione in gradu
Ecclesiæ, quæ fit à ministro idoneo certa
verba proferēte, cum aliquo signo visibili
ministerium eius ordinis repræsentante &c.
Est istud sacramentum vnum (licet septem
contineat) vnitare generica. Porro ecclesiasticus
ordo non est humana præsumptione inuentus,
sed diuina institutione ordinatus. Christus enim
instituit, & institutum reliquit Ecclesiæ, in
optima hierarchia statui viæ competentī. Adde
quòd etiam Apostoli nihil in signe in actibus
solemnibus præcipuè Ecclesiam concernentibus
gesserunt sine institutione, reuelatione, aut
commissione diuina, alioquin rexif-

sent ecclesiã Spiritu humano: Ipsi autẽ ecclesiã ministros manuum impositione instituerunt, ex quo concluditur eos hoc ex diuina institutione recepisse. Quod autem sic ministros instituerint, patet ex gestis & scriptis Pauli, & actis Apostolicis, Noli negligere gratiã &c. ubi plenẽ loquitur de gratia sibi salubriter pro episcopatu administrando collata. Item, Admoneo te vt resuscites &c. Vide insuper electionem septem diaconorum. Facultatem autem instituendi & ordinandi ministros ecclesiã ab Apostolis per Spiritum sanctum esse datam successoribus, clarẽ ostendit Paulus scribens ad Titum dicens, Huius rei gratia reliqui te Crete &c. Eandem quoque facultatem Timotheo dedit, quem Ephesinum Archiepiscopum ordinauit.

DISTIN. 25. QVÆSTIO I.

Impeditne ab ordinis susceptione, & collatione canonica pœna?



Canonica pœna definitio.

Canonica pœna septuplex.

Depositiio quid.

Degradatio quid.

Canonica pœna ea utique est quæ per canones, aut secundum eos infligitur, prohibens aut arcens punitum ab aliquo gradu ecclesiastico, qui alias eidem liceret. Sunt autem numero septem, depositio, degradatio, infamatio, irregularitas, excommunicatio, interdictum, & suspensio. Depositiio est totalis amotio à clericali statu. Degradatio est remotio à determinato gradu ecclesiastico. Caue tamen ne propterea existimes characterem ordinis aut ipsos ordines tolli, Sed aufertur facultas exercendi actus ipsorum

ordinum & priuilegium clericale. Porro hæc pœna nunquam de iure seu ipso facto incurritur, sed infligendæ sunt à iudice, & hoc propter peccata enormia hæresis, schismatis, & reuelationis, confessionis &c. Nec potest hæc pœna remitti nisi per summum pontificem. Infamia est status lætæ dignitatis quantum ad vitam & mores. Incurritur autem à iure propter crimen publicum publicè commissum, vt est periurium, aut aliud quoduis crimen publicum propter quod ius determinat aliquem fore infamem. Deinde à iudice coram quo probatur crimẽ eius, iudicatur infamis. Peccata autẽ propter quæ quispiam infamis dicitur, habentur in iure canonico. Infamis verò dicitur qui de crimine aliquo publicè accusatur, & remediũ eius est purgatio canonica. Remedium verò contra infamiam est restitutio in integrum ab eo qui potest restituere. Irregularitas est inhabilitas ad susceptionem, & executionem actuum ordinum. ipsa frequentius infligitur à iure. Primò ex quibusdam criminibus, veluti ex Symonia, quæ potest esse in ordine, vel in beneficio. In ordine dupliciter, primò scienter, quando videlicet ordinatus scit se symoniacè esse ordinatũ, & tunc solus Papa dispensat. Secundò ignorantia inuincibili, vt puta quãdo alius ipso incio pecunias dedit vt ordinaretur: Et tamen non dicitur irregularis, nisi exqueretur actus ordinum postquam est horum certior effectus. Quare cessare debet, quousque à suspensione liberetur. Symoniacus verò in beneficio

Infamia quid.

6. qua. i. can. infames.

Irregularitas quid.

non adeo grauitur punitur. Tamen postquam sibi constat quod symoniace illud obrinuerit, debet resignare, & restituere cuncta que accepit. Deinde fit quis irregularis ex furto in ordine, quando videlicet contra voluntatem Episcopi ordinem suscepit, aut omittit prius aliquem ordinem prius suscipiendum. Quod si episcopus id prohibeat per excommunicationem videlicet ne quis alterius diocesis, aut non habens dimissorias, seu non examinatus se ingerat, dispensari nequit nisi per Papam, Si verò non adfuerit talis interminatio, per episcopum dispensabitur. Præterea incurritur irregularitas ex crimine, quando quis exercet actus ordinis, quem non suscepit, vt si non sacerdos celebraret: nisi haberet ignorantiam inuincibilem ordinis non suscepti. Postremò ex contumacia in pœnis Ecclesiasticis. Vt si quis excommunicatus, aut interdictus, seu suspensus sacramenta administraret, vel reciperet, nisi esset ignorantia inuincibilis. Secundò contrahitur irregularitas ex tribus quæ non sunt crimina in eo in quo sunt, videlicet ex seruitute illa despotica, seu misera ex illegitimatione, & mutilatione vel infirmitate enormi, vt si quis priuatus esset citra culpam suam aliquo membro. Tertiò contrahitur irregularitas ex aliquo quod indifferenter potest esse culpa, & non culpa, vt ex homicidio, & bigamia. Ideo quicumque fuerit causa interfectionis voluntariæ, vt est iudex ferens sententiam, tortor eam exequens, procurans, accusans, & testes, irregulares sunt. Item qui

interficat in bello etiam iusto, siue interficiens aggressorem cum moderamine inculpata tutelæ: Et hoc propter horrorem sanguinis effusi. Sed si aliquis det operam rei licitæ, & inuincibiliter ignoret alicubi esse hominem, si fuerit causa interfectionis, non efficitur tunc irregularis. Hæc tamen irregularitas non est nisi ex iure canonico, & humano. Similiter qui contrahit cum vidua, aut cum duabus vxoribus efficitur irregularis, Vnde illud Pauli, Vnius vxoris vir &c. Quod si hæc ante baptismum nõ fuerint peracta nõ causant irregularitatē, Quia sunt pœnæ iuris canonici, cui ante baptismum nullus subiicitur, Iuxta illud, Quid mihi de his quæ foris sunt iudicare &c. Excommunicatio maior videlicet (quæ solùm est pœna canonica) non minor est separatio à communicatione fidelium in sacramentis, & actibus legitimis. Infigitur autem quandoque à iure, quandoque vero à iudice: Attamen à neutro inferri debet, nisi ob scelus mortale, cui iuncta est contumacia. Vide resolutionem distinct. 19. Relaxatur verò per absolutionem eius qui excommunicauit si fuerit à iudice: Si verò fuerit à iure, relaxatur per simplicem sacerdotem, consentiente D. Thoma & Richardo, modò superior nõ reseruauerit sibi. Oppositum tamen tutatur Scotus. Sed fauores sunt ampliadi. Itē in pœnis benignior est interpretatio faciēda. Interdictum est arctatio à quibusdā actibus ecclesiasticis exercendis, aut eisdē assistendi. Interdicitur autē quandoque persona, frequētius locus, quādoq; vtrunq; Infigitur

1. ad Tim. 3.

1. Cor. 5.
Excommunicatio quid.Ext. de sentent. excom.
cap. super.De reg. in.
in. 6.
Interdictum quid.

autem à iure, vt contra receptantes vsurarios extraneos, frequentius à iudice propter multa communiter propter inobediētiam populū alicuius loci. Remittitur verò ab eo qui intulit, & quandoq; à iure. Suspendio est prohibitio à diuinis per certum tēpus, quare finito statuto tempore ipso facto suspēsus liber est. Infigitur quōdoque à iure, quandoq; iudex enim qui contra iustitiā, & conscientiam quidpiam agit in iudicio, in grauamine partis, propter satisfactionē ad quam tenetur parti lesæ, suspēsus est per annum ab officio. Frequenter verò infligitur à iudice. Aufertur verò per eum qui eā tulit, aut per superiorem illius. Hæ autem pœnæ non impediunt ordinū collationem, aut receptionem de facto, propterea quòd vnà cum illis pœnis steratio ministri, suscipientis intentio, & reliqua necessaria. De iure autem prohibent, sic quòd illicitè contrarium attentatur. Quia Ecclesiæ collata est potestas ordinandi, vt patet ex præcedenti resolutione, Quare potest reicere quos meritò iudicari repellendos. De prima tamen, nempe de depositione, aut degradatione variat canonistæ, & theologi. Eorum tamen opinio habetur verior, qui & Episcopatum asserunt esse ordinem, & depositionem non impediri simpliciter ab administratione ordinum.

DISTINCTIO. 25. QVÆSTIO 2.

An sexus muliebris, aut atas puerilis ordinum susceptionem impediatur?

CVM ad ordinum susceptionem contingat quempiam trifariā impediri, Primò quia honesta, seu debita cū præparatione eodem suscipere nequit: Deinde quia nō licitè, seu absque peccato: Postremò etiam quia si præsumatur, nihil præstat. Vtique paruulus vsu rationis carēs, aut decimūquartum annum ætatis nondum attingēs, primis duobus modis sacros recipere ordines nequit: Tum quia puer non potest se disponere, vt honestè, & reuerenter suscipiat: Tum quia etsi paruulus nō offendat: minister tamen ipsum ordinās peccat transgrediens ecclesiæ præceptum. de facto autem potest, quia etsi actus ordinum exequi nequeat, potestas tamen, seu gradus eos exequēdi potest tempore actus illos præcedere, & propinquam potentiam: Nec requiritur ibi consensus aliquis, seu intentio, vt ait Durādus, Sufficit enim quòd non dissentiat. Huc accedit caput vnicū de clerico per saltum promotō: Ex quo elicitur primū quòd si Episcopus superiorem ordinem omisso inferiori concedat, verè sit talis ordinatus: Deinde quòd si sacerdotiū, non habenti rationis vsū cōcedat, vel cōferat, verè confert. Ratione constat, quia sacramēta, quæ nō habēt contractū matrimonium, nihil requirūt ex parte materia, nisi ipsam materiā, & intētionē ministri, & formā: sed paruulus est materia debita, Quia vir &c. Ergo si cætera adsunt, verè est ibi ordinū collatio: Sed emergit dubiū an puer ille obligetur ad continentiā, ad quā nullus nisi ex proprio consensu obligari potest, citra propriū

*Ext. de sen.
ten. excō. cap.
Alma mater
in 6. Suspendio
quid.*

*Cap. vii. ext.
de cler. per
sal. promotō.*

delictum. Respondetur ipsum quidem ad continentiam obligari, non ratione voti, cuius ipse non fuit capax, sed propterea quod ordini sacro annexa est castitas, & id planè iure diuino, saltem sacerdotio: Sic quod sacerdos iure diuino illegitimat ad contrahendum in futuro. Quare licet vxorati effecti fuerint sacerdotes nunquã tamen constat sacerdotem contraxisse, iuxta Scotum. Respõdetur quod in obligationibus specialibus, & particularibus nullus absq; proprio consensu obligatur, sed bene in obligationibus generalibus, quæ sunt ex statuto Dei, vel ecclesiæ. Sicut puer baptizatus cum fuerit adultus, tenetur ad legem euangelicam: Sic puer ordinatus, cum peruenerit ad rationis usum debet continere ex obligatione, & statuto generali ipsius Dei, & ecclesiæ, & non fit huic iniuria ab ecclesia, sed ab Episcopo ordinãte. Veruntamen B. Thomas in materia de voto, asserit presbyteratum nõ illegitimare ad contrahendum, nisi ex iure humano, Quæ de re posse cum tali paruulo dispensari, quia nõ obligatur ad castitatem obseruandam. Adultus tamen qui efficitur presbyter, tenetur castè viuere, propterea quod uouerit eam, saltè virtualiter, & interpretatiuè, cum sumpserit illud cui castitas annexa est iure positiuo Ecclesiæ. Paruulus autè nullo modo uouit. Quia etsi susceperit ordines, quibus annexa est castitas, non tamen suscepit uoluntariè, cum adhuc non sit capax uoluntarij, & inuoluntarij. Ideo dicit Panormitanus, q; si uoluerit gaudere priuilegio clericali, debet seruare castitatè: si no-

merit, potest vxorem ducere. Mulier autè nullo modo ordines suscipere ualet. Nã Christus instituens hoc sacramētum in cœna, & uesperis resurrectionis, cum solos Apostolos sacerdotes instituerit, abundè innuit solos viros materiam esse huius sacramēti. Adde quod nec matri omnium sanctissimæ vllum contulerit ordinē. Secus Ecclesia hunc gradum mulieribus nunquã abstulisset. Huc accedit Apostolus interdicens fœminis in Ecclesia loqui, seu publicè docere, quod tamen proprium est ordinatis. Insuper & natura ipsa easdem ab eminentia hac reiicit, quæ dictat mulieres, saltem post lapsum, debere subdi uiris ipsis: Quæ ratione etiam utitur Apostolus. Cum igitur idem Apostolus ad Galatas inquit, In Christo Iesu non est seruus &c. Respondetur id intelligi quantum ad gratiã & gloriam consequendam, non autem quantum ad gradum excellentem habendum.

1. ad Cor. 14.
Et 1. ad Tim.
2.

1. Cor. 11.
Ad Gal. 3.

DISTINC. 26. QVAESTIO VNICA.

*Utrum matrimonium fuerit institutum
immediatè à Deo?*

Cum prole procreare nõ sit actus ex se malus, aut ex se bonus, debitis utiq; circumstantiis ornari, ut bonitatè recipiat, expetit. Harum autè prima est finis, id uidelicet, uelle procreare prolem religiosè educandam ad ampliandum cultum diuinum, secundum illud Tobia, Et nunc Domine &c. Augustinus ergo super Genesim, Bonum prolis dicitur non proles ipsa, sed spes & desiderium quo proles quæritur, ut religiosè educetur & informetur.

3. Polit.

Gene. 14.

2. que. 3. can.
presens.Genes. 2.
Matth. 18.

Altera circumstantia ; quod sint determinata personæ . Siquidem vaga coniunctio est contra bonum prolis, familiæ, & ciuitatis. Quare merito Aristoteles politiam Socratis reprehendit: ille enim volebat communes esse mulieres, quemadmodum & Nicolaitæ. Tertia est quod huiusmodi personæ sint alligatæ indissolubili vinculo ob prædicta tria bona, & ne onera matrimonij eos inuicem disiungant . Porro hanc indissolubilem obligationem ex libera vtriusq; voluntate promanare oportet. Vnde in Genesi cum seruus Abrahæ expeteret Rebecham in uxorem Isaac, dixerunt parentes, vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem . Secus sequeretur forte dissensio, si sibi mutuo non placerent, & contemptus. Vnde canone, Præfens, Quod quis non eligit, profecto non diligit: quod autem non diligit, facile cõtemnit. Expedit quoque vt ibi sit contractus, Vnde nascatur hæc obligatio, quod donent sibi inuicem potestatem suorum corporum, Et quod isti actus per certa signa mutuo exprimantur : Alioquin neutri cõstaret de actu volûtatis alterius. Forma igitur huius cõtractus est, do si des, vel do vt des. Congruum est etiam istam dationem à Deo institui, & approbari, nam aliter nulli vellent se obligare ad tam difficile. Hoc autem factû fuisse patet ex Genesi, & Matthæo . Relinquet homo &c. Obserua tamen aliud esse contractum istum præcipi, & supposito contractu præcipi perpetuam adhæssionem. Primùm tamen, cum adest necessitas expedit præcipi, sicut factum est in Genesi,

in Genesi, Crescite, & multiplicamini &c. Secundum autem oportet pro semper dari, Iuxta illud Matthæi, Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Congruuit insuper prædicto contractui (cum honestus sit & difficilis) gratiam aliquo signo sensibili à Deo instituto annecti, seu sacramentum propriè dictum coniungi huic contractui, dicente Apostolo de virginitate, & matrimonio, Vnusquisq; propriû donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius verò sic. Quo verbo intelligere dat, non minus esse necessariû diuinû donum, vt coniugatus bene matrimonio utatur, quàm vt celebs bene contineat . Sed quando institutû fuit sacramentum matrimonij ? In statu innocentiæ fuit quidem institutum matrimonium, vt est contractus, sed non sacramentû matrimonij, cum omnia sacramenta habeat efficaciam à passione Christi præuisa, vel exhibita, sed neutrum horum tunc fuisset institutio. Tertio habetur ex verbo Christi, Quod Deus coniunxit, homo nõ separet &c. quod non modo primordiale approbavit institutione, verùm ipsam innouauit. Vt sit sacramentum noui testameti propriè dictû, non obstat quod expressè de institutione huius sacrameti non fit mentio in scripturis, cum argumentû hoc nihil concludat. Sufficit enim quod ex virtute scripturæ efficaciter elici possit. Equidem ipsa quoq; cõiunctio maris, & fœminæ primaria nõ probatur expressè scriptura à Deo esse facta, & tamen Christo teste à Deo est instituta . Ex sacris habemus quod oporteat baptizari, sed nõ habetur

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Matth. 19.

Matth. 19.

quando formæ baptismi dedit talem virtutem. Consimiliter dicendum de aliis sacramentis, quòd fuerint quidem ab ipso instituta, sed non constat quando. Forma autem huius sacramenti sunt verba prolata à contrahentibus, aut alia signa mutuuum consensum exprimentia. Si contrahentes fuerint muti, materia huius sacramenti sunt ipsi contrahentes, aut is qui est minister in contractu matrimonij, hoc est illi qui faciunt signa, aut proferunt verba ipsius contractus, vt parentes qui contrahunt pro filiis & filiabus præsentibus. Quòd si contraxerunt priusquam adeant templum, sacerdos subinde duntaxat solenniter celebrat sacramentum istud, & eisdem iterum administrat. Potest nihilosecius teneri sacerdotem solum esse ministrum huius sacramenti. Quare licet aliqui contrahunt, non est tamen ibi sacramentum, quousque contractus ille per sacerdotem celebretur. Et maiorem recipiunt gratiam, quam si seorsum contraherent, modò non ponant obicem, id est modò sint contriti debite, aut confessi. Effectus huius sacramenti propinquus est obligatio mutua, Remotus gratia gratum faciens, quia ibi confertur, modò pœnituerint. Obserua adhæc discrimen inter matrimonium contractû, & sacramentum matrimonij: matrimonium enim est vinculû, seu obligatio mutua contrahentium. Cõtractus matrimonij est mutuus cõsensus eorundem. Sacramentum autem matrimonij est signum sensibile (verborum vel gestorum) quo explicatur mutuus consensus ex institutione diuina effica-

citer signans gratiã cõferendã contrahentibus. Superest dubium dissoluendum, cum ex prædictis colligatur matrimonium institutum ad procreandã prolem, an possit quispiam vxorẽ ducere ad vitandam fornicationẽ. Variant doctores. Quandoquidẽ beatus Thomas, Bonauentura, & fere alij antiqui asserunt, quòd si quis vxorẽ cognoscat, ne ipsa fornicetur, vt puta quia ipsa debitum petit, benefacit, sed si petat vt vitet fornicationem in se solo, non referens in alium finem, venialiter delinquit. Scotus verò oppositum sentit, & melius, cum dicat Apostolus, Qui non potest continere &c. Item propter fornicationem. Quocirca cum matrimonium in nouo testamento sit institutum nedum in officium, sed in remedium, cum in hunc finem eo vtitur, non peccat, cum finis rectus sit. Sed vnde ostenditur honestas, & bonitas talis actus? Respondetur non ex ratione quidem naturali, sed ex vinculo indissolubili, & sacramento concomitante. Deinde & ex eo quòd Christus ob infirmitatem mortalium, & propensionem ad hunc actum hoc indulsit: Quam quidem indulgentiam existimamus factã fuisse p̄fcis temporibus. De illo verò qui propter delectationẽ matrimonio vtitur dicitur quòd si hoc animo id agat, quòd etiam si sua non esset, nihilominus eã cognosceret, mortaliter delinquit. Si verò noller nisi esset propria vxor, est veniale delictum: Martinus tamen dicit hoc postremum absque vicio fieri posse dicẽs hominẽ posse vti mediocriter delectationib⁹ absq; offensa,

1. Cor. 7.

DISTINC. 27. QVÆ. I. & 2.
fecus esset insensibilis: vitur autem is medio-
criter cum sua, Quare colligitur esse actum vir-
tutis & non peccatum aliquod. Præcedens ta-
men opinio melior est.

DISTINC. 27. QVÆSTIO 1.
Definitur ne matrimonium à Magistro?

*Matrimonij
definitio.*

Matrimonium ipsi magistro est viti, &
mulieris cõiunctio maritalis inter le-
gitimas personas vitam indissolubile
retinens. In qua sanè definitione vo-
cabulum cõiunctio nec actiuè, videlicet pro re-
spectu cõiungentis ad cõiungentem, nec passi-
uè, nempe pro respectu coniuncti ad coniun-
gès accipitur. Hæc enim non permanent nisi
quandiu agens agit, cum sint relationes prædi-
camentorum actionis, & passionis: Sed accipi-
tur coniunctio neutraliter, vt puta pro relatio-
ne ad aliquid, nempe pro obligatione qua per-
acto contractu. tali manent adinuicem astricti
coniuges: Perinde ac peccator cessante actu
vitioso, remanet obligatus ad æternam penã.

DISTINC. 27. QVÆSTIO 2.
*An consensus verbis expressus sufficiens sit
matrimonij causa?*

VT aliqui verè contrahant matrimonium
exigitur mutuus consensus, interior, ver-
bis de præsentì, aut aliis signis expressus.
Is porrò consensus non est causa efficiens pro-

LIBER QVARTVS. 357
priè illius vinculi, sed est dispositio præuia, si-
cut baptisimi. Et ordinis susceptio est disposi-
tio ad characterem, qui in horum sacramen-
torum receptione imponitur. Et si mutui con-
sensus non possint coniuges esse certi certitudi-
ne demonstratiua, & euidenti: sunt tamen cer-
titudine probabili, quod sufficit.

DISTINC. 28. QVÆ. VNICA.

*An solus consensus de futuro expressus verbis,
aut aliis signis sit causa matrimonij?*

IN matrimonio est mutua traditio
potestatis corporum, iuxta illud, Vir ^{1. Cor. 7.}
sui corporis potestatem non habet,
sed mulier: Qui autem quippiam
promittit, non illud tradit. Quamobrem cum
consensus de futuro (qualis est in sponsalia-
bus) non sit nisi promissio tradendi in futu-
rum, non sufficit is ad verum matrimonium,
sed desideratur præsens consensus, vt sit indis-
solubile vinculum, & sacramentum, quod de-
bet esse representatiuum signum, & non pro-
gnosticum. Quare licet Ecclesia iudicet verum
esse matrimonium inter eos qui post sponsalia
congregiuntur simul, nihilominus id non est
ob præcedentem consensum de futuro, sed quia
existimat interuenisse consensum de præsentì,
& quod affectu matrimoniali conuenerunt.

X x iij

DISTIN. 29. QVAEST. VNICA
DISTINC. 19. QVAEST. VNICA.
Sufficit ne ad verè contrahendum matrimo-
nium contractus consensus?



Vm nulla potentia cognitiua, aut ap-
petitiua ad proprios actus cogi queat
propterea quòd. ad eisdem naturale
habeat inclinationem: Neque volun-
tas ipsa (licet ad externos actus violentari pos-
sit) simpliciter, & absolute cogi poterit ad actus
suos elicitos, vel imperatos, sed duntaxat se-
cundum quòd metu, videlicet maioris mali,
quàm sit ille actus. Exemplum de proiciente
merces in mare metu naufragij, & istud accide-
re potest studioso viro, & citra offensam, mo-
dò dum sit certitudo saltem probabilis ex euen-
tu futuri mali quod timetur; ratione cuius con-
sentit alicui rei, cui secus non consentiret. De-
inde illud malum sit graue, & enorme, quale
est mors, mutilatio membri, perpetuum exilium
& is metus dicitur cadens in constantem virum:
vir enim constans, vt hæc effugeret, multa ad-
mitteret aliàs non admissurus. De constante vi-
ro ait Apostolus, Ego enim didici abundare, &
penuriam pati. Obserua tamen nullum metum
posse inducere quempiam licite ad peccatum,
Quia nõ potest esse maius malum ipso peccato:
Vnde, Nolite timere eos &c. Quapropter con-
sensus coactus meru cadente in constantem virum
nõ sufficit ad matrimoniũ, quod indicauit Deus
ipse dicēs, Vir adhærebit vxori suæ. Nõ autè ad-
heret quis ei quod tenet inuitò: Huc accedit cõ-
tractus Rebecæ, & quod ait Apostolus, Si vult

Li. 3. Ethic.

ad Philip. 4.

Genes. 2.

Genes. 24.

i. Cor. 7.

LIBER QVARTVS. 358

nubar tantum in Domino. Deinceps & ratio
huius contractus hoc cõprobat: Est enim datio
libera corpore contrahentium. Illud etiã cedit
in cõmodum prolis educandæ, & instituentandæ,
quod est finis ipsius matrimonij. Adde & con-
stitutionem ecclesiasticam.

Extr. de spõ-
sal. cap. Cũ
locum & ca.
ueniens 2. &
cap. consul-
tationi.

DISTINCTIO. 30. QVAESTIO 1.
Requiritur ne ad matrimonium consensus
sequens non erroneam rationem?

ERror eorum quæ sunt de necessitate & ef-
sentia matrimonij impedit cõsensum cõtra-
hentium, etiam si explicetur signo sensibili,
ne sit sufficiens ad matrimoniũ: Sed error eorũ
quæ non sunt de necessitate, & essentia matri-
monij, non impedit. Sunt autè tria matrimonio
necessaria: Primum personæ cõtrahentes. Secũ-
dũ mutua corporũ potestatum traditio ad pro-
creandũ prolẽ. Tertiũ mutuus consensus. Primũ
tollitur per errorẽ personæ. Vnde Iacob credēs
contrahere cũ Rachel nõ cõtraxit cũ alia tunc.
Secundũ aufertur per errorẽ deterioris cõditio-
nis. Propterea cõtrahens cum seruo emptitio,
quẽ putat esse liberũ, nihil facit, ob id quòd ser-
uus non habeat omnimodam libertatem sui
corporis. Tertium remouetur per dolum
alterius partis contrahentium, vt si vnus con-
sentiat, alter verò nequaquam, inter eos non
est matrimonium, non propter errorem, sed
propter defectum vnius causæ. Quare & per-
sona quæ verè consentit, non esset obligata.

cùm non sit hïc matrimonium. Quòd si is qui dolosè contraxit, alteri subinde indicauerit, nõ debet ista illi credere: Quare se debet gerere, vt vera coniux, ille verò pœnitere debet, & recenter consentire. Veruntamen si interea aliam verè duceret, secunda proculdubio esset vera illius vxor, sed deberet primæ satisfacere. Alij autem errores non impediunt, vt error qualitatis, vel fortunæ, vt si crederetur persona esse bona, & erit mala, diues, & est pauper, nobilis, & est ignobilis: Si tamen error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personæ, impeditur matrimonium, vt si quæpiam intendat cõtrahere cum filio regis, & alius ibi exhiberetur,

DISTIN. 30. QVÆSTIO 2.

Fuit ne verum inter Virginem sacram, & Ioseph matrimonium?

Nemo Christianus ambigere valet inter matrem Dei & Ioseph verũ fuisse matrimoniũ, cùm Euangelistę id certius indicent. Ait enim Mattheus dixisse Angelum ad Ioseph, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. & apud eundem, Genuit Ioseph virum Mariæ &c. Item & Lucas, Ascendit autem & Ioseph cum Maria desponsata sibi vxore pręgnante. Accedunt & auctoritates doctorum quas adfert Magister. Sed quare ipsa nupserit, quæ debebat concipere, & parere salua virginitate: quomodo deinde inter ipsos verum fuerit matrimonium: vtique

Matth. I. c.

*d. cap.
Luc. 2.*

ambigi potest. Et quidem multæ, & variæ à doctoribus adducuntur rationes, quæ tamen potius congruentiæ quædam, & persuasiones sunt quàm efficaces rationes. Primò vt Ioseph esset testis fidelis virginitatis Mariæ, vt puta quòd ipsa nec ab ipso, nec ab alio fuisset cognita. Deinde vt Ioseph curam & pueri, & matris gereret. Tertio propter honorem virginis, ne diceretur ex adulterio peperisse. Quarto ad morum formationem, vt detur virginibus exemplum vitandæ infamiæ &c. Ambrosius & Origenes addunt, vt partus diabolo celeretur, mylsteriũ videlicet redemptionis generis humani, licet hæc parum suadeant, quia æquè potuisset Dæmon integritatem virginis cognouisse, licet fuisset desponsata, sicuti si non nupfisset, si fuisset à Deo permissum. Dicerent Ambrosius & Origenes, quòd ea quæ fiunt in corpore, latent diabolum, cùm nõ audeat appropinquare, sicut hoc non audebat, ob sanctitatem Mariæ, ideo si nõ nupfisset, suspicatus fuisset eam esse matrem Messia, cùm nõ deprehendisset in ea peccatum: Cùm igitur desponsata esset, non id existimauit putans ex matrimonio ipsam concepisse.

Quomodo autem inter ipsos verum fuerit matrimonium, dicitur à Magistro, & à nõnullis aliis, quòd ipsa virginitatem vouerat hac conditione, nisi Deus aliter disponeret. Cõtrahere verò (vt aiunt) licet repugnet voto castitatis absoluto, nõ tamẽ cõditionato. Sed hæc ratio inualida est cùm hæc conditio, nedũ in omni contractu, sed in quocũq; opere humano includatur, & desi-

Iacobi 4.

deretur, iuxta illud Iacobi, Ecce nunc qui dicis, &c. ibi, Si Deus voluerit, Quāobrem cōstat ipsam absolute virginitatem vouisse, vt colligunt doctores sacri ex interrogatione facta Angelo, videlicet, Quomodo fiet istud &c. Si enim solum non cognouisset tunc, nec habuisset propositum non cognoscendi imposterum, nulla esset quæstio, Quia in futurum cognita (modo non fuisset sterilis) concepisset. Quærebat igitur de modo supernaturali, seu (vt ait Ambrosius) de qualitate effectus, quia firmissimè statuerat virum nunquam cognoscere: Et in hūc quoque intellectum respondit ei Angelus dicēs Spiritus sanctus superueniet in te &c. Item, & ecce Helisabet cognata tua &c. Item, Non erit impossibile apud Deū omne verbum. Sed verū nihilo secius inter eos fuit matrimonium, Quia in contractu matrimonij nō est traditio mutua potestatis corporū ad copulam carnalē, nisi sub conditione implicita, si petatur rationabiliter, Vnde si aliqui contrahant cū pposito mox vouendi castitatē, verè contrahunt, Hæc autē cōditio non præiudicat castitatis voto, nisi ponatur in effectu. Quocirca vbi cōstat illā nunquā demādari executioni, ibi nullū fit præiudiciū voto castitatis per contractū matrimonij. Siquidem votū virginitatis non est de nō cōtrahendo, sed de non habēda copula carnali atq; impresentiarū. Sicut enim habemus apud Matthæū, Angelū instruxisse Ioseph dicēs, Noli timere &c. Ita colligitur magis virginē per Angelū, vel immediate à Deo fuisse edoctā, priusquā desponsaretur

Verū matrimonium fuit inter Mariā, & Ioseph.

Matth. 1.

Ioseph, ne ambigeret accipere Ioseph virū iustū in coniugē. Ecce enim ait (siue Deus, siue Angelus) ad virginē, Spūs sanctus dabit tibi eū in custodiam & testē virginitatis tuæ, qui tecum pari voto cōtineat, & in multis tibi ad custodiā virginitatis obsequatur cōgruentibus. His cōsentit Hieronym⁹. Nec mirū de ista verisimilitudine, Quia quidquid præstitū est ipsi Ioseph per visionē angelicam factū est ob virginem, quæ fuit immediata in cōceptione filij Dei. Exēpla possunt adferri, Primò ex decretalibus. Vnde colligitur dominiū alicuius rei posse separari ab vsu eiusdē, & quempia vsum, retento sibi dominio aliis cōferre posse: Ita virgo retento vsu ex consensu ipsius Dei, potestātē sui corporis dedit Ioseph. Deinde si quispiam contraxisset sponsalia cum iuramento, & postea ingressum vouisset religionis, deberet, priusquā ingrederetur religionem, vt satisfaceret iuramento, contrahere per verba de præsentī, vbi licet daret potestatem sui corporis, non tamen vsum. Coniux quoque quæ adultera est, habet potestatem corporis sui viri, non tamen vsum, propter peccatum suum, iuxta illud Matthæi, Qui dimiserit vxorem, nisi ob causam fornicationis &c. Multo igitur magis Spiritus sanct⁹ propter rationes prædictas id facere potest. Fuit igitur inter Mariam, & Ioseph verum matrimonium, & ratum, licet non fuerit per carnalē copulam consummatū, neque votum coniugis præiudicabat illi matrimonio, propterea q̄ tale votum familiari cōsilio Spūs sancti est factum.

Tom. 2. aduer. Helwidium fol. 5.

De verb. signifi. c. exijt qui seminat.

Matth. 5. & 19.

Decuit enim virginem Deo virginitate vniri triplici ratione. Primò, vt esset ei decetissimum habitaculum, Quia enim sapientia candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, quod nihil inquinatum incurrit, decebat vt ex matre incorrupta & re & voluntate firma conciperetur. Perfecta autem incorruptio voluntatis in voto consistit virginitatis. Secunda ratio est vt esset mulieribus totius virginitatis exemplar. Sicut enim Deus pater Christum viris proposuit, sic eius matrem proposuit mulieribus exemplum, & quoniam hoc est maximè laudandum, & imitandum, scilicet votū virginitatis, ideo in illa esse debuit. Tertia ratio est quòd debet esse in ea totius nobilitatis, & sanctitatis priuilegium. Absit enim quòd aliqua alia virgo beatam Mariam excellat, immò altissimus qui fundauit eam, omni dignitatis priuilegio ipsam adornauit, vt sicut eam præ cæteris adamauit, sic omnibus etiam sanctior, & amabilior fuit vniuersis, vnde circumscripta maternitate Dei, adhuc ipsa præ cæteris debet amari, quare Spiritus sanctus, qui aliis inspirauit virginitatis votum, ei non retinuit celatum. Ex prædictis etiam patet, quòd admirandæ sanctitatis & puritatis fuerit ille beatissimus Ioseph, cuius custodiæ non solum virgo virginum in iuuentutis flore, sed etiam saluator mundi exiit commissus: Cum beatus Ioannes Euangelista valde honorandus, & extollendus prædicetur, quòd eidem Christus in cruce matrem virginem virgini commisit, vnde arguimus eius ambi-

virginitatem, qua meruit esse filius adoptiuus virginis, & ipsi Christo prædilectus. Quid de beato Ioseph existimare non licebit? vnde & Magister, Sanè credi potest non solum Mariam, sed & ipsum Ioseph disposuisse apud se virginitatem seruire velle, & id ait ex Augustino, cui subscribit beatus Hieronymus: vide locum & prosequere locum Apostoli, Qui sine vxore est &c. Dicit autem illic Hieronymus, Tu dicis Mariam virginem non permanisse: Ego plus dico & ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, vt ex virginali coniugio virgo filius nasceretur.

c. 2. huius distinct.

Tom. 2. aduer. Heluetic. fo. 5. li. 1. Cor. 7.

DISTINC. 31. QVÆST. VNICA.

Sunt ne tria matrimonij bona?

Matrimonium si pro derelicto vinculo ex mutuo contractu accipiatur, vtique assertore beato Augustino tria habet bona, sacramentum, fidem, & prolem. Sacramentum enim vt est matrimonij obiectum, nõ accipitur propriè pro signo sensibili gratiæ efficaci, Sed largè, vt puta p signo rei sacre. Et tale sacramentum est indissolubilitas vinculi matrimonialis, quam Deus ipse operatur: Vnde in Genesi, Et adhærebit vxori suæ &c. quam & Christus corroborauit eisdem verbis: Quare nec vnquam dissolui potest nisi per mortem alterius partis, Quòd si dormierit vir eius, soluta est à lege viri. vide canones Colonienfes fol. 190. Aut per relaxationem, quæ fit ab ipso Deo, sicut in matrimonio rato non cõsummato coa-

Genes. 2.

Matt. 19.

Rom. 7. et 1. Cor. 7.

tingit, quoniam alter coniugum religionē ingreditur etiam altero renitente, quod quidē fieri ex Dei consilio constat, ex quo Christus Ioānem à nuptiis vocauerit: Deinde ex factō diuini Alexij, & Macharij. Nec ecclesia aliter, nisi videlicet hoc Christus instituisset, permisisset matrimonio rato non consummato alterum ingredi religionem. Porro hæc indissolubilitas sacramentum dicitur, quod indissolubilem Christi cum ecclesia coniunctionem, quæ fit per charitatem significat, quam profecto significationem expressit Apostolus, Sacramentum hoc magnum est &c. Et perpetuam Christi cum Ecclesia adhæSIONem ipse Christus pollicitus, est dicens, Ego vobiscum sum &c. Quod si consummatum fuerit matrimonium, designat etiam conformitatem Christi cum Ecclesia in natura humana. Vnde Apostolus, Nusquam angelos apprehendit &c. Vide magistrum. Fides verò attenditur in hoc, vt seruet fidelitatem in actu matrimoniali, vt reddat coniugi quod suum est, & nec cum altera, aut cum altero concubetur, cuius boni faciendi nisi Deus coniugibus in hoc sacramento impertiret gratiã, quoties quisque coniux inter tot carnis, mundi & Satanz insidias positus, eam fidem corde sinceram, aut incommutabilem retineret? Nam Christum mœchationē cordis mœchationi carnis æquat, Vnde apud Matthæum, Qui viderit mulierem &c. Proles postremum bonum, cuius potissimum gratia matrimonium contrahi debet, consistit in obligatione ad prole gratanter accipiē-

Extr. de conuers. coniug. c. verum & c. ex publico instruitur. Ephes. 5.

Hebr. 1. Dist. 27. li. 1. e.

Matth. 5.

dam, & religiosè educandam, & hoc est sub cōditione, si videlicet eueniat. Huius rei habes exemplum in Thobia iuniore, cui ait Angelus, Thobia audi me, & ostendam tibi &c. Et, postquã verò cœnauerunt, vsq; ibi, in secula seculorum. Quod cum fit matrimoniũ, nõ solũ culpa vacat, sed & summũ meritum habet. Cæterum quod tantum vitandæ fornicationis gratia cōtrahitur, magis secundum indulgentiam conceditur, Hoc autem dico &c.

1. Cor. 7.

DISTIN. 32. QVÆST. VNICA.

Est ne necessarium coniuges sibi mutuo reddere debitum?

CVm Apostolus cunctis præcipiat, vt vir vxori debitũ reddat, & vxor viro, Quia mulier non habet potestatem sui corporis vt inquit Apostolus in epistola prima ad Corinthios, quæ locum pertractans Hieronymus, Spõte quippe (ait) se obligauit, vt reddere cogereetur, opus erit utiq; vt id à coniugibus præstetur, & id duplici fine cõmendabitur, aut prolis procreandæ, aut fornicationis vitandæ. Quod si libido maneat, si stans tamen infra matrimonij finem, quia videlicet nollet non suam cognoscere, veniale erit delictum, Sin fidem matrimonij exeat, ac tam effrenis fuerit libido, quod & vxorem (licet nõ esset sua) cognosceret, mortalis profecto est offensa. Hæc autem debiti reddendi obligatio intelligitur, nisi alter ius petendi fornicando amiserit: tunc enim innocens, si publicè id constiterit, non adstringitur hac lege, vt cõstat

1. Cor. 7.

Aduersus Iovinianũ lib. 1.

Matth. 5. & 19. 6.

ex Marthæo, Qui dimiserit uxorem &c. Vnde colligitur ob fornicationem dimitti posse quantum ad thorum, non tamen quantum ad vinculum, vt aliam videlicet ducere possit, dicente Christo, Quos Deus coniunxit &c. Sin vterque lapsus fuerit, tunc paria crimina pari vindicta sunt delenda, consimiliter rato matrimonio nequit cogi quispiam, vt mox debitum coniugii reddat: Quia licet adhuc ei monachisimum profiteri, & deliberare per duos menses. Deinde quando quispiam astringitur fortiori vinculo ad non reddendum, non tenetur tunc reddere. Siquidem maior obligatio minorem tollit, iuxta Theologorum præscriptum, quando impassibiles occurrunt obligationes, minor planè maiori cedit. Id autem accidit cum debiti redditio cedit in detrimentum propriæ salutis: Deinde cum esset abortus, aut occisionis fœtus causa, Quare non abs re lege Mosayca cautum erat ne quis ad menstruatam accederet, & accedens occideretur: Quæ pœna pro mortali tantum infligebatur peccato. Nec istud minus obseruari debet in lege euangelica, quæ summam in suis professoribus exigit puritatem, & castitatem. Adde quod diebus festis, & ieiuniorum, ac processions monet ecclesia coniugatos, vt abstineant ab actu matrimoniali, iuxta illud Apostoli; Nolite fraudare inuicem, ibi, orationem. Vnde & Augustinus, Christiano cum uxore sua licet aliquando conuenire, aliquando non propter processions dies & ieiuniorum, Quia à licitis aliquando abstinendum est, vt facilius

Extr. de conuer. coniugati. cap. ex publico instrumēto

Leuit. 20.

1. Cor. 7.
Lib. de qua.
no. Et vet. test.
tom. 4. c. 187.

vt facilius impetrari possit quod postulatur. Itē quoties vel dies Natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenerint, non solum à concubinarum confortio, sed etiam à propriis vxoribus Christianum decet abstinere. Consentit Ambrosius, & Hieronymus, & refertur à Magistro hac distinct. Vide 33. quæst. 44. per totum.

33. Quæst. 4.
In decreto c.
fratres.
Ibidem C. cum
sciam.

DISTINCT. 33. QVÆST. I.

Licetne aliquando bigamia?



VM matrimonium quidem sit contractus, & in omni commutatione stricta iustitia commutatorum requirat æqualitatem quantum fieri potest, & id habita ratione finis propter quæ fit commutatio. Hac in re habenda erit quoque ratio finis ipsius contractus matrimonialis: Is duplex est, proli procreatio, & fornicationis vitatio. Et quidem habito respectu prioris finis, licita planè erit bigamia, cum corpus viri, quantum ad hunc attinet finem, præstet mulieris corpore, vir quoque plures simul fecundare potest, non contra. Si autem secundum spectes finem, eiusdem sunt momenti vir & uxor, vt ostendit Apostolus dicens, Propter fornicationem, &c. Quo circa habita vtriusque finis ratione, aut postremi duntaxat, illicita erit ipsa bigamia. Deinde obseruanda erit in hac commutatione superioris institutio, aut approbatio, vt completa ibi repariatur æquitas, & iustitia. Superior autem instituit hanc mutationem debere fieri vnus mulie-

1. Cor. 7.

7m. 2.

tis cum vno viro dicens, Adhærebit vxori sue, & erunt duo. Quare & idipsum perpetuò est obseruandum, nisi ipse reuocauerit, reuocauit verò illud ipsum olim. Et hoc quidem congruè quando expediebat multiplicari genus humanum ad diuinum cultum, cum pauci essent verè Deum cognoscentes & colentes, quia in successione sanguinis erat successio religionis. Siquidem in solis patrum successoribus remansit fides, & diuinus cultus, alij verò ad idola descuerant. Hinc & sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familiæ erat successio sacerdotij. Adde quòd etiã ex parte contrahentium esset illud æquum, & iustum. Quando enim quidpiam statuitur ob duos fines, quorum vnus est præcipuus, alter verò minor, consentaneum est, vti illa re eo modo, quo magis prodest ad principalem finem adsequendum, licet quidpiam detrahatur fini inferiori. Exemplum sume de cibo, qui & ad delectationem prodest, & ad nutritionem, & hic finis (nempe nutritio) præcipuus est quare poterit quispiam licitè vesci cibo alioqui minus sapido, & delectabili, si magis illi proffit ad nutritionem, & indiuidui conseruationem. Sic & matrimonio (quod propter duos prædictos fines est institutum) vti licebit secundum rectam rationem eo modo quo habetur præcipuus finis, qui est prolis procreatio, etsi quidpiam adimatur fini minus principali. Illud autem fit cum vir superueniente necessitate ducat plures vxores, quamobrem & illud quoque iustum erit ex parte contrahentium, & accedente ip-

sius Dei ordinatione necessarium. Sic legimus Saram compulisse Abraham, vt ingrederetur ad ancillam, vt saltem ex illa prolem susciperet. Sic fecerunt Lia, & Rachel. Fuit autem hæc dispensatio facta Patriarchis, & Prophetis per internam inspirationem, cæteris verò minoribus, eorum exemplo, & hoc sine concessum. Huiusmodi autem vxorum quædam concubine dicebantur, vt Agar, eò quòd non essent vxores præcipuæ (legitimè tamen erant vxores) nec haberent regimen domus, & familiæ. Insuper harum proles licet dotetur à patre, non tamen debebat succedere hæreditati vt patet ex Genesi. Quare non licuisset Abraham Agar expellere, nisi per præceptum Dei, qui voluit ita fieri ad explicandum mysterium quod describit Apostolus dicens: Quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Nunc autem id non est necessarium, propterea quòd populus Dei satis sit multiplicatus, & quia Christus hanc dispensationem reuocauit, reuocans matrimonium ad primam institutionem, vt sit vnus, cum vna sola. Quamobrem licet bello, aut clade aliqua bona pars virorum deficeret superstitibus plerisque fœminis ne adhuc quidem id licitum foret (bigamia videlicet) præter speciale ipsius Dei mandatum, aut reuelationem, quæ ipsi fieret Ecclesiæ.

DISTINCT. 33. QV. 2.

*Por estne is qui bigamus ante baptismum fuit, susce-
 pro baptismo ad sacros promoueri ordines?*

Y y ij

Super Epist.
ad Titum, &
refertur. 26.
dist. c. 2.

Acutius.
Lib. de offi-
ciis & d. dist.
can. una tã-
tum.

50. dist. can.
Si quis vi-
duam.

2. Reg. 70

Bigamus ante baptismum, siue post
susceptum irregularis est assertore
Augustino. Cui subscribit beatus
Ambrosi^o, Homicida tantum ante
baptismum cum homicida fuerit non est
irregularis, ut patet ex Iure canonico. Potissima
verò horum ratio ex mente Scoti est statutum Ec-
clesiæ (quod solum est irregularitatis causa) ita
decernentis: Et quidem rationabiliter. Siqui-
dem homicida plectitur irregularitatis pœna ob
effusi sanguinis horrorem: propter quod etiam
David prohibitum fuit ædificare domino templum.
Porro is horror baptismate tollitur, cum præsu-
matur ex lupo agnus effectus, instar Apostoli,
qui ex persecutore effectus est ovis & pastor. Ces-
sante igitur causa cessare debet effectus. In biga-
mo autem non cessat causa irregularitatis, &
inhabilitatis ad ordines per baptismum: quia
semper in eo defectus Sacramenti, id est signi-
ficationis remanet, quando quidem significatio,
seu representatio desideratur in sacerdote per-
sonam Christi in comparatione ad Ecclesiam refe-
rente. Christus enim vnicus fuit vnice sponsa
Ecclesiæ sponsus. Istud autem non refert
bigamus quippe qui aut duas habuit vxores, aut
vnã quæ fuit duorum. Potius autè representaret
aut Christum duas habuisse sponas, aut ipsum
non fuisse perpetuò, & solum Ecclesiæ sponsum.

DISTINCT. 33. QV. 3.

Estne illicitum Moysi sectatoribus vxores
repudiare?

Vm Moses, ut legis diuinæ promul-
gator Iudæis vxores dimittere per-
miserit, id quoque licitum eisdem
hinc fuisse constat, secus (quod ab-
surdum est) lex ipsa ansam peccan-
di præstitisset, si videlicet illicitum aliquod im-
punè admisisset: Nulla etiam concessio eorum
quæ licet ex sacris literis auctoritatem haberet,
cum calumniari posset aduersarius concessionem
rei illicitæ, ut commodè demonstrat Augusti-
nus dicens: Si ad sacras scripturas, &c. Huc ac-
cedit Malachias, Cum odio habueris vxorem, di-
mitte eam dicit dominus Deus Israël. Quocirca
quemadmodum Deus dispensauit cum patribus
in bigamia propter bonum prolis, ita dispensa-
uit cum illo populo duro, & rudi in repudio ad
vitandum vxoricidium, quod & significauit Chri-
stus dicens: Ad duritiam cordis vestri, &c. Quo-
circa cum Christ^o dixerit, Quicumque dimiserit,
&c. hoc accipiendum est pro tempore legis Euā-
gelicæ pro quo reduxit matrimonium ad primã
sui institutionem, & integritatem, nempe ut de-
cet, & vnus cum vna, & indissolubile, sicut erat
tempore legis naturæ. Deinde cum ait, Ad duri-
tiam cordis vestri permisit, &c. hoc non arguit
illud fuisse illicitum, sed ob eorum malitiam fue-
rit illis permillum vxores dimittere, quod secus
non fuisset concessum: Sed id quod erat eis utili^o
fuiset præceptum, perpetua videlicet adhesio vxori.
Duritia enim subiectorum, & intractabilitas in
causa est sæpenumero, ut quippiã eis relaxetur,
quod alias utilius illis foret non abrogari.

Yy iij

Epist. 1. ad
Hiero. quæ
est 2. in 2.
par. Episto-
larum.

Malach. 2. 6.

Matth. 19.

D. cap. 19.

DISTINCT. 34. QV. VNICA.
 Est-ne matrimonio ineptus qui eius actum praestare nequit?

Impotentia impraesentarium alicui bifariam inesse potest, vel naturaliter, vt frigiditas in viro, mutilatio, &c. & arctatio in muliere, vel casualiter, seu per maleficium, & utraque istarum, si perpetua fuerit, cum videlicet per naturam, aut artem mederi nequit, & matrimonium praecedat, impedit contrahendum, & dirimit contractum. Et hoc intellige quantum ad personam in qua est talis impotentia, si autem subsistat quatuor matrimonium contractum non dirimit. Si verò accidat contracto & rato matrimonio, non tamen consummato, secundum Canonistas dirimit. Doctor tamen non videtur fauere huic assertioni, nec bona pars Theologorum, quando certò constat antea non fuisse hanc impotentiam. Maleficia autem hoc modo fiunt, daemones enim pangunt cum hominibus, & stant pollicitis, non ratione fidelitatis, sed vt hoc modo imponant hominibus, vide Scotum, Bonauenturam, & alios in hunc locum, & alij eis adhæreant, quod non facerent si nullas obseruarent pactiones, & hi quibus seruant promissa eos colant: Ex superbia quippè summpere optant honores diuinos. Quos quidem pernyittit Deus potestate sua nonnullos circa aliquos actus impedire (Quos quidem actus aliàs exerce-

33 Quest. 1.
 Et exira. de
 frigid. &
 malefi.

LIBER QVARTVS. 366
 rent non impediti) ob eorum scelera, aut aliam causam nobis occultam, sicuti Maga pangens cum Satana agit vt quempiam impediatur ab actu matrimoniali cum vxore, donec maneat huiusmodi maleficium aq̄ videlicet curuata aut quippiam simile. Huiusmodi verò maleficium, si proborum virorum orationibus infringi possit, id vtique optimum erit, quas si Deus meritò nõ exaudiatur, si potest cognosci maleficium, & destruat, non amplius talem impedit daemones; quippe qui non assistat ex pacto ablato iam signo, quod quidem nedum licet facere (destruere inquam opera diaboli) sed & meritorium est: Non tamen hinc vlla est infidelitas, cum non acquiescat destruens operibus malignis, sed sciat daemones posse, & velle hinc impedire stante praescripto signo, & eodẽ amoto ab impedimẽto desistere. Exẽplũ potes desumere ex beata Iustina, & Cypriano licet etiam dissoluere maleficia per scientiam acquisitã licet à diabolo, & hoc quãdo potest illa vt sine inuocatione, & pactione cum demone, sicut potuisset Cyprianus, cũ fuit cõuersus. Quare cum quæritur nõ liceat maneficũ adire, vt maleficium dissoluatur. Responderetur, quòd si cõstet ipfũ habere medium quo possit subuenire absque inuocatione aut pactione cum demone, licet: Si autem aliter non possit, nisi inuocando, aut pangendo cũ demone, non licet, quia non sunt facienda bona, vt veniant mala. Item non licet cooperari ad actũ de se malum. Dicitur enim in Deuteronomio, nõ accedes ad Ariolos, &c. Et ab Apostolo, Nolo vos esse socios demoniorum. Deut. 17.
Cor. 10.

DISTINCT. 35. QV. VNICA.
Impeditne adulterium matrimonium?

Adulterum cum promissione, & iuramento nuptiarum mortuo coniuge, aut cum cōtractu ipso, impedit, & dirimit matrimonium, si ambo conscij fuerint huius sceleris, cum simplici autem promissione, non impedit. Sin alter tantum conscius fuerit, & contrahant eo reclamante, non dissoluetur contractum matrimonium, sed in pœnam sui delicti cogetur recenter consentire: si verò pars inscia reclamari, dissoluetur. Deinde adulterium cum machinatione in mortem coniugis legitimi consimiliter impedit, ac dirimit matrimonium. Adulterium verò solum non impedit, neque etiam sponsalia, aut contactus nuda impediunt, etiam facta viuente legitimo coniuge, machinatio autem in mortem coniugis cum effectu, vt cum quis propriam vxorem occidit vt ducat alteram, aut alterius mulieris occidit virum, aut procurat eius mortem, vt talem ducat, & impedit, & dirimit. Quòd si non eo animo cum occideret, non impediret. Si quispiam verò adhibito iuramento promittat alicui quòd mortua propria coniuge, aut viro illius, si vxorata fuerit, ducet eam in sponsam, aut de facto cum ea contrahat, si non interueniat inter eos adulterium, aut mortis legitimi coniugis machinatio, contrahere poterunt, peccauerunt nihilominus. Prædictorū verò ratio est Ecclesie ordinatio

has personas ratione adulterij & homicidij illegitimantis, vt coniuges ab eisdem retrahat.

DISTINCT. 36. QV. I. ET 2.
*Seruitute impeditur matrimonium,
& puerili atate?*

Et si lege naturæ liberi nascuntur omnes filij, tamē natura duce & distante parentibus subiici debent. Vnde constat seruitutem lege positua introductam fuisse, quæ proinde vt iusta putetur, operæpretiū fuit aliquos voluntariè primùm sese hac constrinxisse seruitute, aut iustè dominantem flagitiosos (qui & sibipsis, & Reipub sua libertate nocebant) ob sua scelera in seruitutē redeuisse, quemadmodum Noë subiecit proprium filiū Cham & eius posteritatem. *Gen. 9.* Maledictus, &c. Qui autem in bello capiuntur non possunt in hanc despoticam redigi seruitutem, qui verò serui sunt despotica seruitute consentiente domino eorum nubere possunt scienti eorum conditionem. Quòd si herus noluerit, nihilofeciùs contrahere possunt, quia non se priuarunt omni libertate quinimò habent ius in proprium corpus, quare & illud pro altero possunt commutare, & cum libera sciente eorum seruitutem & cum ancilla similiter. Sin autem libera cum qua contrahit ignoret ipsum esse seruum, nullum esset matrimonium: quandoquidem ignorantia deterioris conditionis, & non melioris impedit, aut æqualis: Ex quo consequi-

DISTINCT. 37. Q. VNICA.
 tur quòd si esset ancilla, reneret matrimonium,
 licet ignorasset ipsum esse seruum, cum æqualis
 sint conditionis. Puer verò sponsalia quidem ini-
 re valet, non autem matrimonium contrahere,
 priusquam decimumquartum attigerit annum
 masculus, & femella duodecimum, quia ante
 communiter nequeunt debitum reddere: In ali-
 quibus tamen ætatem malitia supplet, & com-
 plexio, idèd in talibus tenet contractus.

DISTINC. 37. QV. VNICA.
Possuntne sacris initiari ordinibus uxorem ducere?

Qui sacros iam ordines suscipere,
 matrimonium prorsus in ecclesia
 Latinorum contrahere nequeunt.
 In causa autem non est continen-
 tiæ votum ab ordinato emissum in
 sacri ordinis susceptione, aut sacro annexum or-
 dini Ecclesiæ præcepto: sed idcirco quòd Ec-
 clesia hæc personas omnino illegitimas fecerit,
 perinde ac eas quæ se in tertio & quarto contin-
 gunt gradu. Quare etsi cõtrahere temerariè præ-
 sumant, nullus est is contractus. Quauis enim
 cæterorum materia Sacramentorũ Ecclesiæ non
 sit subiecta, quippè quæ ab ipso Christo aut A-
 postolis est aut dedicata, aut præscripta, vt ba-
 ptismi, confirmationis, ordinis, &c. matrimonij
 tamen & pœnitentiæ materia ipsius Ecclesiastice
 cultati, ac dispositioni subiaceret, propterea quòd
 in illo contractus sit, istud verò iurisdictionis
 concernat potestatem. Vnde liquet eos hæc Sa-

cramenta non recipere qui Ecclesiæ circa hæc
 sancita negligunt præcepta. Nec abs re altaris
 ministros vxoribus carere sancitũ est: siquidem
 ij deputantur sacro ministerio, quod sanè & men-
 tis, & carnis munditiam requirit, vnde, Mundi
 estote qui fertis vasa Domini per perspicacita-
 tem intellectus, & affectus feruorem, ad quæ pla-
 ne disponit continentia, & ad horum opposita,
 nempe immunditiam mentis & carnis, intelle-
 ctus hebetudinem ac affectus tempore carnalis
 actus frequentia deducit: Nec potest quispiam
 incusare Ecclesiam quòd illi præiudicet in suo
 iure, quo potest vxorem ducere, quia Ecclesia ne-
 minem cogit ad susceptionem ordinis sacri, &
 satis superque vulgavit sacris initiatos ordinibus
 inhabiles esse ad matrimonium contrahendum.
 Quocirca quilibet liberè, & omnino voluntariè
 hæc incurrit inidoneitatè seu illegitimationem.

DISTINCT. 38. Q. VNICA.
Continentiæ votum an matrimonium impediatur?



Votum utique promissio est delibe-
 ratione formata, qua quidem sese
 quispiam ad aliquid faciendum,
 vel non faciendum Deo astringit
 & obligat: Id autem est multiplex,
 vt puta priuatũ & publicum, deinde solenne, &
 simplex. Porrò solène dicitur quod emittitur in
 susceptione sacrorũ ordinum, aut in professione
 alicuius religionis approbare: Et hi duo modi sũt
 iuris tantũ. Additur autè susceptio vestis sacræ,

In Prom.
Psalista.

qua tantum profertibus dari debet. Alio autem modo ab his emissum continentia votum simplex dicitur, licet coram multis fiat: dicitur proinde solenne votum, non quod propterea sit publicum, sed quia habet in se quidpiam annexum, ut in publicum deuenire debeat, & quia per illud vouens redigitur in alterius potestatem, ut patet in sacerdote respectu Episcopi, & in religioso respectu sui prelati. Votum autem simplex, licet impediatur matrimonium contrahendum, quia tales nequeunt contrahere, displicet enim Deo infidelis & iniusta promissio eius. Item, Vouere & reddite, &c. non tamen dirimit iam contractum. Solenne vero simpliciter, & prorsus impedit, quare si huiusmodi presumant contrahere, nihil faciunt. Ratio autem horum potest assignari duplex, prima quia vouens solenniter continentiam, dat facultatem ei inter cuius manus emittit votum, ut possit eum cogere ad perpetuum seruadam continentiam. Vouens vero simpliciter non id facit. Qui enim dimittit votum solenne, alienat a se necdum ius vtendi suo corpore, sed etiam potestatem ipsam: Vouens vero voto simplici, ius vtendi suo corpore a se quidem alienat, non autem ipsam potestatem, quam penes se retinet. Quocirca si eam alteri dederit tenet, licet peccet. Quemadmodum igitur puer contrahere nequit, ob id quod non habeat potentiam ad actum carnalem (& nemo dat quod non habet.) eadem ratione nec qui solenniter vouet: quia non habet potentiam ad actum carnalem, siquidem eam iam dedit Deo, & Ecclesie, aut religioni. Hac

Art. 4.

portio horum votorum differentia elicitur ex Actibus Apostolorum, ubi refertur quomodo fideles deferebant bona sua ad pedes Apostolorum & a se & usum & dominium inter manus Apostolorum alienabant, vnde Ananias. & Saphira, quod hoc fregissent votum, puniri fuere. Secunda ratio (que est Scoti) est statutum Ecclesie vouentem solenniter illegitimat, non autem vouentem simpliciter: Et huius causa fuit, quia ille se posuit in potestate Ecclesie, quantum attinet ad castitatem seruadam, non sic iste, sed solum in manu Dei, ideo & Ecclesia relinquit eum diuino iudicio, & licet peccet mortaliter, non tamen illegitimat, quia sequeretur maius malum, cum non omnia mala puniat, vide Diedonem. Quauis autem statutum predictae illegitimationis sit ab Ecclesia ipsa tamen illegitimatio est a Deo, & Spiritu sancto assistente ecclesie, & tale statutum approbante iuxta illud Actuum Apostolorum, Visum est Spiritui sancto, & nobis, &c. & illud Pauli: Congregaris vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu.

De libert.
Christian.
112.

Act. 15.

1. Cor. 5.

DISTINCT. 39. Q. VNICA.

Utrum dispar cultus matrimonium impediatur?



nter infideles quidem potest esse matrimonium, & idem legitimum, cum nulla naturali, aut diuina lege prohibeatur. Nec obstat quod in eorum coniugiis non reperiantur perfecte tria matrimonijs bona, nam ea ad concubium fidelium Christianorum duntaxat perti-

nent. Deus etiam cum primùm concessit hominibus matrimonio cōiungi, eisdem quoque concessisse putatur. Verūtamen eorum matrimonia non sunt prorsus rata, & indissolubilia cum et conuersione alterius ad fidem Christi dissolui possint, assertore Paulo, Quòd si infidelis discedit, &c. fortius enim vinculum dissoluit minor obligationem, quādo vtrunque simul consistere nequit: Quòd accidit quando infidelis renuit cohabitare cum fidei, aut si velit non tamē absque iniuria, & blasphemia Saluatoris, & cum inductione fidei ad infidelitatem. Inter fidelem autem & infidelem esse potest matrimonium ante fidem contractū & licitè, vt ostendit Apostolus, Vir fidei non dimittat, &c. aliās suaderet ipse fornicationem, aut quidpiam illicitum. Verūtamen non licet nunc fidei contrahere cum infidei, propterea quòd Ecclesia tales illegitime erit personas, & meritò quidem, quia ibi deficiente completum, & perfectum prolis bonum, quòd est educatio ad cultum veri Dei. Deinde non esset annexum Sacramentum propriè dictum. Postremò non esset inter eos indissolubilitas, nec esset spes quòd infidelis conuertatur, quia si priusquam contrahat noluerit conuerti, vt possit cum Christiano contrahere non est verisimile quòd postea conuertatur. Olim istud à patribus non obseruabatur, vt à Ioseph, Mose, Hester, quā nondum erat institutum. Deinde necesse erat illis maius vitare inconueniens, eratque probabile infidelem conuerti contubernio fidei.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Gen. 41.

Exodi 2.

Ester. 2.

DISTINCT. 40. QV. VNICA.

Num carnalis cognatio matrimonium impedit?



Onfanguinitas est vinculum personarum ab eadem persona carnali propagatione descendentiū. A pondito autē orbe fuit semper consanguinitas, seu aliqua propinquitas matrimonium impediens. In lege naturæ propinquitas in linea descendentiū, & ea sola, iuxta illud, Relinquet homo, &c. In lege Mosāica fuit facta prohibitio, quantum ad aliquos gradus vltiores, Omnis homo ad propinquam consanguinei sui non accedat, & cetera. Causa verò huius prohibitionis fuit ad tollendam libidinis occasionem, quæ suboriri posset ex frequenti earum personarum cohabitatione, si cum illis contrahi posset matrimonium. In lege euangelica Christus confirmavit quidem prohibitionem factam in lege naturæ, sed non eam quæ erat in lege Mosis, nec aliam subaddidit. Sed Ecclesia olim vsque ad septimum gradum illegitimauit, cum ferueret charitas inter Christianos, subinde restrinxit vsque ad quartum duntaxat, propterea quòd refrigeret inter fideles charitas, ipsaque quidem vsque ad quartum gradum ratione consanguinitatis permanet, sed postea tepescit inter eos, petinde ac si esset extranei, idè voluit eam per matrimonium instaurari.

Gen. 2.

Leuit. 18.

Math. 19.

Ext. de sanguine, c. Nō debet.

DISTINCT. 41. Q. VNICA.
Utrum affinitas impediatur matrimonium?

Affinitas est vinculum quoddam personarum ad personam aliquam ex carnali copula, cum persona altera consanguinea contractum. Quare ad affinitatem proprie dictam, quae impedit matrimonium exigitur carnalis coniunctio, & non sufficit quod sit vxor, nec oportet mulierem esse vxorem, quandoquidem ex carnali coniunctione etiam illicita contrahitur affinitas. Si tamen extantius accipias vocabulum, affinitas quoque erit, cum vxore non cognita, & cum ea cum qua contracta sunt sponsalia, licet per verba de futuro. Et haec affinitas vocatur iustitia publicae honestatis. Impedit autem matrimonium affinitas vtraque & proprie, & extense sumpta, & in eodem gradu, in quo consanguinitas. Hoc verò intelligitur, si talis affinitas matrimonium praecedat, nam si subsequeretur non dirimeret, priuaretur tamen humani modi, is videlicet qui talem affinitatem induceret iure petendi debitum, vt patet ex iure canonico. Quod autem affinitas matrimonium impediatur, in causa non est nisi Ecclesiae institutio has personas illegitimantis conformiter ad ius diuinum, vnde in Leuitico, Vxorem fratris sui nemo accipiat, quia turpitudine est, &c. Qui duxerit vxorem fratris sui rem facit illicitam. Inde etiam elicitur hoc malum esse, quia nihil turpe, aut illicitum nisi malum. In recta tamen linea affinitas censetur esse iuris naturae, & diuini, quod colligitur

Extra de consanguinis, & affinitate. Nō debet, et in 6. de sponsalibus. Ex sponsalibus.

Extra de eo qui cognoscit consanguineam suam.

Leuit. 18. Leuit. 20.

gitur ex increpatione illius Corinthij: Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, &c. Vbi innuit Apostolus gentes solo lumine naturali abhorreere à tali commercio. Porro Ioannes Herodem increpabat, propterea quod fratre adhuc superstite eius duxerat vxorem, quod ostendit Iosephus, Ioannes enim eum arguebat anno 2. suae praedicationis, qui erat 16. Imperij Tyberij Caesaris. Nam anno 15. intrauit, vt habetur apud Lucam. Et Philippus obiit anno Imperij Tyberij Caesaris 22. Quod circa ex hoc facto non potest astrui affinitatem in collateralibus lineis esse iuris naturae, aut diuini.

1. Cor. 5. Matth. 14.

In lib. antiquitatum. Luc. 3.

DISTINCT. 42. Q. VNICA.
Utrum cognatio spiritualis impediatur matrimonium?

Cognatio spiritualis est vinculum contractum ex dispensatione Sacramentorum baptismi, & confirmationis: nam sicut homo per carnalem cognitionem accipit esse naturale, ita in regeneratione accipit esse gratiae. Species autem huius cognitionis (ratione vtriusque sacramenti) sic computantur. Prima dicitur paternitas, quae est inter regeneratum, & regenerantem, siue regenerans ministrat Sacramentum, siue teneat ad Sacramentum, etiam si tenentes sint plures. Secunda est compaternitas, quae est inter regenerantem, ministrantem seu tenentes ad Sacramentum, & genitores regenerati. Et obserua quod si ministrantes, vel tenentes fuerint coniugati & con-

summauerint matrimonium, transmittunt hanc paternitatē ad vxorem, seu virum, sic quodd vxor cognita, vel vir efficitur compater genitoris leuati ab altero illorum. Tertia dicitur paternitas, quæ contrahitur inter regeneratum, & filios regenerantis ministrantis, vel tenentis ad sacramentum. Impedit autem hæc spiritualis cognatio in prædictis personis matrimonium simpliciter, si ipsum præcedat. Si verò sequatur non dirimit, sed impedit quod ad exactionem debiti si sine necessitate contrahitur. Huius autem ratio est Ecclesiæ statutum hæc personas illegitimatis. Et congruitas ostenditur ex illis Apostoli, Nam si decem millia Pedagogorum, &c. Filioli mei, &c. Obsecro te pro filio, &c. Hos habebat Paulus filios ratione fidei, & baptismi, & confirmationis. Porro vir & mulier tenentes puerum ad Sacramentum, nullam contrahunt spirituales cognationem, quamobrem & contrahere possunt matrimonium. Cognatio legalis est propinquitas personarum ex adoptione proueniens, eius species sunt tres. Vna veluti descendētium, quæ est inter adoptantem, & filiam adoptatam. Secūda est quasi collateralium, quæ est inter liberos naturales adoptantis, qui sunt in eius potestate, & adoptatū. Tertia quæ est tanquam affinitas, quæ est inter adoptatum, & vxorem adoptantis, & contrā inter vxorem adoptati & adoptantem. Impedit autem hæc legalis cognatio matrimonium contrahendum, & dirimit contractum secundum communem opinionem, prima species & tertia semper,

1. Cor. 45
Galat. 4.
Ad Philem.

secūda non nisi quādiu sunt in potestate eiusdem patris, quare ea soluta, vel morte, vel emancipatione filij adoptiui, aut naturalis vel alio modo non est impedimentum. Porro cognatio legalis ex adoptione, & adrogatione cōsurgit, & vtroque modo impedit. Ista autem cognatione Moyses erat cognatus filię Pharaonis, & Nathian, secundum aliquos ipsi Dauidi. Aiuunt enim ipsum nō fuisse naturalem Dauidis filium, sed legalem, seu adoptiuum. Vnde & asstruunt Lucam genealogiam Christi describere secundum cognationem legalem. Ex quo consequitur olim hæc cognationem legalem a Deo fuisse approbatam & sanctis patribus. Non est mirandum si tanta sollicitudine hæc omnia obseruet Ecclesia in matrimonio quo Christiani vtuntur, cum per illud propagetur populus Christianus, ac per hoc eo pacto contrahi debeat, vt in ipsius vſu omnino caueatur quidquid charitati erga Deum, & proximum derogare posset, simulque seruetur quidquid honestati congruum videri potest, vt sic per honestum Christianorum matrimonium adumbretur benedicta illa Christi cum Ecclesia coniunctio, de qua Apostolus: Sa-

Exod. 18

Ephes. 5.

DISTINCT. 43. QV. 2.
DE RESVRRECTIONE.

DISTINCT. 43. QV. 1.
Estne futura generalis hominum resurrectio?

Resurrectionem omnium mortalium possibilem ostendit Dei opt. max. omnipotentia, de qua apud Lucam, Non erit impossibile apud Deum omne verbum, id est, factu, vnde & illud Matthæi: Apud Deum omnia possible sunt. Ex parte quoque ipsorum hominum in fore possibile constat ex eo, quod non implicet contradictionem, quare & fieri poterit. Quod autem re ipsa futura sit, patet ex veritate fidei Christianæ, quæ hoc ipsum veluti articulum fidei exprimit in Symbolo Apostolorum, Carnis resurrectionem, in Symbolo Niceno, Expecto resurrectionem mortuorum. & in Symbolo Athanasij, Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, &c. Deinde & istud expressissimè in plerisque sacra scripturæ locis continetur, Sicut Pater suscitatur mortuos, &c. Cum autem venerit Filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Omnes quidem resurgemus, &c. Nisi eos qui ceciderant resurrecturos speraret &c.

DISTINCT. 43. QV. 2.
Apprehenditne naturalis ratio futuram hominum resurrectionem?

Futuram mortaliū resurrectionem si quispiā naturali aſſeruere ratione adlaborat, eā defu-

Luca 1.

Matth. 19.

Ioan. 5.

Matth. 25.

1. ad Theſſ. 4.

2. Machab.

12.

LIBER QVARTVS.

363

mat oportet à specifica hominis forma, vel operatione eidem secundum hanc formam competente. Siquidem à materia, aut alia corruptibili forma trahi nequit. Hoc autem fiet si lumine naturali horū trium axiomatū veritatē deprehēdere, ac cōmonstrare possit, videlicet quoddam intellectiua anima specifica sit hominis forma, deinde quoddam eadem sit incorruptibilis, tertio quoddam ipsa non perpetuò extra corpus remanebit. Et quidem primū naturali intellectus acumine cognoscitur, nam & id demonstrarunt Philosophi, vt Aristoteles dicens, animam esse actū corporis organici, &c. & De parte autem animæ, quæ cognoscit & sapit, &c. Omnes insuper Philosophi in hominis definitione posuerunt rationale, intelligentes per illud animam intellectiuam esse essentialē hominis partem. Huc accedit ratio desumpta ex propria hominis operatione. Homo enim intelligit propriè secundum Philosophum, igitur anima intellectiua est propria hominis forma. Deinde Philosophus collocat hominis facultatem in intelligentia, & in contemplatione substantiarum separatarum, quare sequitur hanc operationem propriè homini competere. Adde quoddam cognoscam⁹ pleraque obiecta insensibilia, vt naturas communes, & relationes tam reales, quàm rationis: Itē quoddam asseriamur primis principiis, & aliis euidētib⁹ complexionibus, sic vt non possimus dissentire, quorum cognitio per sensum haberi nequit: Tandem experimur nos reflecti super actum talis cognitionis, quantum autē non est super se reflexiuum. Ex quo oportet

2. de anima.

3. de anima.

2. de anima.

et 1. Ethic.

1. Ethic.

hec ab intellectiua anima manare, vnde & ipsam esse hominis formam manifestum euadit. Idem quoque astrui potest ex hominis voluntate, siquidem homo dominus est suorum actuum, & oblato obiecto, subest eius facultati ipsum prosequi, vel respuere. Hæc autem facultas non competit secundum sensum, quia appetitus nequit non prosequi conueniens sibi obiectum, & disconueniens non negligere, ergo conuenit ei secundum animam intellectiuam, igitur & ipsa est hominis forma. Secundum autem axioma, vt puta quod anima ipsa intellectiua sit immortalis, videtur quoque naturali lumine notum. Quandoquidem Aristotelē plerisque in locis id asserere apparet: Ait enim, Intellectus separatur à cæteris, sicut perpetuum à corruptibili, & alibi hoc ponit inter sensum, & intellectum discrimen, quod excellens sensibile sensum corrumpit, quod sit vt postea non ad eam exactè perpendat minus sensibilia. Intellectus autem non sic, quinimò intellectus summis intelligibilibus, perspicacius deinde inferiora intelligit: Ex quo colligitur intellectum non debilitari operando, & ex consequenti ipsum esse incorruptibile. Deinceps idem ait: Si autem posterius (id est, post ipsum compositum) aliquid manet, perscrutandum est, in quibusdam enim nihil prohibet et si anima est talis, non omnis, sed intellectus, ergo mens eius fuit quod anima maneret post eius compositum. Insuper dicit, Relinquitur solum intellectus de foris adueniens, igitur non accipit esse per generationem, sed à causa extrinseca, ergo nec desinit

2. de anima.

3. de anima.

12. Metaph.
cap. 1.

16. de animalibus.

esse per corruptionem, cum eius esse non sub- sit tali causæ, sed sit à superiori causâ. Rationes etiam desumi possunt ex assertione Philosophi, ait enim Commentator naturale desiderium non esse frustra, at qui anima habet naturale desiderium ad semper essendum, ergo non erit in ea frustra, sed satiabitur tandem. Deinde ait Aristoteles, materia est qua res potest esse & non esse, igitur illud quod materia caret hanc non habet potentiam, anima materiam non habet, cum sit forma simplex secundum eum. Postremò asserit, quod fortis debet se exponere morti pro Republic. & hoc ait secutus iudicium rationis naturalis, ergo & secundum illud potest cognosci animæ immortalitas. Patet quia nullus propter quodcunque bonum virtutis potest licite appetere omnino non esse, sed si anima non esset immortalis, moriens prorsus amitteret esse. Ex his apparet Philosophum sensisse animam esse immortalem. Sed reuera dubius nihilominus fuit in hac assertionem, nam ait formam non posse manere separatam à parte materiali, toto non manente, anima autem est forma hominis secundum ipsum, ergo sequitur quod non superfit corrupto toto. Deinde ipse impugnans Platonem, dicit mundum incepisse, & non desitutum: habet enim pro impossibile aliquid incepisse, & esse perpetuum, ac incorruptibile. Ait enim omne quod incepit esse, desinet esse, anima secundum ipsum incepit esse (quia non concessit eam perpetuò præcessisse sine corpore, nec prius in alio corpore) ergo sequitur

Commentator
2. Metaph.
commento 1.

7. Metaph.

3. et 9. Eth.

In calce. 7.
Metaph.

1. de Cælo.

3. *Physicæ
de infinito.*2. *de celo
et mundo.*

quod desinet esse. Ait quoque in *Physicis*: Cuius est principium, eius finis est: unde dubium est, quid de animæ immortalitate senserit Philosophus: Siquidem variè in diuersis locis loquitur, & habet diuersa principia, ex quorum aliquibus videretur sequi animam esse immortalem, ex aliis verò quod sit mortalis. Quare verisimile est ipsum fuisse dubium in hac conclusione. Deinde (& melius) dicitur quod anima quæ asserbatur à Philosophis non erat ab illis per necessariam rationem naturalem probata, sed plerumque non habebant nisi quasdam probabiles probationes, vel vulgarem præcedentium Philosophorum opinionem. Unde & Philosophus loquens de astris, citat opinionem Ægyptiorum & Babyloniorum, à quib⁹ dicit multas credulitates habendas de vnoquoque astrorum. Adhuc sincerius dici potest cum Rabinis Iudæorum quod Moses fuerit primus præceptor omnium Philosophorum & Catholicorum. Quare si Philosophi dixerint aliqua nostræ fidei conformia (vt de animæ immortalitate, mundi inceptio, & consimilibus) id non inuenerunt ratione naturali, sed ex relatione, aut lectione codicum ipsius Mosis, aut aliorum qui diuinitus in his edocti fuerant. Exemplo est Mercurius Trimegistus dicens: Monas gignit monadem, & in se suum reflectit amorem, vbi exprimit processionem Trinitatis. Tertiū axioma, videlicet quod anima intellectiua non perpetuò remanebit separata à corpore duob⁹ mediis lumine naturali cõprobari videretur. Primū quod pars extra

torum sit imperfecta, & nõ sit vero simile formæ ad eò nobilem semper manere imperfectam, ergo nec à toto separatam. Deinde quod nullum violentum sit perpetuum: separatio autem animæ à corpore est violenta, cum sit contra naturalem eius inclinationem ex Philosopho: Siquidem naturaliter inclinatur ad corpus perficiendum, unde consequens est, hanc separationem non fore sempiternam. Nihilsecius rationes hæ minimè concludunt, Prima enim probat de partibus, quæ perfectionem aliquam in toto recipiunt, cuiusmodi non est anima, quin immò suam perfectionem communicat corpori. Et si Philosophus indubitato tenuisset animæ immortalitatem, potius asseruisset animam perpetuò manere sine corpore, quàm in corpore, quia secundum eundem omne compositum ex contrariis est corruptibile. Secunda ratio quoque non est efficax, nam (vt ait Auicenna) appetitus animæ satiatus est, quando semel perfecit corpus. Nam id eò inclinatur ad corpus, vt mediis sensibus recipiat suas perfectiones, quas si semel receperit, non amplius corpori afficitur. Ex his liquet trium illorum axiomaticum ex quibus desumitur ratio à priori ad probandam resurrectionem naturaliter, primum duntaxat lumine naturali ostendi posse, reliqua verò nequaquam, quare nec reliquum ostendere valeat. Quod si à posteriori quispiam ostendere voluerit futuram mortalium resurrectionem, idque lumine naturali, nihil minus efficiet. Nam si dixerit desiderium naturale non posse esse frustra autem Philosopho, atqui homo naturale habet desi

2. *De celo
et mundo.**In Præm.
Metaphys.*

1. Esbie.

derium ad semper esse, & istud cognoscitur per rationem naturalem, cum naturaliter homo mortem refugiat, ergo desiderium tale complebitur. Deinde omnes naturaliter appetunt beatitudinem, sed illa est sempiterna. Responderetur non posse probari desiderium naturale ad aliquid, quin prius ostendatur possibilitas in natura ad illud consequendum. Deinde Philosophus non loquitur de beatitudine vera, quæ consistit in Deivisione, & fruitione, sed de ea quæ etiam in hac vita potest haberi, Si adhuc in stes plerisque non premiari in hac vita pro actibus suis studiosis, immo probos sæpius magis affligi, ergo remunerabuntur post hanc vitam. Respondetur, non esse notum per rationem naturalem, quod sit vnus rector hominum secundum legem iustitiæ distributiæ, & punitiæ, sed sola fide, Accedentem ad Deum, &c. Apostolus quoque ostendens resurrectionem, exemplo graui & resurrectionis Christi, vititur persuasionibus, & non rationibus demonstratiuis, aut assumit promissas ex creditis, & nõ naturaliter notis: vnde & Philosophi Athenienses perspicacissimi ingenij, cum Paulus illis astrueret resurrectionem, dicebant quod nouorum demoniorum videbatur annunciator, & Festus magna voce dixit, in sanis Paule, non igitur per naturalem rationem probari potest. Ex his apparet quantæ gratiæ sint agenda misericordiæ creatoris, qui nos per fidem certissimos reddidit eorum quæ ad nostrum spectant finem, & perpetuitatẽ sempiternam, ad quæ ingeniosissimi, & eruditissimi viri non potuerunt peruenire. Sed si fides ad-

Heb. 10.

Act. 17.
26. & Cor.
15.

Act. 17.

Act. 16.

fit, quæ est in illis quibus dedit filius Dei, fidei nulla quæstio est, quia suos credentes huius certiores reddidit, Ibunt hi in supplicium æternum, *Math. 25.*
&c. Et de resurrectione mortuorum, &c. *Math. 22.*
Æternum gloriæ pondus. &c. Vide scutum fidei in fine, & Bunderium. *2. Cor. 4.*
Fol. 413.
Tit. de resur.
mort.

DISTINCT. 43. QV. 3.

Potestne natura resurrectionis esse causa?



Nea fuit Plato hæresi, & eius sectatores, vt putarint per circuitus temporum eadem redire omnino, vt puta post 36. millia annorum: quod sanè spatium temporis magnum vocant annum. Mouebantur autem hac ratione, nam (inquirebant) redeunte eadem causa, redibitque idem effectus: exacto autem prædicto temporis spatio omnia cœlestia corpora ad eundem redibunt situm, vt patet ex Pto- *in Almage-*
sto.
lomæo afferente cœlum stellatum in centum annis motu proprio contra motum diuorum moueri duntaxat vno gradu. Ex quo manifestum euadit illius proprium motum compleri in 36. millibus annorum, igitur eadem numero tunc redibunt. Sed hæc eorum ratio diminuta est, quandoquidẽ effectus nõ dependet solum à causa efficiente, sed etiam à materia, quæ nõ poterit esse disposita in eodem cœli situ: Et fulcrum quod definitur à Ptolemæo non est omnibus Astrologis approbatum, immo plerique negant talem motum octauo cœlo, vt Thebit, dicẽs ipsum moueri motu accessus, & recessus in quibusdam paruis circulis descriptis super principium arietis & libræ noni cœli. Deinde actus liberi arbitrij non

subiunguntur influentia cœli, quod tamen ex ea opinione subsequitur. Nam & ipsi dicebāt sicut & in hoc seculo Plato, & in scola quæ Academia dicta est discipulos docuit, ita per immutabilia rerum secula & idem Plato, & eadem ciuitas, & eadem scola, iidemque discipuli reperientur. Hanc insuper opinionem refutat Augustinus per locos sacre scripture, Christus resurgens ex mortuis, &c. Semper cum domino erimus &c. Tu autem domine seruabis nos, &c. Quod si adduxeris illud, Nihil sub sole nouum, &c. Hoc intelligitur secundum speciem non secundum indiuiduum: præcesserunt enim ea quæ recenter fiunt alia eiusdem speciei. Deinde cuncta quæ fiunt præcesserunt in cognitione, & ordinatione diuina, & nihil hac ratione nouū est. Gotsfredus proinde Theologus prorsus negat aliqua redire eadem posse numero per actionem naturalem, & adfert illud Philosophi, Quorum substantia perit non reuertuntur eadē numero. Scotus autem subscribit opinioni Richardi dicētis, Quod etsi omnia non possint redire eadem secundum numerum actione naturali, aliquid tamen redire potest idem numero. Nam ut ait Philosophus, Si agens idem, & materia eadem, effectus erit idem, & ad locum Aristotelis adductum à Gotsfredo, ait Aristotelem ibi assignare discrimen inter reuolutionem corporum superiorum & inferiorum dicens: Quorum substantia perit non reuertitur eadem numero, sic illa que redeunt eadem per motum circularem, quia substantia eorum non corrumpitur, idēd talia redeunt sine corruptione præcedente, non ea quæ corrū-

12. De ciuit.
Cap. 13.
Rom. 6.
1. Thes. 4.
Psal. 11.
Eccles. 1.

2. De gener.

8 Metaphy.
cap 3.

puntur. Quantum autem attinet ad hominis reparationem post mortem, licet appareat idem corpus humanum per agens naturale reparari posse, supposita tertia opinione, cum & electi prognati à reprobis fuissent ab aliis generati parētibus si Adam non peccasset, tamen non potest reparari per agens naturale eo modo quo in resurrectione restaurabitur: Nec anima intellectiua corpore deposito reuniri eidem potest ab alio, quam à Deo, sicut nec in prima hominis productione.

DISTINCT. 43. QV. 4.

Verum Resurrectio sit naturalis?



Um naturale diuersis opponatur, nempe supernaturali, violento & libero, æquiuocè quoque accipitur, & pertinet aliquando ad principium actiuum, aliàs verò ad principium passiuum. Primo modo opponitur libero, & supernaturali. Secūdo modo violento, & neutrali. Si igitur accipiatur naturale in quæstione ex parte passi, id est, ex parte corporis, vel materia, erit utique resurrectio naturalis ut naturale opponitur violento, quia tale passum ad talem formam naturaliter inclinatur. Si verò accipiatur naturale ex parte agentis neutro, non erit naturalis, quia fiet ab agente libero & ab agente supernaturali, qui uiuificabit mortalia corpora nostra. Vnde, Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue.

Ex. 1. Topic.
cap. 12.

Rom. 8.
Philipp. 5.



Quoniam resurrectio, secundum Damascenum, sit reiterata eius quod cecidit resurrectio, & totus homo in morte ceciderit per separationem animæ intellectivæ à corpore. Deinde ceciderit & corpus ipsum dum fuit in aliud resolutum, operæ præteritum est ut hæc duo reparentur, & prius natura corpus ipsum quam totus homo, & ad corporis reintegrationem opus est ut partes materiæ illius dispersæ primùm recolligantur. Hæc autem partium materiæ recollectio (quia fiet per *Matth. 24.* Angelos, Mittet filius hominis Angelos, & cetera.) non fiet in instanti, quia Angelus in instanti corpus mouere non potest. Formatio verò corporis, quia diuina fiet virtute (cum Angelus substantiam (producere nequeat) fiet in instanti, cum omnia ad nutum ipsi Deo obtemperent, dixit enim & facta sunt: nec fiet hæc corporis mixti reformatio per motum, sed per mutationem. Reparatio quoque totius hominis, seu unio animæ intellectivæ cum corpore in instanti fiet, cum à solo Deo fieri possit, cui nihil resistit. Deinde quia non potest esse successio in receptione formæ, nisi propter partes formæ, vel propter partes corporis quarum una prius recipit formam, quam altera, neutrum autem ibi inuenitur in instanti, ergo corpus animabitur, & in eodem instanti in quo formabitur. Si verò curiosus per-

scruteris an in eodem instanti omnes resurgent, Beatus Augustinus asserit, quod illi qui reperiuntur mortui in aduentu iudicis prius tempore resurgent, quam illi qui reperiuntur adhuc viuere, sicut illi viui, iuxta Apostolum, prius rapiuntur obuiam Christo in aëra, & ibi (asserit Augustino) morientur: Nam statutum est hominibus semel mori. Item omnes quidem resurgemus, & c. Et subito postea resurgent, & sic eorum resurrectio subsequetur aliorum resurrectionem. Sed quo instanti diei naturalis resurgent homines? Respondetur, quod cum quodlibet instans eandem habeat ad partes diei naturalis habitudinem: si quidem instans mediæ noctis vnus orizontis, est instans meridiei in opposito orizonte, & conformiter de singulis de hoc differendum erit habito respectu ad regionem terræ sanctæ, vbi in valle Josophat iuxta vulgarem opinionem omnes congregabuntur: & dico cum Christo, de die illo, & hora nemo scit. Quod enim aliqui dicunt nos resurrecturos hora qua Christus resurrexit, aut qua iudicatus fuit à Pilato, aut qua expirauit, hoc incertum est. Sic & eorum assertio, qui dicunt resurrectionem fieri mediæ nocte, nam quod asserunt ex *Matthæo 25.* Media autem nocte clamor, & c. & ex Apostolo, *1. Thessal. 5.* Dies domini sicut fur in nocte, & c. hoc arguit, non determinatum tempus, sed potius incertitudinem sui aduentus. Adueniet enim cum homines neque cogitabunt, neque sperabunt, tanquam latens enim superueniet in omnes, & super omnes qui sedent super faciem terræ. *Luc. 21.*

DISTINCT. 44. QV. I.

*Verum in quolibet resurget totum quod fuit vera
pars sua natura?*

*In Enchiri-
dium cap. 86.*

cap. 20.

de civi.

cap. 11.

Tom. 2. lib. 1.

*aduer. Iou-
nianum.*

Luc. 10.

Luc. 22.

Iob. 19.

Ephes. 4.

Quemadmodum ait Augustinus in Enchiri-
dium, & in libro de ciuitate Dei, Caro re-
staurabitur de toto quo caro nostra extiterat, &
Hieronymus, Certè in resurrectione eadem erit
corporum substantia qua nuncvtritur. Id quoque
significatiuè Christus ipse expressit, Vestri capilli,
&c. Capillus de capite vestro non peribit, &c. &
Iob, Scio quòd in nouissimo die ibi, Saluatorem
meum, nihilominus non est putandum id quod
toto vitæ curriculo fuit verè de corpore alicuius
resurgat, nam multæ partes fluxerunt dum viue-
ret, aliæ que successerunt, & aggeneratæ fuerunt
ipsi corpori. Quocirca si in vniuersum omnes re-
pararentur fieret immoderatæ vel immensitatis,
vel quantitatis corpus. Vt igitur formetur corpus
iustæ magnitudinis, nempe quantæ fuit, aut fuisset
30. anno, in qua ætate omnes resurgemus, donec
occurramus omnes, &c. reformabitur humanum
corpus iuxta eorum opinionem, ex prioribus par-
tibus, quæ aliquando fuerint partes ipsius. Primum
ex omni eo quod à parentibus contractum fuit,
cùm hoc fuerit purissimum, deinde ex alijs par-
tibus prius genitis ex nutrimento, siquidem istæ
ceteris partibus puriores sunt posteriùs genitis. A-
lii verò opinantur corpus ipsum reparatum quidè
priùs ex eo quod tractum fuit à parentibus: deinde
autem ex his partibus, quæ magis fuerunt de
veritate

veritate ipsius corporis ex intentione naturæ, vt-
pote ex his quæ adueniunt vt augeant, & produ-
cant ipsum corpus ad iustam quantitatem, quo-
adusque enim viuens attigerit iustam quanti-
tatem ex nutrimento quod suscepit, pars conuer-
titur in substantiam aliti, hoc sine, vt restauretur
deperditum quod fluxit (ecce nutritio) pars verò
vt acquiratur cõueniens quantitas, seu augmen-
tatio, & istud principaliter intendit natura, cùm
hoc sit propter acquirendam perfectionem, illud
verò non ita intendit. Siquidem natura citiùs vt
interteneret totum, partem conseruaret depedi-
tam (si subiaceret eius facultati) quàm in illius
vicem imperfectior em restauraret.

DISTINCT. 44. QV. 2.

Cruciátne malignos spiritus ignis ille inferni?



Nemo fidelium ambigit cacoda-
mones infernali cruciari igne, cū
ex sacris fatiis superque constet di-
cente Christo, Ire maledicti in
ignem æternum, & Iuda, Angelos
verò qui non seruauerunt principatum, &c. At
quonam pacto corporeus ille ignis spiritus cru-
ciet ambiguum est, cùm corporale vim suam ex-
ercere (omnium sententia) in spirituale nequeat,
& quidem dolore eos afficere nequit, cùm do-
lor sequatur sensitiuam apprehensionem, & sen-
sitiui appetitus sit passio: quia appetitus in eis
(cùm incorporei sint) profectò esse nequeat, si-
cut nec in omnibus separatis à corpore. Quo-
circa proprie admodum dixerit Aristoteles, nihil

*Matth. 25.
in vn. Epist.*

de animæ

est dicere animam triftari, & gaudere (quatenus sunt passiones appetitus sensitui) quam texere, vel edificare. Quare consequens est vt dicamus eos tristitia affici ex hoc igne, hoc est, ignem ipsum in malignis spiritibus generare tristitiam, & propterea ipsos ab illò cruciari, & quoniam tristitia est in voluntate ex apprehensione obiecti disconuenientis, & nihilominus inexistens, dicente Augustino, ex his quæ nobis tristitia nolentibus accidunt, quomodo igitur ille ignis spiritu erit disconueniens, non quidem ex snapte natura, quia idè Michaëli esset disconueniens aut alicui donorum angelorum, sed secundum eius nolitionem, & exiltimationem. Et id bifariam, primò est illi disconueniens quatenus detinet ipsum definitiuè, nò quòd talis locus (inquam) sua natura sit spiritui malo disconueniens, quia nullus locus est disconueniens locato, nisi quia alius locus contrarius est illi còueniens, & ipse conseruatiuus, vt lapidi locus sursum est disconueniens, propterea quòd locus deorsum sit illi conueniens. Spiritus autem, sicut nullum habet locum sibi conuenientem, quia is esset ipse conseruatiuus, sic nullus est ei disconueniens. Quamobrem vt ignis causet in maligno spiritu tristitiam, in quantum detinet ipsum, oportet illud promanare ex eo quòd ipse spiritus nolit detineri in ipso igne, & ita est reuera: makers enim spiritus plurimum abhorret detineri igne, & potissimum quòd ibidè detineatur effectiua ex voluntate, decreto, & sententia diuina. Porrò ad istud nolle inclinatur affectio commodi, quia ap-

petit posse se facere presentem cuius loco, aut corpori, sicut ad quemcunque locum est indifferens. Promouet autem superbia ex qua appetit vt propria potestate, consummat tandem inuidia, quia nolle decreto ipsius Dei determinate alicubi detineri. Istud deinde nolle inordinatum quidem subsequitur certa apprehensio euentus istius noliti, & ex hoc tandem tristitia. Sed si quaeris an ignis ei causet effectiue tristitiam. Respondetur quòd licet ignis non detineat ipsum effectiue, sed solum formaliter, quia nihil præter Deum potest angelum contra eius voluntatem alicubi detinere effectiue, nisi esset angelus superior. Raphaël enim demòne religauit, *Tob. 4.* voluntas autè diuina effectiue, quippe quæ illu in igne coniecit, & prohibet ne egrediatur. Ignis tamen effectiue illu contristat, propterea quòd ipse odit, nedum quòd detineatur à Deo in igne, sed etiam formaliter detentionem ignis: quare & ista ipsum contristat, & ex consequenti ipse ignis, cum sit obiectum tristabile. Insuper cum triftari sit re ipsa cruciari (quomodo possibile est Angelum seu spiritum cruciari) sequitur quòd ignis, vt detinens spiritum cruciat ipsum: & in huc sensum dicimus quòd ignis est instrumentu Dei in cruciatio, quia demòne principaliter odit detineri in igne ex voluntate diuina, quæ oderit formaliter ignis detentione, & ita Deus cruciat eum principaliter, & ignis minus principaliter, & id virtute primi agentis, ac secundariò, & ita instrumentaliter. Exemplum potest esse in desiderantibus mori, quibus tristis est vita, hoc pacto oderunt

animam esse in corpore suo, vsque ad instas mortis naturalis propter aliquid odibile concomitans vitam mortalem (quale est paupertas & infirmitas) & secundò apprehendunt istud quod nollent fore, quare tertio sequitur tristitia de detentione animæ in corpore, seu de corpore, vt detinente animam, non quòd corpus detineat effectiue animam, sed sicut susceptiuum forme ipsam detinet, & sub hac ratione odio habetur, & vt sic apprehensum affectiue contristat. Secundò ignis est disconueniens Angelo, vt est obiectum intellectus eius. Siquidem intellectus Angeli determinatur à Deo, & cogitur perpetuò ignem illum considerare, deinde apprehendit sic se esse determinatum ad hanc considerationem. Tertio odit, & non vult sic determinari, & constringi suum intellectum, & vt dictum est in præcedenti, istud odiù oritur ex affectione commodi, quia vult quodcunque obiectum sicut liberit contemplari. Mouetur etiam ex superbia, quia vult vti intellectu proprio ad vtrum, Consummatur etiam ex inuidia, propter quam odit determinari à Deo ad aliquam cõsiderationem vnicam. Quarto sequitur apprehensio, non considerationis nudæ, sed apprehensio certa euentus huius considerationis intensæ & perpetuæ, & ex hoc tandem tristitia. Sed quoniam pacto ignis detinet Angelum in sui consideratione, cum dicat B. Augustinus, quòd voluntas auertit & conuertit intelligetiam nunc ad hoc, nunc ad aliud. Respondetur quòd ignis virtute propria nequit intellectum Angeli in sua cõtemplatione remo-

*Lib. de Trin.
& 83. quæst.*

rari. Idcirco Deus est causa agens principalis detinens intellectum angeli contra voluntatē eius in intensa hac, & perpetua ignis consideratione, ignis verò secundariò & minus principaliter. Et nota quòd molestius est angelo, & amplius contristatur ex eo quòd intellectus eius sic detineatur in hac consideratione, quàm quòd detineatur definitiue in igne, propterea quòd illud magis contrarietur suæ perfectioni, quàm istud. Desiderat enim amplius cõsiderare pro arbitrio suo vnumquodque obiectum, quàm posse liberè facere se præsentem cuius corpori & loco, vnde consequitur ipsum magis contristari ab igne, vt est sic obiectum sui intellectus, quàm in quatum detinet ipsum sic definitiue. Quòd si dixeris ex hoc subsequi omnes æqualiter puniri, cum omnes detineantur illo igne, contra Augustinum. Respondetur, licet omnes æqualiter illo igne detineantur, tamen non est æquè molestum omnibus sic detineri: sed molestius his qui grauius peccauerunt, hoc faciente diuina ordinatione. Deinde si arguas potestati angeli subesse non cruciari ab igne, cum possit sibi complacere detineri ab igne & in eius consideratione. Respondetur, hoc nõ subest eius facultati Deo ita volente,

*Lib. 21. de
Cinis. c. 16.*

DISTINCT. 44. QV. 3.
*Cruciabuntur in ærne damnati post iudicium
igne infernali?*

Satis superque sacrae literæ commonstrant damnatos resumptis corporib⁹ infernali cruciari igne, cum dicat Christus: *Itē maledicti, &* *Matth. 25.*

*Esai. vii.
Iob. 24.*

DISTINCT. 44. QV. 3.

Esaias: Ignis eorum non extinguetur, &c. & Iob,
Ab aquis niuium transibunt ad calorem nimum,
Veruntamen controuertitur de actione ipsius
ignis, an videlicet erit intentionalis solum, vel
realis, & intentionalis quidem sufficit ad ali-
quem dolore afficiendum. Nam excellens sensi-
bile in quantum huiusmodi, natum est dolorem
inferre, cum sit disconueniens potentia, & ta-
men ut tale, non agit nisi intentionali actione,
Experientia deinde id ostenditur, quia si quis
piam frigore contractus appropinquet igni sen-
tiet ingentissimum dolorem, licet parum admo-
dum caloris in se receperit, sed fit hic dolor actio-
ne intentionali ignis. Quemadmodum idem ob-
iectum conueniens a sensu perceptum generat
delectationem, ita disconueniens dolorem. Quo-
circa conuenientius erit dicere ignem intencion-
nali tantum actione agere post iudicium in da-
mnatos, cum illa actio sufficiens sit ad eos cru-
ciandos, & non sic ponenda pluralitas citra ne-
cessitatem, nec in cassum sunt multiplicanda mi-
racula, siquidem necesse foret praeter conserva-
tionem a corruptione intrinseca proueniente ex
actione mutua quatuor qualitarum primarum
in ipso corpore, ipsos etiam diuinitus conseruari,
ne corrumpentur ab igne, si actione reali in eos
ageret quod posterius non erit necessarium pro-
pter intentionalem actionem, nihilominus ad-
ductae rationes non certo probant non fore im-
mutationem realem ab igne in ipsis damnatis,
quare concedi potest ignem etiam reipsa damna-
tos cruciaturum, Quod autem eos non sit cru-

LIBER QUARTVS. 372

ciaturus, aut in fauilla redacturus, erit attribuend-
um dispositioni diuinae miraculose conseruante
vitam illorum.

DISTINCT. 45. QV. I.

*Anima a corpore separata intelligitne quae
prius nouerat?*



Iuus Hieronymus liberè id profite- *In Prologo
Bibliorum.*
tur dicens, Discamus in terris, quo-
rum nobis scientia remanebit, in
caelis valde siquidem indignum fo-
ret aded adlaborare ad acquiren-
dam scientiam, & virtutes, si una cum vita peri-
rent, & absurdus quod remaneat post mortem,
& non possimus actus eorum exequi, Adde quod
& scientia ex se nata sit incorruptibiliter per-
manere, & per consequens ex parte subiecti, cum
sit incorruptibilis. Idem quoque de specie intel-
ligibili omnibus est in confesso.

DISTINCT. 45. QV. 2.

*Anima separata potestne suapte virtutis
prius ignota cognoscere?*



Vanis anima fuerit separata a cor-
pore, nihil osecius potest obiecti
prius ignoti cognitionem, & ab-
stractiuam, & intuitiuam acqui-
rere, de illa patet, quia intellectus
agens a sensibili obiecto, potest intelligibilem
speciem abstrahere, perinde ac a phantasmate
quia nihil est in phantasmate propter quod sit
insufficiens speciem intelligibilem producere,

quod eminentius non extet in obiecto, cuius est phantasma, intellectus autem possibilis cum intelligibili specie abstractiuā formabit notitiam seiunctus à corpore sicut coniunctus. De intuitiua quoque patet. Nam causā illius sunt obiectum præsens, vnā cum intellectu agenti, & possibili, at qui hæc concurrere possunt anima à corpore quantumuis dissoluta. Quare consequens est, vt intuitiua quoque notitia obiecti antea incogniti haberi possit.

DISTINCT. 45. QV. 3.

Recordaturne separata anima præteritorum quæ nōuit adhuc corpori coniuncta?



Vi propius philosophantur, duplicem admittunt in homine memoriam, Sensitiuam nempe & Intellectiuā, & cum hæc sit in anima coniuncta, seu in parte hominis intellectiua, remanebit quoque in anima separata, & per consequens poterit memorari, & formare notitiam omnium, quæ vsque ad separationem eius à corpore in ea per species intelligibiles perseuerarunt. Quandoquidem anima separata poterit exercere omnes operationes (vt constat ex immediatē præcedenti resolutione) quas primò, & per se exercet corpori coniuncta. Huc accedit illud Abrahæ: Fili recordare, &c. Augustinus etiam in illud Psalmistæ, Fiant filij eius orphani, & alibi idem asseuerat, mortuos habere memoriam nostri. Illa autem sensitiua memoria vide-

Luc. 16.

*Psal. 108.
9. Confess.*

licet cum sit totius compositi non perseuerabit in anima dum fuerit à corpore seiuncta, perinde ac nec quæuis sensitiua potentia. Quòd si obiciat inde deduci beatos recordari peccatorū quæ commiserunt; & ex consequenti ex hac recordatione in his aggenerari tristitiam. Si enim viator nequit completa deliberatione recordari commissi peccati, quin illud detestetur, aut displicentia eius conturbetur, alioquin peccat, saltem omissione, multo minus beatus id poterit citra grauem offensam, cum causa (quæ est perfecta Dei dilectio) propter quam quis debet detestari peccatum commissum, cum venit in memoriam plus obliget beatum, quàm viatorem. Respondetur Deum suspendere, & impedire, ne talis peccatorum recordatio tristitiam pariat. Quemadmodum virtutem ignis fornacis Babylonicæ suspendit ne ageret in tres pueros. Sæpe alias dum torquerentur Apostoli & martyres, & id fiet per miraculum, quod quidem si veneris deuotare, dicendum erit causam naturalem impediri per contrarium excellens à suo effectu potissimum cum huiusmodi contrarium prorsus complet passi capacitatem, itaque cum gaudium de obiecto beatifico fatiet omnino spiritum beatum, non erit tristitiæ capax. Delectatio siquidem vehemens (assertore Aristotele) quamcumque excludit tristitiam.

Dan. 3.

7. Ethic. c. 18.

DISTINCT. 45. QV. 4.

Utrum beati fusas illis à viatoribus cognoscant orationes?

BEati viatorum orationes tum vo-
cales, tum mentales naturali primū
cognitione, seu in genere proprio
(modò immoderata distantia non
impediat) optimè norūt: sunt enim
obiecta proportionata eorum intellectibus, vt cō-
stat ex resolut. secundę quæst. huius distinct. Et
quidem devocali oratione satis liquet, cum talem
in corpore agentes per sensus apprehenderent, de
mentali verò ostenditur. Intellectus enim cuiuslibet
omnè propriè voluntatis actum cognoscere
valet ergo & intellectus superior, aut æquè per-
fectus id poterit, dummodo non impediatur ex de-
terminato potentiarum ordine (qualis est pro hoc
statu) & improporcionata distantia. Atqui intel-
lectus separatus aded perfectus est, sicut cum essen-
coniunctus, quinimò perfectior in suis actibus,
cum corp⁹ quod corrumpitur aggrauet animam,
&c. Et non præexigit tunc operationem potentia-
rum sensitiuarum, & fieri potest vt sit debitè præ-
sens. Quamobrem & alterius intellectus, & vo-
luntatis cogitationes & affectiones suapte cognos-
cet virtute, modò non impediatur. Quocirca cum
scribitur, Tu sol⁹ nosti corda filiorū hominū, & ali-
bi frequēter dicitur quòd sol⁹ Deus vniuersaliter,
& ex propria perfectione nouit abscondita cordiū,
sic vt nullo possit modo impediri ab eorum clara
cognitione. Insuper ipse nouit, vt vniuersalis iu-
dex omniū occultorum, quo quidē modo nec an-
geli, boni, aut mali, nec animę separatę cognoscūt,
quinimò Beati ob effectū debitę præsentia multa
huiusmodi ignorant, & mali quoque propterea

3. Reg. 8.

et 2. Paral.

6.

quoddà Deo impediatur. Illud quoque Apostoli ^{1. Cor. 2.}
Quis enī hominū scit, &c. accipiendū est pro hoc
statu quādo intellect⁹ est alligat⁹ sē sibus. Nec ob-
stat illud Esaiæ: Abraham nesciuit nos, & Israël i-
gnorauit nos quando quidē patres illi tūc (cū hæc ^{Esai. 63.}
profiteretur Propheta) sedebāt in tenebris, & um-
bra mortis, noniū felices. Quare nesciebāt tunc
filios suos Iudæos, cum naturalem cognitionē im-
moderata impediret distantia, & speciali reuelatio-
ne priuarētur, non habentes visionē illam in ver-
bo, seu essentia diuina, quā cōmuniter hæc conco-
mitatur reuelatio. Adde quòd ait Hieronymus in
hunc locū, Nesciuit nos Abraham, & ignorauit
Israël, quia nos offendimus, nec cognoscunt filios
quos à Deo intelligunt non amari, ad hæc vide
Peregrinum adducētem illud Luce, Gaudium est in ^{De cultu scti-}
cælis, &c. Deinde prospiciunt ipsi sancti oratio- ^{Florum sol.}
nes nostras supernaturali cognitione, hoc est, in ^{131.}
verbo diuino. Congruum namque est beatos esse ^{Luc. 15.}
Dei coadiutores in procuranda electorum salute,
prout ipsis beatis competere potest, & vt hoc
præstent operæpretium est nostras orationes il-
lis reuelari quibus eorum imploramus auxilium.
Quare rationi consentaneum fuerit Deum
illis easdem manifestare, & quas dirigimus
ipsis sanctis, & quas fundimus Deo nomine san-
ctorum. Huc accedit Hieronymus qui aduersus
Vigilantium ita argumētatur, Sequuntur agnū quo-
cumque ierit, ergo si agnus vbique est, & hi qui
cum agnō sunt vbique esse credendi sunt. Intelli-
ge tamē hoc nō localiter, sed celeritate percipiē-
di ea quæ eos scire vult Deus. Sancti proinde cum

videant nostras orationes quibus eorum imploramus auxilium, utique pro nobis intercedunt, quia nos amant tanquam fratres, & commembra sub capite Christo in eius corpore mystico, quod est Ecclesia, non minus quam cum nobiscum erant in via, quare nos iuuare parati sunt, & de nobis solliciti pro modulo sui status, & beneplaciti Dei. Apostolus enim corpus Christi mysticum corpori comparat naturali (Vide de imploratione sanctorum) in quo sunt multi membra, quae diuersos habent actus, naturalem habent colligantiam, vno vegetantur spiritu, mutuo se diligunt, iuuant æque in depulsiore malorum, atque in promotione bonorum, ut si patitur vnum, & cetera. Sic est in corpore Christi mystico, quod est Ecclesia. Constat autem quod corpus Christi mysticum complectitur electos, siue sint in via, siue in patria: nam cõditio mortalitatis, vel immortalitatis est ipsis membris accidentalis, vnde membra non variat in ipsis, nec ea ab inuicem distinguit in vera coordinatione & inter se, & ad caput, vnde & Paulus mortalibus ait, Non estis hospites & aduene, &c. Quod si obiicias sanctos non posse mereri, & per consequens orare, cum tamen oratione consistat meritum. Respondetur quod oratio suse à viatoribus duplicem habet effectum, vnum, quia est meritoria oranti, Si quis indiget sapientia, &c. Petite, & accipietis, &c. Item quia est meritoria, etiam aliis pro quibus fit, quorum fidem, &c. Et de Cananea orante pro filia: & in beatis quidem non est primus orationis effectus, sed secundus. Videmus enim in politis, quod is

1. Cor. 12.
Rom. 12.
Ephes. 4.

Ephes. 2.

Iac. 1.
Luc. 11.

Matth. 9.
Matth. 15.

qui affectus est summum dignitatis gradum, licet nihil possit sibi apud regem amplius mereri, potest tamen aliis, potissimè quando ipse Princeps vult quippiam aliis indigno per intercessionem eius, qui est illi acceptus concedere: Sic & sancti cum iam sunt in termino nihil sibi impetrare, aut mereri possunt, sed bene nobis indignis exaudiri. Quod autem ob sanctorum hominum etiam hac vita defunctorum merita, multa beneficia Deus contulerit aliis, vniuersa scriptura testis est. Ita legimus ad Isaac locutum Deum, Ne extendas (inquit) in Ægyptum, & cetera. Est autem rationabile, ut sancti velint sua merita illis valere, qui propter illa Deum inuocant, nec hoc beatitudini repugnat. Nam potest is qui suum gradum in aula regis adeptus est, per aliqua obsequia velle orare pro aliis, ut per eadem obsequia & ipsi permaneant ad gratiam Regis, & id quidem supposita Regis liberalitate acceptantis, ea non solum pro eo sed pro aliis, ex sua largitate qua minori bono retribuit, non solum maius bonum, sed & plura bona, dum tamen plures illud bonum sibi applicent, & faciant veluti suum: Ita & sancti in gloria consummati velle possunt & orare, & eorum merita aliis profunt ex beneficio Dei acceptatis, nec oportet beatos scire eum qui eos inuocat esse ex audiendum, aut non exaudiendum: nam potest eis Deus orationem viatorum reuelare, sed exauditionem orationis aut oppositum nõ manifestat. Et quanuis sancto innotescat viatorem exaudiendum, nihilosecius non consequitur sanctum frustra orare pro viatore. Nam sicut Deus

Gen. 26.
Contrauers.
13. fol. pag. 2.

vult ipsum viatorem exaudire, & saluare, ita vult per determinata media, vtpote per intercessionē ipsius sancti viatorem idipsum consequi. Si autē reueletur sanctis viatorem non esse exaudiendum, non orabūt, si neutrum reueletur, utique orāt expectantes, vel reuelationem exauditionis, vel quod exaudientur.

DISTINCT. 46. QV. 1.

Vtrum sit in Deo iustitia?



Utrum iustitia propriè sit rectitudo voluntatis quasi habituata, & per consequens, quasi naturahiter inclinans ad alterum vel ad se quasi ad alterum, & voluntas diuina non habeat rectitudinem inclinantem determinatè ad aliquod, nisi ad suam bonitatem, quasi ad alterum (nam ad alia obiecta merè contingenter se habet) sequitur quod nullam habet iustitiam, nisi ad redendū suæ bonitati, aut voluntati, quod eam condecet. Siquidem ex parte ipsius creaturæ, nō est iustitia, nec quippiam dicitur propriè iustum (sicuti nec bonum, Nemro bonus, &c.) nisi relatum ad primā iustitiam: vnde, Non sumus sufficientes ex nobis, tanquam ex nobis aliquid cogitare, &c. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quocirca Deus ipse nulli est simpliciter debitor, præter quā bonitati suæ vt diligit eā. Creaturis autē debitor est ex liberalitate sua, vt communicet eis quod naturā earum exigit, quæ exigētia in eis ponitur quoddam iustū (& dicitur iustitia laxato vocabulo) quasi secundum obiectū iustitiæ diuina,

Matth. 19.

*1. Cor.
Psal. 142.*

Deinde dicitur debitor creaturæ ex pacto, & cōpromisso legis, de quo vide Sagerum.

*Tit. de opere
meritor.
dogm. 2.*

DISTINCT. 46. QV. 2.

Vtrum in Deo sit misericordia?

Misericordia in nobis ea est qua alterius miseriam quamcumque seu spiritualem, seu corporalem nolumus, & eadem in nobis duplicè habet effectum, primus quo proximum leuamus à miseria in qua constitutus est, aut si illi imminet eū præseruamus, Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, &c. Alter effectus compati & tristari ob alterius miseriam, cum non possumus eum liberare, tristitia enim est ex his quæ nobis molentibus accidunt, & de hoc effectu dicitur, Factus sum infirmus, &c. Si quid patitur vnū mebrum, &c. Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. Vincis compassi estis, &c. Et misericordia quidem iuxta hunc effectum, non est in Deo, quia is non est capax tristitiæ, doloris, & huiusmodi passionum, Sed est in eo primus effectus. Nam sicut ipse est causa omnis boni, Omne datum optimum, &c. ita ipse prohibet mala nobis aduenire, misericordiæ domini, quia non sumus cōsumpti, &c. deinde & ipse à præsentibus miseriis nos misericorditer eripit. Hæc autem misericordia, seu nolle alterius miseriam, est in Deo duplex. Antecedens videlicet, & Consequens, eo modo quo Augustinus ponit in ipso velle duplex, & sic semper habet velle antecedēs, seu semper vult bonum creaturæ antecedenter, ita & non vult eius malum, iuxta illud: Vult omnes homines

Iob. 19.

1. Cor. 9.

1. Cor. 12.

2. Cor. 12.

Heb. 19.

Iac. 1.

Tren. 3.

*1. Tim. 2.
Demero. 5.*

Prouerb. 3.

Apoc.

DISTINCT. 46. QV. 3.

saluos fieri, & cætera. De hoc etiam dicitur, *Quis dat eos talem habere mentem? &c.* Sed sicut nō tēper habet velle cōsequēs, nec nolle cōsequēs respectu mali. Quare licet ipse possit omnem auferre miseriam, non tamen eam semper aufert exigentibus hominum demeritis, vt innotescat eius iustitia. Nam & in nobis recta ratio dicitat improbos nō esse prorsus liberādos à pœnis, iuxta illud: Quia non citò proferetur contra malos sentētia, &c. Præterea misericordia in Deo est duplex, Liberans, cum omne prorsus aufert malū vt beatis. Abstergit Deus omnem lachrymam, &c. Parcens seu mitigans, cum partem tollit malorum, sicut accidit damnatis, & his qui in hac vita affliguntur ob sua scelera. Et de misericordia liberante intelligitur illud Iacobi: Iudicium sine misericordia, &c. Et illud, In inferno nulla est redemptio. Porro misericordia, & iustitia (vt elicitur ex subsequenti quæstione) formaliter, seu consideratione in Deo distinguuntur, non autem re ipsa.

DISTINCT. 46. QV. 3.

*Vtiturne Deus in malorum punitione misericordia,
& iustitia?*

*Damnatōrū
punitio que.*

Malorum punitio est perceptibilis cōuenientis boni carentia, aut disconueniētis mali præsentia etiam perceptibilis: inde suboritur in ipsis quadruplex tristitia, duplex de priuatione boni duplicis, prima de priuatione boni honesti, id est, gratiæ per culpam, tristatur enim de peccato quod in vita cōmiserūt, & in
que

LIBER QVARTVS. 377

quo derelicti sunt, non quatenus est Dei offensa, sed quia demeritorium pœnæ æternæ, & hæc tristitia dicitur pœna veriùs in scripturis, vermiserorum, &c. vel tristitia ex remorsu peccati commissi. Secunda tristitia est ob carentiam boni cōmodi, scilicet beatitudinis, cuius desiderium maximum inest creaturæ rationali potissimum sine freno iustitiæ derelictæ, & vocatur tristitia absorptiua. Duplex verò est in eis tristitia de positiuo disconueniente, vt puta de igne, prima causatur in eis ex perpetua eorum in igne detentione, qui eos definitiuè locat, & vocatur pœna incarcerationis. Altera verò manat ex detentione intellectus illorum in intensa ignis (vt obiecti finis cōsideratione) & dicitur pœna executionis. Porro istius quadruplicis tristitiæ (cum sint effectus positivi) Deus est causa, sed mediante apprehensione obiecti quadruplicis noliti. Duorum autem primorum obiectorum, seu pœnarum, nempe priuationis gratiæ, & beatitudinis (cum non habeant positiuam causam) Deus ipse non est causa nisi negatiua, quia videlicet non confert illis gratiam, & beatitudinem, sed huius negationis ipsi sunt causa, quia id demeruerunt cum peccarent, & non respuerunt. Posteriorum verò Deus non est causa, & quidem positua, siquidē Deus eos in ignem coniecit, & ibidem eos detinet suo decreto, & volūtate, vt non possint ignē neque egredi, neque non intensè ipsum contemplari, quod tamen nolent, sed cupiunt pro arbitrio posse quemuis adire locum, & vnum quodque cōsiderare obiectum. In hac verò punitione
BBB

Esa. vii.

*Damnatōrū
punitio an sit
a Deo.*

concurrat iustitia, secundum utranque acceptio-
nem positam in resolut. 1. huius distinct. Quia &
condecet diuinam bonitatem sic punire, & crea-
tura quoque id exigit. Et de prima quidem pœ-
na patet. Iustè enim Deus peccatori suam dene-
gat gratiam, & non remittit peccata, quia hoc
ipse demeruit peccando, in via, & in malitia per-
seuerando absque resipiscencia toto tempore ad
pœnitendum illi cōcesso. Deinde offendit eum,
à quo solo liberari poterat, quare meritò in pec-
cato suo obstinatus derelinquitur, quemadmo-
dum si quis liberè se in foueam proiiceret, à qua
liberari, nec per se, nec per alium posset quouis
modo, nisi iuuamine illius quem dum sic in fo-
ueam proiicit, grauitè offendit, iustè in eadem
derelinqueretur. De secunda pœna ostèdo, nam
quemadmodum bonum honestum, seu opus vir-
tutis iustè exposcit bonum commodū, siue mer-
cedem, &c. ita peccatum priuans honestate, iure
requirit priuationem boni commodi, hoc est
beatitudinis, & hæc priuatio peccatum ordinat
eo modo quo stante offensa ordinari potest, si-
cut putredo alicuius membri (quæ est contra bo-
num ordinem corporis) si non tollatur, debet
impediri per aliquid quod prohibeat communi-
cationem talis membri cum aliis, & de hoc ait
Boëtius: Infeliciores sunt improbi iniusta impu-
nitate damnati, quàm iusta punitate puniti. Nec
mirum, quia in primo nullum est bonum nisi na-
turæ, in secundo vltra bonum naturæ est aliquod
bonum reformans culpam, scilicet iusta corres-
pondentia pœnæ ad culpam. In tertia pœna satis

4. Prosa de
consolatione.

apparet iustitia, quia sicut bonis congruit collo-
cari in loco amœnissimo cum facultate adeundi
liberè alia loca, ita conuenit improbis constitui
in loco vilissimo, quod est terra in cuius cen-
tro est infernus, & quod verentur exire eum lo-
cum, quia si possent egredi abuterentur hac fa-
cultate. In quarta pœna constat esse iustitiam,
nam sicut intellectui beatorum conceditur con-
templatio nobilissimi obiecti, videlicet essentia
diuinæ & voluntati eiusdem fructio, cum facul-
tate considerandi, aut amandi alia obiecta, sic in-
tellectus damnatorū determinatur ad conside-
randum obiectum disconueniens, quia nolitum,
& imperfectum, quia corporale, & voluntas ad
nolendum aliquid quod tamen assistit, & est cō-
tristatiuum, & aufertur facultas considerandi &
prosequendi alia obiecta, per quod punitio illa
minueretur. Et ratio eorum tam in beatis, quàm
in damnatis est, quia per intellectum, & volun-
tatem præcisè meruerunt: Et hæc sunt nobilissi-
mæ potentia naturæ intellectualis, in quarū per
consequens perfectione, vel imperfectione præ-
cisè consistit talis naturæ perfectio, vel imperfe-
ctio. In quatuor aliis pœnis, id est tristitiis, con-
stat quoque esse iustitiā, quia consummatio pœ-
næ tristitiam requirit. Hominibus insuper dam-
natis resumptis corporibus adiicientur hæc pœ-
næ, quia & ardebunt in igne illo, & subsequerur
ingens dolor in appetitu sensitiuo, & ibi quo-
que erit iustitia ex correspondentia illius acer-
bitatis ad inordinatam delectationem, quam
habuit in peccato. Veruntamen in his omni-

bus afflictionibus concurrerit Dei misericordia non liberans, sed parcus (de qua 2. quæst. huius distinct.) iuxta illud Iacobi, Superexaltat autem, id est, commendat misericordia iudiciū. Quanto enim ad aliquod opus plures concurrunt virtutes, tanto est illud perfectius, ergo si ad iudicium concurrant iustitia, & misericordia, erit perfectius. Quod autem concurrant patet ex Psalmista, Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, &c. Iustas Dominus, & iustitias dilexit, &c. Non obliuiscetur misereri Deus, nec continebit in ira misericordias. Quod si ex Deuteronomio arguas, ibi esse iniustitiam, cum ibi dicatur secundum modum delicti, &c. Sed delictum est temporale, & finitum, ergo & pœna debet esse talis. Respondetur quod multi perpetuo peccassent si semper vixissent, alij verò qui peccauerunt cum proposito resipiscendi exposuerunt se periculo perpetuo manendi in peccato, maxime cum noluerunt tempore opportuno resipiscere. Melius autem dicitur, secundum Augustinum, quod non requirit iustitia pœnam infligi perpetuam, vt sit sufficiens culpæ, sed est perpetua de peccato accidens, propterea quod persona sit perpetua, & perpetuo manet in culpa. Si verò ex Iacobo dixeris ibi nullam esse misericordiam cum dicat, iudicium sine misericordia, &c. Respondetur eum locum intelligi de misericordia liberante, & non de parcente.

DISTINCT. 47. QV. I.

Est ne futurum vniuersale iudicium?



Generale iudicium fore demonstrari nequit per naturam, est enim minus notum, quam resurrectio ipsa, quam tamen naturales ignorauerunt Philosophi, vt patet 43. dist. Insuper est vnum futurum contingens dependens à sola diuina voluntate, quo circa cognosci nequit, nisi voluntas ipsa cognosceretur, congruenter tamen aliquæ assignari possunt. Prima, congruum est omnes malos tandem separari ab omnibus bonis iuxta parabolam, Simile est regnum caelorum sicut ager, ibi, *Math. 13.* seculi, &c. Non enim mali commixti sunt bonis, nisi vt vel malus corrigatur, vel bonus per eum exerceatur secundum Augustinum in illud Psalmista, *Tom. 8. in Psal. 54.* Contristatus sum in exercitatione mea, &c. Sed hæc non fient post hanc vitam, ergo congruit eos separari. Et licet in morte particulari cuiuslibet hæc separatio fuerit facta, congruit tamen vt fiat generaliter in iudicio, vt manifestetur omnibus Dei iustitia, quæ fuit in secretis iudicij cuiuslibet particularis personæ, & hæc est secunda congruentia. Tertia congruentia, sicut res sunt à primo efficiete, ita reducitur in ipsum, vt in finem, vnde in Apocalypsi, Ego sum *Apoc. 1.* *α & ω.* Atque præter speciales exitus, seu productiones rerum quæ fiunt quotidie iuxta illud Ioannis, *Ioan. 5.* Pater meus vsque modo operatur, fuit vnus exitus vniuersalis in prima rerum creatione, *Qui* viuit in æternum creauit omnia simul, &c. *Eccl. 18.* Congruum est igitur à simili, vt præter singulares reductiones, sit vna vniuersalis reductio omnium bonorum in finem suum, & per consequens vna finalis

*Iacobi 2.**Psal. 24.**Psal. 10.**Psal. 78.**Deut. 15.**21. De ciuit. cap. 11.**Iac. 2. cap.*

& vniuersalis sententia discretiua malorum qui non reducuntur. Quarta congruentia, quia præter hoc quòd vnusquisque adscribatur regno vel carceri scorsim debet tota multitudo inordinata ad regnum, aliquando determinati ad illud possidendum, & mitti in possessionem regni, & vniuersa alia multitudo relinqui carceri, vt sic fiat sequestratio duarum familiarū seu ciuitatū, de quibus Augustinus de ciuitate Dei per totum. In illo autem iudicio erit aliquid præmiū, nempe clara cognitio meritorum, & demeritorum, cuiuslibet, iuxta illud Apostoli: Qui & illuminabit, &c. Quòd quoquo modo fiat. relinquitur potestati diuinæ. Erit & aliud completiuum scilicet latio sententię, & eiusdem executio. Deloco verò dicitur, quòd erit vallis Iosaphat, secundum illud Ioëlis: Adducam omnes gentes in vallem Iosaphat, &c. Apostolus ait quòd boni rapiuntur obuiam Christo in aëra, &c. mali relinquentur in terra in valle illa, vel in circuitu: Christus verò existimatur descensurus in aëre ad loca vbi transfiguratus coram Apostolis, ostendit eis signum futuræ gloriæ.

1. Cor. 4.

Ioel. 3.

1. Thess. 4.

Matth. 17.

Marc. 8.

Luc. 10.

DISTINCT. 47. QV. 2.

Psal. 96.
2. Pet. 2.

Porro mundus creditur per ignem prius purgandus iuxta illud Psalmistæ: Ignis ante illū præcedet, &c. & Petri: Cæli ardentes calore soluētur, & patet ex aliis locis Prophetarum. Quomodo autem id fiet nouit Dominus, & cui voluerit reuelare.

DISTINCT. 48. QV. I.

Iudicabitne Christus in forma humana?



Ivm iudicium sit completa determinatio eius quòd reddendū est alicui pro meritis, & hæc completa in quā determinatio includat perfectum dictamē intellectus huius rei, & velle perfectum, ac efficax voluntatis, consequitur quòd principaliter iudicare includit dictare, & principaliter habere, velle efficax. Nihil autem dicitur principaliter quidpiam agere, quòd in agendo dependet ab alio principali. Vnde colligitur quòd principaliter iudicare ei soli competat cuius intellectus non subordinatur, seu dependet ab alio in iudicando, nec voluntas in efficaciter volendo, & imperando, sic vt ad illud imperium mox sequatur effectus. Intellectus autem animæ Christi subordinatus diuinæ voluntati in dictando, & voluntas eius diuinæ voluntatis in volendo. Nam licet quippiam efficaciter velit, & illud eueniat, subordinatur tamen necessariò diuinæ voluntati, quia eius voluntas non est omnipotens. Ideò fieri nequit, vt Christus secundum humanam naturā principaliter iudicet. Adde quòd fieri nequeat vt aliqua creatura efficaciter imperet, & efficiat vt quispiam videat Deum, sed hoc fit à diuina voluntate, nec Christus, vt homo hoc præsumeret. vnde illud, Sedere autem ad dexteram meam non est meum dare vobis. Alio modo potest accipi iudicare nõ sic omnino principaliter,

Matth. 20.

sed commissariè, vel subauthoritatiuè, excellèter tamen excellentia singulari, sic vt non possit esse alia authoritas commissaria superior, & sic Christus vt homo iudicat, sicut commissum est Eucharistiam conficere, & alia sacramenta administrare. Nam etsi purè creaturæ committi posset vt iudicaret, & iudicium illius demandaretur executioni à diuina voluntate, non tamen ei posset committi, vt omne eius velle impleretur ab eadem persona, quia tunc pura creatura esset omnipotens. Quare suprema cõmissio possibilis est quòd non solum omne determinatum à voluntate conueniat, sed quod ab eadem persona exequatur, cuius est illa voluntas, hoc autè cõcessum est animæ Christi, ergo Christus secundum humanam naturam non iudicat principaliter, sed commissariè, & subauthoritatiuè, potestate tamen eminenti, & summa possibili conferri creaturæ: & sic interpretanda sunt loca scripturæ quæ videntur asserere iudiciariam potestatem collatam Christo homini, vt illud Matthæi: Cum venerit filius hominis, &c. Ioannis potestatem dedi eisiudicium facere, quia filius hominis, est, &c. Et iterum, filius quos vult viuificat, &c. & illud Apostoli, Vt viuorum, & mortuorum dominetur, & illud Actuū Apostolicorum, Iudex viuorum, & mortuorū, &c. & Matthæi, Data est mihi omnis potestas, &c. intelligenda sunt tanquam non de domino, authoritate iudiciaria, vt potestate principali, sed de authoritate subordinata eminentissima tamen, quæ potest esse sub principali, vnde, Omnia mihi tradita sunt à pa-

Matth. 25.
Ioan. 5.

Act. 10.
Rom. 14.

Matth. 28.

tre. Apparebit verò Christus in forma gloriosa, nam postquam semel glorificatus est, nunquam erit nõ gloriosus, sicut postquam resurrexit semper fuit immortalis, Christus resurgens, &c. & in eadem gloria videbitur à beatis & reprobis nec propterea sequetur aliqua delectatio in damnatis Deo non concurrente, quinimmo maior angustia, vel afflictio, iuxta illud: Videbunt in què transixerunt, &c. Adde quod obiectum conueniens videri possit absque delectatione, & non sit inconueniens oculum non gloriosum videre corpus gloriosum, &c.

In iudicio cessabit ne corporum celestium motus?



Ristoteles sicut mundū posuit perpetuum, sic motum corporum celestium nunquam cessaturum existimauit. Sed hæc assertio & sacris scripturis, & Theologicis aduersatur. Ait enim Zacharias, Erit dies vna quæ nota est domino, nõ dies neque nox, Et ab hac Sol & luna steterunt in ordine suo, &c. Sacri quoque doctores digitum ad hoc attollunt omnes. Quo circa illud Genesis, Cunctis terræ estas, hyems, nox, dies non requiescent, intelligitur pro vita mortali hominū. Ad illud verò Aristotelis, semper agit sol, & astra, & totum cœlum, non est autem timendum nequādo stet, quod timēt qui de natura, id est aliqui philosophi naturales, vt Empedocles existimant mundum deficere, secundū

17. Meta-
phys. 8.
physic.

Zachar. 14.

Abac. 3.

Gen. 8.

9. Metaphy.
eap. 7.

DISTINCT. 49. QV. 2.

quod nunc lis nunc amicitia regnet. Respondetur, in ea fuit hæres Philosophus, sed non astruit sufficienter suam opinionem, quia Deus conrigenter concurrat (non necessario ut putavit Aristoteles) cum intelligentiis ad mouendum cælum. Prima autem causa contingenter agente, effectus est simpliciter contingens, & potest non esse: Quia si prima causa non agat nulla alia producat effectum, Patet ex Daniele, de igne fornacis Babylonicæ, cessabit igitur cælorum motus cum placuerit primo motori.

Dan. 3.

DISTINCT. 49. QV. 1.
Consistitne beatitudo per se in operatione.

Inter omnia naturæ intellectualis appetibilia aliquod essentialiter, & simpliciter est supremum, & illud supremum est solum illud quod cuiuslibet naturæ intellectuali simpliciter propter se est appetendum, nec in alio natura intellectualis ultimatum, & completè perficitur, quàm habendo supremum appetitum, & hoc perfectè eo modo quo potest ipsum habere. Nihilominus obseruandum est in omnibus esse duplicem perfectionem, primam videlicet quando nihil deficit pertinens ad primam esse rei, scilicet essentialia, & secundam quando nihil deficit ad esse secundum, videlicet ad bene esse, & in hac perfectione secunda consistit beatitudo, quando videlicet natura intellectualis per suam operationem coniungitur enti perfectiori seipsa, nempe Deo. Est igitur

Duplex per
 factio.

LIBER QVARTVS.

tur beatitudo etiam secundum philosophos bonum sufficiens, (videlicet excludens defectum & indulgentiam) perfectum (excludens imperfectiorem, seu diminutionem) ultimum (excludens tendentiam ad aliud completius bonum) id est bonum, quo habito completè bene est bonum habenti. Est autem duplex beatitudo, videlicet Simplex, quæ coniungit subiecto nobilissimo, & Secundum quid, quæ coniungit minus nobili perfectio. Consistit verò beatitudo in operatione, quia non potest alicui ultimatum bene esse & competere, nisi habendo illud, quod est summè appetendum, nempe Deum, iuxta illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua, atqui haberi nequit nisi per coniunctionem naturæ intellectualis ad ipsum: Quæ sanè coniunctio non habetur citra operationem, quia nec essentia, nec potentia Deo coniunguntur nisi per operationem. Huc accedit Aristoteles, scilicet est operatio optima, secundum optimam virtutem & in vita perfecta. Item specificat in qua operatione, quia in speculativa. Et alibi ait, omnis substantia cuius est operatio est propter operationem suam. Augustinus, Summa merces est ut ipso perfruamur, Deo scilicet, summa autem merces est beatitudo secundum ipsum, ipso autem perfrui est operatio, quare beatitudo ipsa in operatione consistit.

duplex beati-
 tudo.
 In quo consi-
 stit beatitudo.

1 Ethic. c. 8.
 9.
 10. Ethic.
 10.
 9. Metaphy.
 c. 7. & 2 de
 celo & mund.
 1. de doct.
 Christian.
 cap. 6.

DISTINCT. 49. QV. 2.

*Utrum immediatius perficit beatitudo essentiam,
 an potentiam ipsius beati?*

DISTINCT. 49. QV. 2.

Sive alia sit essentia perfectio, & alia potentia, siue eadem, & vnica sit essentia, & potentia perfectio, cum beatitudo (ex precedenti resolutione) in operatione consistat, operatio autem immediatius potentiam perficiat, quam essentiam (quia non competit operatio essentia nisi mediante potentia ex Aristotele) consequitur beatitudinem immediatius potentiam perficere.

2. De anima
& 9. Meta-
phy.

DISTINCT. 49. QV. 3.

Utrum beatitudo per se consistat in pluribus operationibus simul?

Variant planè doctores in explicatione huius quæstionis: nã Richardus asserit beatitudinem consistere in actu intellectus, & voluntatis, & sic in duabus operationibus, Beatus verò Thomas in vna operatione duntaxat. Veruntamen vt exactius id explicetur operæ præteritum fuerit obseruare primùm hîc non agi de beatitudine obiectiua, siue extrinseca, quæ est Deus ipse, sed de illo quo natura intellectualis immediatè coniungitur obiecto beatifico: Et iuxta hanc secundam acceptionem dupliciter intelligi potest, vel de beatitudine potentia, vel de beatitudine ipsius naturæ. Intellectualis beatitudo vtriusque potentia scorsim consistit in vnica operatione, beatitudo intellectus in clara visione verbi diuini voluntatis in perfecta fruitione eiusdem. Beatitudo autem totius naturæ intellectualis est du-

Beatitudo
intellectualis
duplex.

LIBER QVARTVS.

383

plex, videlicet extensiuæ, & intensiuæ. Prima & totalis consistit in duabus operationibus duarum potentiarum animæ, quia per vtramque coniungitur immediatè ipsi obiecto diuino. Secunda & perfecta beatitudo consistit in vnica operatione ipsius voluntatis: quia sola voluntas perfectissime, & vltimatè vnit ipsi Deo naturam intellectuales. His consentit Aristoteles, ita definiens beatitudinem, *fœlicitas est operatio optima, secundum optimam virtutem, & in vita perfecta.*

1. Ethic.

DISTINCT. 49. QV. 4.

Beatitudo an consistat per se in actu intellectus, vel voluntatis.

Um asseueret beatus Augustinus, & ex 1. De doctr. professo dicat summam mercedem esse vt *Christia. c. 6* Deo perfruamur, & frui sit voluntatis actus (quia est amore inhærere) summa merces nostra est beatitudo, & eadem in voluntate consistit. Idem etiam astruit dicēs, Solo illo illustrari perfruique sufficere, & Beatus est qui habet quidquid vult. Adde quod beatitudo consistere debet in operatione illius potentia quæ intimiùs, perfectiùs, ac immediatius, seu primò prioritate perfectionis coniungit ipsi Deo, sed voluntas est huiusmodi, Quocirca cū dixerit Christus, Hæc est vita æterna, hoc accipiendum est non inchoatiuè, sed terminatiuè, & completiuè in visione & fruitione, & in isto perfectiùs consistit. Illud vero Augustini, Visio est tota merces, & c. intelligitur de mercede seu beatitudine ipsius intellectus *1. de Trinit. c. penult.*

Frui quid.

1. de Trinit.

Ioan. 17.

1. de Trinit.

c. penult.

solùm & non de mercede totius hominis, & con-
similiter accipiendæ sunt omnes authoritates, &
rationes quæ astruunt beatitudinem consistere
10. *Ethic.* in actu intellectus, vt Philosophus ait in *Ethicis*,
vbi probat fœlicitatem substantiarum separata-
rum consistere in speculatione. Hoc enim verum
est de fœlicitate, quæ est in intellectu, Nec obstat
10. *Iosu. 14.* illud Philippi, Domine ostende nobis patrem,
&c. & sufficit nobis, &c. quia non loquebatur
de visione beata, vt patet ex responsione Christi
dicentis, tanto tempore, &c. sed de visione fidei,
id est, de cognitione trinitatis, quam adhuc non
intelligebat, sed putabat planè intelligere patre
sibi ostenso.

DISTINCT. 49. QV. 5.

Beatitudo consistit in se in fruitione.

*Beatitudo na-
tura intelle-
ctualis in frui-
tione consistit.*

In intellectualis naturæ beatitudo in
fruitione simpliciter consistit, in frui-
tione in qua ipsius Dei quæ habetur
in patria, non in ea quam viator ha-
bere potest. Hæc porro fruitiones spe-
cie dissidēt, perinde ac intuitiua notitia, & abstra-
ctiua. Amor verò duplex est, videlicet concupi-
scentiæ, quo diligimus quippiam propter nos ip-
sos, seu propter bonum nostrū, de quo illud Io-
annis: Quæritis me non quia vidistis signa, sed
quia saturati estis ex panibus. Et amor amicitia, quo
amamus quippiam propter se, seu propter
illius bonum vltimatè, de quo, Diliges Deum tu-
um ex toto corde, solus autem amicitia amor
fruitio dicitur.

Amor dup.

Iom. 6.

DISTINCT. 49. QV. 6.

Pertinetne ad beatitudinis essentiam securitas.

Beatitudinem fore perpetuam satis su-
perq; ex sacris colligitur, dicente Chri-
sto: Ibunt iusti in vitam æternam, con-
similiter dicitur quòd beati erunt sicut
angeli Dei in cœlis. Et apud Psalmistā, in secula
seculorū laudabunt te. Huc accedit Augustinus,
Beata vita esse nō potest, nisi sit immortalis. Cau-
sa autem huius perpetuitatis non est ipsa forma
seu natura beatitudinis, vt ait Thomas, nec na-
tura ipsarum potentiarum (intellectus videlicet,
& voluntatis) quæ necessariò perpetuò circa ta-
le obiectum operantur, vt ait Henricus, nec ha-
bitus in potentiis (hoc est lumen gloriæ in intel-
lectu, & charitas in voluntate) qui necessariò de-
terminet ipsas potentias ad perpetuò operandū,
vt ait etiam D. Thomas, sed huius perpetuitatis
causa est ipsa diuina voluntas, quæ sicut beatitu-
dinem confert, ita eandem in ipsis cōseruat per-
petuò. Quòd si hoc admissio exquiras quonam
pacto beati erunt impeccabiles, cum per nihil sibi
intrinsicum habeant, quin contingenter ope-
rentur, & per consequēs possint non frui & ita
peccare, quod tamen est absurdum. Responde-
tur quòd beatus in potētia propinqua, seu in sen-
su composito est impeccabilis, hoc est, beatus ne-
quit simul esse beatus, & peccare, sed in potentia
remota, siue in sensu diuiso peccare potest, si

*Beatitudo
perpetua.*

Mat. 25.

Mar. 12.

Luca 20.

Mat. 22.

Lib. 11. de

Trinit. c. 8.

*Beati quomo-
do impecca-
biles.*

videlicet ab eo auferatur beatitudo. Præterea illud videlicet quod beatus in sensu composito peccare non potest, bifariam intelligi potest. Primum quod hoc insit illi per aliquid sibi, seu suæ voluntati intrinsicum, & hoc non est verum. Secundum quod per aliquam causam extrinsecam auferentem ab eo propinquam peccandi potentiam, & hoc est verum. Hæc autem causa est Deus ipse præueniens beati voluntatē, ut semper fruendi actum continet, & ita nunquam possit remotam non fruendi, & peccandi potentiam ad actum reducere: Siquidem nunquam causa secunda præuenta à causa superiori agente ad vnum oppositum potest potentia propinqua in aliud oppositum, ut Paulus præuentus à Deo nequibat amplius ecclesiam persequi. Huius rei exemplum desumitur ab aliquo in carcerem obscurissimum detruso, qui nihil videat, is quidem videndi potentiam habet sed remotam, propinquam verò non, sed hoc prouenit à causa extrinseca, nempe carcere impediente ipsum, non à causa intrinseca, supposito quod sensus visus in eo fuerit integer: sic est in beatis peccandi potentia. Hæc autem perpetuitas non mensuratur æternitate (ut ait Thomas) sed æuo, & potest esse, & non esse. Conseruatur tamen à Deo, nec est de ratione, seu essentia beatitudinis, (licet oppositum existimet beatus Thomas) accipiendo beatitudinem intensiue, hoc est, pro aliqua perfectione permanente. Quia quæcunque perfectio permanent, & quantacumque eadem, & æqualis potest esse peristans, vel in aliquo breui tempore, quæ & quæta potest

2. Cor. II.

potest esse in toto tempore. Atque enim perfecta est albedo vnius diei, sicut vnius anni. Sin beatitudo acciperetur extensiue, id est, pro aliqua perfectione permanente non solum intensiua, sed etiam extensiua, hoc est durante quantum potest, tunc perpetuitas includeretur in eius ratione. Si quaeris an huiusmodi beatitudinis perpetuitas possit mereri. Respondetur quod loquedo destricta iustitia, Deus nulli propter quæcunque merita est debitor perfectionis tantæ, propter immoderatum excessum illius perfectionis supra merita. Si etiam loquamur de illa iustitia Dei, quæ eius liberalitati innititur, qua etiam supererogat in præmiis, & statuit meritis hominum conferre beatitudinem, non propterea necessarium consequitur propter hæc iustitiam esse reddendam perennem beatitudinem tanquam præmium, immò abundans fieret retributio in beatitudine vnius momenti. Perpetuò igitur conferuat Deus hæc in electis beatitudinem, non ex iustitia quidem, sed ex mera liberalitate. Si verò volueris asserere quod cadat sub merito, oportet dicere correspondentiam perpetuitatis beatitudinis ad meritum inniti iustitiæ, & liberalitati supereffluenti. Beati autem securi sunt, & certi quod eorum beatitudo erit perpetua, & hoc ex reuelatione sola ipsius Dei, non propterea quod videant beatitudinem esse necessariam, nec item per rationem naturalem, quia per illam non potest esse notum quod à sola diuina pendet voluntate. Securitas idcirco (quemadmodum nec perpetuitas) non est de ratione beatitudinis,

1. Ethic. c. 6.

DISTINCT. 49. QV. 7. ET 8.
nec in eius includitur essentia.

DISTINCT. 49. QV. 7.
Pertinetne ad beatitudinis essentiam gaudium
quod habetur de obiecto beatifico?

Voluntas bi-
fariam con-
sideratur.

Beatitudo ipsa si proprie accipiatur
non includit gaudium cum sit passio
quædã: beatitudo verò in operatio-
ne cõsistit. Nihilominus obserua vo-
luntatem bifariam considerari. Pri-
mum vt potentia operatiua, & sic simpliciter
perficitur operatione contingente illam summo
bono vltimatè, & in hoc essentialiter consistit
beatitudo. Deinde potest considerari vt recep-
tiua, & hoc modo est perfectibilis non opera-
tione, sed supernaturalibus passionibus (qualis
est delectatio, & gaudium) quia talium est vlti-
matè receptiua. Hinc colligitur aduersus Tho-
mam fieri posse vt aliquis beatificum videat ob-
iectum, & tamen nullum inde habebit gaudium,
sed hoc adscribendum esset non potestati crea-
turæ, sed diuinæ. Cum igitur Augustinus asserit
beatitudinem esse gaudium de vita beata intelli-
git causaliter, non per essentiam, quia beatitudo
est causa quietationis, & delectationis, quæ con-
sequuntur actus beatificos.

DISTINCT. 49. QV. 8.

Verum humana natura sit natura infima
beatitudinis capax?

LIBER QVARTVS. 386

Humanam naturam fore beatificabi-
lem, satis superque innuit Apосто-
lus, Videmus nunc per speculum &
in enigmate, &c. Videmus eum si-
cuti est, &c. Videbimus faciem, &c.
Erunt sicut angeli, &c. Eo ipso anima Dei ima-
go est, quo ipse capax esse potest. Quid autem
circa hoc philosophi senserint videre est in Ethicis,
& apud Augustinum. Plane ignorarunt bea-
titudinem quam nos Christiani speramus bene-
ficio ipsius Christi, ea siquidem naturali ratione
cognosci nequit, sed sola fide, iuxta illud Esaiæ
& Apostoli: Oculis non vidit, &c. Ibi nobis au-
tem reuelauit Deus per spiritum suum. Adde
quod animæ immortalitas per lumen natura-
le cognosci nequeat. Insuper Philosophus existi-
mauit primam causam posse à nobis cognosci in
vniuersali duntaxat, & notitia confusa, obscura
& abstracta à sensibus. Asserit enim quod omnis
nostra cognitio orrum habet à sensu. Beatitudo
autem consistit in notitia intuitiua, seu clara De-
uisione, & eiusdem perfecta fruitione, secundum
illud Apostoli: Tunc autem facie ad faciem, &c.
& Ioannis, videbimus eum sicuti est, &c. & Philo-
miltæ, Satiabor cum apparuerit, &c. Hinc mani-
festum euadit nullam naturam inferiorem ho-
minis beatificabilem esse simpliciter, cum nul-
la talis possit per suam operationem summa
coniungi bono: Quandoquidem omnis natura
inferior homine excedit suam operationem, per
organum, ergo non circa obiectum immateriale, in

1. Cor. 13.
Ioan. 1.
Can. c. 3.
Apocal. 22.
August. 14.
de Trin. c. 18
1. & 10.

Ethic. 19.
De ciuit. c. 12.

Esa. 46.
1. Cor. 2.

Naturali-
ter immortali-
tas cognosci
nequit.
1. Poster. 1.
& 2. Phys.

1. Cor. 3.
1. Ioan. 1.

DISTINCT. 49. QV. 9.
quò tamen solo est beatitudo. Aliqua tamen
natura inferior humana beatificabilis est secu-
dum quid, vt ea quæ per suam operationem suo
fini immediatè coniungi potest, & ex conse-
quenti suo optimo, non tamen optimo simpli-
citer, qualia sunt sensitua animalia habentia o-
perationes proprias, & immanentes, vt visionè,
gustum, &c. Per quas quidem operationes pul-
chro visibili, aut gustabili eis optimo coniun-
gitur.

DISTINCT. 49. QV. 9.

*Expetuntne cuncti mortales necessariò, & summè
beatitudinem ipsam?*

*Appetitus du-
plex in ho-
mine.*

Appetitum in homine constat dupli-
cem esse, Naturalè, qui nihil aliud
est, quàm inclinatio ipsius nature
ad suam perfectionem, & Liberum,
qui est actus liberè elicitus à volun-
tate. Hunc autem duplicem appetitum inde col-
ligimus, quòd sancti olim, & ipse Christus licet
naturali appetitu mortem horrerent, quia (in-
quit Paulus) nolimus spoliari, &c. Et Christus o-
rabat, vt si fieri posset transfiret ab eo calix, tamen
liberè & elicitò voluntatis actu eandem elige-
bant, vnde subnectebat Christus, Verum tamen
non mea voluntas, &c. & Ibant Apostoli gau-
dentes, &c. Proinde naturali appetitu mortales
qui que necessariò, & summè beatitudinem ex-
petunt, & hoc in particulari, id est, beatitudinem

2. Cor. 5.

Act 6.

LIBER QVARTVS. 387
quam fide tenemus in clara Dei visione & fru-
tione consistere: Vnde Augustinus, Beati omnes
esse volunt, &c. Et idem, Ardentissimè beatitudi-
nem omnes volunt. Nec opus est habere veram
beatitudinis cognitionem, quia is appetitus fi-
cut cæteris in rebus sic in homine finis aut obie-
cti notitiam non præexigit. Appetitu autem li-
bero, licet voluntas, vt in pluribus beatitudinem
velit, non tamen necessariò, & summè, sed con-
tingenter, quamuis enim voluntas non possit
beatitudinem, seu Deum ipsum odio prosequi,
aut summam expetere miseriam, potest nihilo-
minus omnem actum suspendere, id est, nullum
actum circa hæc obiecta elicere. Est siquidem res
pectu quorumcumque obiectorum libera, saltè
libertate cõtradictionis, vt videlicet possit quod-
cumque obiectum amare, odire, aut non curare
de illo.

*Lib. 13 de
Trin. cap 8.
Cap. 5 d. lib.
13 de Trin.*

DISTINCT. 49. QV. 10.

*Quacunque ab homine appetuntur an propter
beatitudinem appetuntur?*



Vm naturalis appetitus innatus sit
homini ad suam prosequendam per-
fectionem, quacunque iuxta natu-
ralem expetit inclinationem, pro-
pter ipsam appetit beatitudinem,
non autem quacunque appetit libero appeti-
tu. Fieri enim potest, vt cum quippiã desiderat,
de beatitudine nullatenus consideret. Præterea
licet ipsam consideret, potest nihil secius con-

DISTINCT. 49. QV. 12.

Potestne homo in hac vita mortali beatitudinem consequi?

UM naturali lumine deprehendi nequeat fieri posse vt homo Deum ipsum clarè & immediatè cognoscat, & eodem sic cognito fruatur, asseuerasset propterea Philosophus hominem ipsum actibus, quos in præsentiarum experimur, in hac vita beatitudinem consequi posse.

At fide certa opposita fidelibus innotescit. Quo circa liberè profitentur in hac mortali vita neminè beatificari posse etiam aliis actibus ab his quos nunc habemus, vnde in exodo, non videbit me homo, & viuet. Hæc autem impossibilitas non est ex parte ipsius Dei. Potest enim homini concedere beatitudinem in hac vita, sicut in alia, nec ex parte hominis simpliciter, hoc enim modo nunquã beatus esse posset, sed est ex parte hominis ratione mortalitatis, quæ beatitudini repugnat, non formaliter, sed virtualiter: Siquidem effectus beatitudinis repugnat effectui mortalitatis, & per consequens causa illius effectus. Beatitudo enim est causa immortalitatis, nec cõpatitur secũ inordinationem aliquã in appetitu intellectiuo, aut sensiuo. Quia summa delectatio aufert tristitiã, & immortalitas impeditur à suo effectu, & per consequens repugnat mortalitati beatitudo ratione repugnantia effectui naturaliter consequentium. Quòd si dixeris Christum, in hac vita fuisse beatum, deinde & Paulum,

CCc iiij

DISTINCT. 49. QV. 11.

traria beatitudini (qualia sunt vitia) concupiscere: secus si huiusmodi liber appetitus rectus fuerit, hoc est cõformis dictamini verò intellectus, & regulis diuinis, seu voluntati ipsius Dei: De quo Augustinus, Propter hanc quæcumque cætera appetuntur, id est appeti debent.

Lib. 17. de
Trin. cap. 5.

DISTINCT. 49. QV. 11.

Vtrum homo ex puris naturalibus beatitudinem consequi possit?

Amet si humana natura sit immediatum beatitudinis susceptiuum ex puris naturalibus, id est sine habitualiquo supernaturali superaddito, non tamen est hoc modo sufficiens causa actiua eiusdem beatitudinis, quia non potest ex se habere Deum presentem in ratione obiecti, licet adsit illi per illapsum, id est per intimã præsentiam. Adde quod ait Apostolus: Gratia Dei vita æterna. Quo circa opere preceptu est ponere in beatis conformiter ad fidem & scripturas sacras charitatem, dicente Apostolo: Caritas nunquã excidit, quia concurrente Deo fruitur, lumen verò gloriæ, licet re ipsa sit in beatis, tamen non est simpliciter necessarium ad clarè Deum videndũ: Siquidem Dei voluntas intellectum humanum præueniens sic ipsum eleuare, ac iuuare præter habitum quemcunque potest; vt posset beatificam comproducere visionem obiciens diuinitatem ipsam intellectui in ratione obiecti.

Rom. 6.

I. Cor. 13.

Exod. 33.

Lib. 83. q. 9.
ante penult.

DISTINCT. 49. QV. 12.
iuxta illud Augustini ad Orosium qui loquitur
de raptu Pauli, ait quod vidit Deum eo modo
quo beati vident in patria. De Christo dicitur
quod fuit miraculum semper vsque ad mortem
eius, quod fuerit simul, mortalis & beatus pro-
pter repugnantiam effectuum mortalitatis, &
beatitudinis, de Paulo dicitur quoque consimi-
liter.

DISTINCT. 49. QV. 13.
*Eruntne beatorum corpora post resurre-
ctionem impassibilia?*

I. Cor. 15.
Apocal. 21.
*Impossibili-
tas corporum
beatorum.*



Actæ literę satis superque decantant
beatorum corpora donanda fore im-
passibilitate dicente Paulo: Mortale
hoc, &c. & Ioanne, Sed neque dolor
erit vltra, &c. At de huius impassibi-
litate causa ambiguum est, siquidem in ipso cor-
pore erunt quatuor qualitates primæ conseque-
tes mixtim, nec anima erit effectrix huius im-
passibilitatis, quia non faciet eam Deus omnipotē-
tem, vt possit pro arbitrio efficere quidquid vo-
let: Quandoquidem nec angeli etiam supremi
possunt pro arbitrio impedire actionem causa-
rum naturalium, quia non obediunt angelis
ad nutum. Dos quoque seu qualitas aliqua exi-
stens in corpore id non præstabit, nec cessante
motu cœlestis. Siquidē asserere, quod cessante
cœlo, & approximante igne stupis, stupe non ar-
deant, error est. Huc accedit factū Iosue, quādo
stiebat bellum sole, & cœlo quiescentibus. Causa
igitur talis impassibilitatis est diuina voluntas,

Iosue. 10.
*Causa impas-
sibilitatis.*

LIBER. QVARTVS. 389
non coagens causæ secundæ corruptiue, perinde
ac factum legimus apud Danielē circa tres pue-
ros qui in fornacem igne vehementissimo can-
dentem coniecti nullatenus cœsi fuere, non con-
currente Deo ipsi igni, sed potius suspendente
eius actionem. *Daniel. 3.*

DISTINCT. 49. QV. 14.
Eruntne agilia beatorum corpora?



Agilitas, sanē si propius spectemus, ha-
litas est in aliquo toto composito ad
promptē sese mouendum secundū lo-
cum ex perfectione virtutis motiue a-
nimę, & congrua dispositione corporis, siquidē
beatus habens suum corpus gloriosum habebit
agilitatem, & promptitudinem ad mouendum,
quæ profectō agilitas non est propter super-
naturalem aliquam qualitatem corpori superaddi-
tam, & ab anima defluentem, sed est propter in-
tentionem virtutis motiue ipsius animę, & pro-
pter amotionem duplicis impedimenti ab ipso
corpore. Auferetur enim primō impedimētum
à iuncturis, & neruis ipsius corporis, deinde au-
ferentur humores grossi, & spiritus densi, quæ
reddunt hominem pigrum & tardum, & spiritus
boni, & subtiles gloriosis corporibus dabuntur,
qui efficient corpus ipsum agile, & ad motū lo-
calem expeditum. Porro hanc agilitatis dotem
beatis conferendā colligimus ex illo Salomonis: *Sap. 3.*
Tanquam scintille in auidinero discurrent, &c.
& ex illo Esaię: Qui sperant in Domino, &c. *Esai. 40.*

DISTINCT. 49. QV. 15.

An gloriosum corpus clarum quoque erit?

Corpora glorio-
sa erunt cla-
ra.
Sap. 3.

Claritate donanda esse gloriosa corpo-
ra, vel hīc satis liquet, quōd ait scriptu-
ra sacra, Fulgebunt iusti sicut sol, &c.
Hæc autem claritas est quædam præ-
fulgentia, & addit super lucem & colorem ma-
nifestationem sui: quomodo dicimus claram lucem,
claram veritatem, id est manifestā. Corpora
igitur beatorum erunt clara, & fulgētia, quia ha-
bebit quilibet beatus colorem pulchrum secundum
gradum complexionis suæ non vitiatæ (Æthiopes enim
non habebunt nigredinem intensam, ut nunc) iuxta enim
complexionum diuersitatem varios quoque colores
habebunt, vnde & modò magis delectatur vnus in vno
colore, quā in alio, propterea quōd sit magis propriè
conueniens complexionī, & qui eundem habebunt
secundum speciem colorem, non erunt æquè clari
dicente Apostolo: Alia est claritas solis, &c. &
Christo, In domo patris mei, &c. Aliqui in super
asserunt in ipsis beatorum corporibus fore nedū
talem colorem, sed etiam lucem. Is igitur color
(excedens complexionis perfectionem) vnā cum
refulgentia dos claritatis nuncupatur.

I. Cor. 15.

Ioh. 14.

DISTINCT. 49. QV. 16.

*Potestne gloriosum corpus per subtilitatis dotem simul
esse cum alio corpore?*

Hilosophi ignari virtutis diuinæ existimant fieri non posse quadantenus vt duo corpora simul essent, at fide secus sentimus: quandoquidem Christus integris claustris virginis natus est, deinde obsecrato sepulchro resurrexit, & clausis ianuis ingressus est ad discipulos: Hæc autem fieri nequibant, nisi duo corpora simul fuissent. Quōd si modum perscruteris, respondetur quōd causa quare duo corpora nequeant esse simul, est quantitas locum occupans. Quantum enim alteri quanto repugnat duntaxat virtualiter, id est ratione sui effectus, qui est circumscribere locum. Porro Deus ipse potest causam à suo effectu naturali suspendere, & impedire (vt factum est in tribus pueris) quocirca quia corpus gloriosum propter dotem subtilitatis locum non occupat, esse poterit simul cum alio corpore non glorioso, non autem cum glorioso, propterea quōd hoc ab ipso Deo non fuerit illi concessum, sed posset si Deus veller. Quōd autē corpus gloriosum simul cum alio esse possit hoc illi competit, & debetur (supposito Dei decreto quod sic statuit remunerare fideles) quatenus ab hac rationali anima, & gloriosa informatur, & hæc possibilitas dos subtilitatis vocatur. Vnde sicut perfectio animæ consistit in Dei visione, & fruitione, sic corporis perfectio est, vt pro arbitrio animæ possit simul esse cum alio corpore. Hæc autem dos subtilitatis, seu talis possibilitas non est qualitas aliqua absoluta, seu quidpiam inhærens corpori, sed causa eius extrinseca est

*Duo corpora
possunt esse
simul.*

Danil. 3.

Perfectio corporis gloriosi.

voluntas beati, quæ id meruit & extrinseca est diuina voluntas, & potentia quæ id efficit. Et quia id de iure debetur beato ex ordinatione ipsius Dei, ideo dicitur dos, quomodo quoque sententiam est de aliis dotibus prædictis.

DISTINCT. 50. QV. I.

Potestne quispiam, ut vitet miseriam recte appetere non esse?

Duplex malum.

Duplex constat esse malum, pœnæ videlicet, & culpæ: vt autem quispiam malum pœnæ vitet, nequit recte, nec debite appetere non esse, nam malum pœnæ est iustum, & bonum, quare propter ipsum vitandum nullus debet appetere non esse. Insuper nullus potest licite aliquid desiderare contra inclinationem naturalem, quando illa est consona diuinæ voluntati, sed quilibet propensus est supra naturam ad esse, secundum Philosophum, & Apostolum nolumus spoliari, sed superuectiri, &c.

Nemo debet appetere non esse.

2. De generat. & 2. de anima.

2. Cor. 5. Ephes.

Potius mors toleranda, quam peccatum committendum.

3. Ethic. c. 6.

Nemo vnquam carnem suam odio habuit, &c. Et is appetitus conformis est diuinæ voluntati, nam ipsa eam infligit, quod fit vt ob pœnam fugiendam nullus debeat expetere non esse. Circa verò malum culpæ homo bifariam sese habere potest. Primò sic vt velit se potius interimere, aut omnino annihilare (si possit) quàm culpam admittere, & hoc est illicitum, quia contra Dei præceptum, Nō occides. Secundò vt malit tolerantissimè mortē ab alio illatā perpeti, aut quoduis supplicium, etiam annihilationem, quàm Deum offendere, & hoc est admodū commendabile. Voluntas enim oblati duobus malis minus eligere

debet, tunc enim vnus habet rationē boni respectu alterius, secundum Philosophū. Præterea, secundum eundem Philosophum, propter bonū virtutis actum debet se studiosus morti exponere, multò magis ne legem transgrediatur diuinā. Adde quòd propter nullam causam debet quis transgredi diuinum præceptum, nisi fuerit reuocatum aut ab intrinseco directore, vt in Samsonē, *Iudic. 16.* aut ab extrinseco doctore, quemadmodum præceptum de non comedendis idolotitis datū, reuocatū fuit à Paulo, aut ex necessitate, vt cum David comedit panes propositionis. Quòd si dixeris hoc aduersari propensione naturali. Respondeatur quòd quando sunt duæ regulæ diuersæ, eligendū est quòd conforme est regulæ superiori. Constat autem diuinam voluntatem superiorē esse naturali appetitui, ideo debet se quilibet illi conformare.

Ath. 15.

1. Cor. 8.

DISTINCT. 50. QV. 2.

An damnati ut miseriam refugiant appetant non esse?



Vanis damnati debeant satius velle non esse, quàm in peccato permanere, nihilominus vero simile est ipsos appetere non esse potius ob pœnam quàm patiuntur, quàm propter culpam fugiendam: sunt enim obstinati, iuxta illud, Vbi ceciderit arbor, &c. Item, ligatis manibus & pedibus, &c. Quòd autem appetant non esse, patet ex illo Ioannis, Desiderabant mortem, &c.

Ob pœnam debemus appetere nō esse.

Apoc. 9.

*Videntne beati damnatorum pœnas?**Beatiarii
aliquid cognos-
se potest.*

Beatarii quippiam cognoscunt nulli Theologorum est ambiguū, videlicet in genere proprio, seu cognitione sensibili, & in verbo, siue in speculo diuine essentiae, & quidem primo modo beati non vident damnatorum pœnas, ob indebitam & improporcionatam inter obiectum, & potentiam distantiam. Quantum autem attinet ad secundum modum, distinguendum est de ipsis pœnis. Pœna siquidem damni (quæ est diuinæ priuatio visionis) & culpa (quæ est pœnæ causa) non relincent in essentia diuina, quia cum non sint entia non habent in Deo ideam seu representationem quodpiam, sed illa cognoscuntur per aliud, nempe per positium cui opponuntur, dicente Aristotele, quod priuatio cognoscitur per habitum. Alia verò damnatorum pœna, vt pœna ignis, remorsus conscientie, tristitia consequens has pœnas, & præcedentes, quia sunt verè entia positiua, & habent in Deo ideam, à beatis in verbo cognoscuntur. Porro talis idea nihil aliud est ab ipsa diuina essentia, quæ est exemplar illimitatum omnium rerum. Quomodo autem sese gerant beati erga damnatos, videntes eorum pœnas, profectò non est vero simile Deum, aut beatos gaudere de afflictione eorum, vnde inquit Deus, Heu conlabor de hostibus meis, &c. & alibi, Nolo mortem peccatoris, &c. Vult omnes homines saluos

*Ex ecb. 18.
1. Tim. 2.1*

fieri, &c. Quocirca non punit eos nisi necessitate quadam, propterea quod aliter culpa remanens iuste ordinari nequit nisi per pœnam. Nolunt igitur simpliciter Deus, aut beati damnatorum pœnas, sed solum secundum quid, id est propter iustitiam, & reordinationem culpæ: immò, si placeret Deo, vellent eorum liberationem, aut saltem non despiceret eis si soluerentur à pœnis, quia nolunt eis pœnam, nisi quatenus ita ordinarum à Deo: nec idcirco propterea tristantur beati. Primum quia conformant se diuinæ voluntati, deinde quia voluntas eorum haud est tristitiæ capax, propter perfectam delectationem quæ omnem impedit tristitiam.

*Quare Deus
punit dam-
natos.*

DISTINCT. 50. QV. 4 5. ET 6.

*Existne omnium damnatorum pœna, & electo-
rum beatitudo æqualis?*

EX sacris liquet literis electorum disparem fore beatitudinē. Ait enim Christus loquens de beatis, interprete Augustino: In domo patris mei, & Apostolus: Stella differt, &c. & Psalmista: Reddet unicuique, &c. Opera autem constat inæqualia esse, vnde & consequens est remunerationem esse inæqualem. Huius autem inæqualitatis causa prima est Deus ipse, qui ita statuit electos remunerari, deinde & voluntas, ac charitas, quæ sunt causa Actuum in quibus consistit beatitudo: hæc enim in diuersis inæqualia esse possunt, potissimum charitas

*Beatitudo
electorum erat
inæqualis.
Ioan. 14.**1. Cor. 15.
Psal. 61.*

Math. 20.

ipsa. Quocirca cum dicitur, quod singuli receperunt singulos denarios, accipiendum de ipsa beatitudine, quam quilibet accipit, aut de ipsa diuina essentia, quæ est idem beatorum omnium

Homi. 66.

obiectum, illud quoque Augustini super Ioannem, Omnium erit par gaudium, intelligitur extensiuè, non intensiuè, quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus de quibus alius: quantum autem ad corporis dotes, si ponantur absolutæ qualitates inæquales, erant propter eandem rationem. Si autem impassibilitas dicat non posse ab aliquo pati (secundum Scotum) & subtilitas facultatem posse esse simul cum alio corpore, ex æquo competent electis pariter, & agilitas, charitas uerò inæqualis erit iuxta illud Pauli: Stella differt, &c. Damnati quoque inæqualiter puniuntur, nam carentia visionis diuinæ maior erit pœna his qui grauius deliquerunt, deinde & vermis, seu remorsus conscientiæ, postremo & ignis ipse grauius eosdem affliget, ita ordinante diuina uoluntate, quæ nobis per sacras literas, innotescit: unde Ioannes: Quantum se glorificauit, &c. & Psalmista, Reddet unicuique, &c. idem quoque

1. Cor. 15.

*Damnati
inæqualiter
puniuntur.*

Apoc. 18.

Psal. 61.

Prouer. 24.

Hier. 25.

habetur in Prouerbiis, & apud Hieremiam.

F I N I S.